# ANGELI ZAVARRONI
# BIBLIOTHECA
## CALABRA
SIVE
## ILLUSTRIUM VIRORUM CALABRIÆ
Qui Literis claruerunt Elenchus

AD

ILLUSTRISS. ET EXCELLENTISS. DOM.

## JACOBUM SALUTIUM
## CORIOLANI DUCEM,

*Lequilarum Principem, utriuſque Apollinaris utilem Dominum, S. Georgii, Baccaritii, & S. Mauri Baronem, ex Sereniſſ. Januenſis Reip. Ducibus &c.*

BIBLIOTHÈQUE S. J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY

NEAPOLI M.DCC.LIII.
Ex Typographia Johannis de Simone
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

*Actum præclare cum iis eſt, quorum virtus nec oblivione eorum, qui ſunt, nec reticentia poſterorum ſepulta eſſe poterit.* Cic. Philip. XIV.

Digitized by Google



# EXCELLENTISS. PRINCEPS.

*STatueram ( Princeps Excellentiſs. ) Bibliothecæ meæ huic, quamvis ſine ulla gratia , ſine ulla venuſtate conſcriptæ , ut tamen diu vita viveret , immortalem Genium aſcribere : inſinuante Vate* (a) .

Victurum Genium debet habere Liber .



(*a*) Martial. VI. Epigr. LX.

*Sane fuit hæc Noſtratum Scriptorum vetus prudentia, ut quæ illuſtranda Patria ſua Munimenta ederent, illa nonniſi uni ex Sublimioribus Regni noſtri Magnatibus aſcriberent: ac Barrius quidem Bernardino Sanctoſeverino Beſiadentium Principi, Maraſiotus Balthaſari Milano Georgetentium Marchioni Digniſſimis ſane Geniis ſua de Calabriæ laudibus edita munimenta aſcripſerunt.*

*Te (Excellentiſs. Princeps) Dignitatemque tuam eximiam jure, ergo meritoque obſequii mei religio, & obſervantia elegit Immortalem Genium, ac plane Inclytum, cui Lucubrationem hanc meam, quæ Calabriæ laudem continet nobiliorem, ab ipſa Ingeniorum nobilitate petitam, aſſcriberem, cujuſque veluti Sacrario ipſa quidem, ceu quoddam Clientelez Anathema, & propentioris obſervantiæ Tabula ſuſpenderetur, unde, & diu vita viveret, & inſectantium Zoylorum furores feliciter declinaret.*

*Ac Te, inquam, merito elegi inter Regni noſtri Magnates unum ex Summis, quod & Te unum quæ in Optimis Mæcenatibus ſuſpiciuntur, a præclariſſimis, ſcilicet, Majoribus tuis, velut per manus traditas,*

ditas,

Digitized by Google

*ditas, habere: Avitaſque dotes, quotquot ipſe demum ſint, quæque, & præclariſſimæ perhibentur in Te unum pari gradu, mirabili mixtura confluvere cuncti attoniti demirentur.*

*Equidem Is es, qui priſcam* Salutii *Inſignium in Pedemontio* Marchionum, *ex quibus Illuſtris Sanguinis tui genus recenſendum, celebratam ſatis animi magnitudinem omni re prorſus exhibes: Qui* Alexii Salutii *Majoris tui, quem, & Minerva ſuis Artibus impenſe excoluit, & Militari gloria certatim exornat Pallas, omnino repræbeſentas: Qui* Johannis Salutii, Giannis *vulgo dicti, itidem Gentilis tui, ſublimioris Sapientiæ cauſſa merito Liguriæ Solonis nuncupati, de quo, ſi tunc Claudianus vixiſſet, dixiſſet utique* (a)

primus ſenſit, quod cernimus omnes

*& mente, & moribus refers: Qui Inſignem* Jacobum Salutium *Proavum tuum ſexies Inclytæ Januentium Reipublicæ Ducem, cujus venerabile famæ pondus, probitate, & prudentia, ſpectatiſſimis in utroque dotibus, exprimis: Qui Avum tuum* Auguſtinum Salutium,

(*a*) De Laud. Stilic.

tium, *& ipſum ejuſdem Januentium Reip. Ducem, pietate apud Deum, gratia apud Summos Europæ Principes, & beneficentia apud omnes inclaruit, mirifice præbes, & pulcherrime æmularis: Qui inter peculiares animi tui dotes effuſiſſima in Pauperes largitate, raro pietatis exemplo præſtas, ut ingentium divitiarum poſſeſſio æternam in Te uno militaret ad gloriam: Qui cunctis, denique, tum Liguriæ, tum Regni noſtri Magnatibus, Ipſe interim, quod dictum eſt, unus ex Summis, Connubiorum fœdere junctus: quando vel in ſola* Cornelia Maria Inurea *ex præclariſſima Inureorum Familia, præfati Auguſtini Senioris Uxore Incomparabili, vel in ſola* Joſepha Pignatella *Strongylorum Principum celebrato Sanguine Sata, Conjuge tua Inclyta, quam Atavis honoribus Celſam, illuſtrat Majeſtas grata Virtutum* (a):

Par animo quoque forma ſuo reſpondet in illa:
Et genus, & facies, ingeniumque ſimul.

*Inque tot aliis eximiis itidem Regni Familiis* Carafa, Bonito, *cæteriſque, Summa Ita-*

(*a*) Ovid. VI. Faſt.

*Italiæ decora*, *fauſto copulante Hymenæo*, *præferens*, *quæ* (a)

ſparguntur in omnes
In Te miſta fluunt; & quæ diviſa beatos
Efficiunt, collecta tenes.

*Vides ergo*, (*Excellentiſs. Princeps*) *quæ me cauſſæ impulerint*, *ut Te maxime elegerim Lucubrationis meæ Genium ſingularem*, *Mæcenatem optimum*, *cujus nec corda decorem*, *nec laudem vox ulla capit. Tuam*, *igitur*, *quæſo*, *ſentiat illa tutelam*, *quæ quo magis exilis*, & *puſilla eſt* (b)

Hoc Tibi Tutori Sarcina major erit.

*Cumque oblata quæque non pondere ſui*, *ſed offerentium voluntate penſentur* (c), *ubi jam mihi dies feliciter illuxit*, *quo quanti Te facerem certiſſimo teſtimonio perſpectum habeas*, *exiguum ſuſcipe munus*, *Naſonis Carminum memor* (d):

Ut deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas,
Hac Ego contentos auguror eſſe Deos:
Hæc facit, ut veniat pauper quoque gratus ad Aras
Et placeat cæſo, non minus Agna, Bove.

*Cæte-*

(*a*) Claud. l. c. (*b*) Ovidius III. Triſt. Eleg. XIV.
(*c*) Hieron. Epiſt. XXXIV.
(*d*) Ovid. III. de Pont. Eleg. IV.

Digitized by Google

*Cæterum D. O. M. Excellentiam Tuam quotidie in majus, & melius ſpectandam cunctis gentibus evebat.*

E. V.

*Ex Montalto Kal. Maji MDCCLIII.*

*Humillimus Servus*
Angelus Zavarroni.

Digitized by Google

# ANGELI ZAVARRONII
## IN
# BIBLIOTHECAM
## CALABRAM
### *PRÆFATIO.*

P*Atriæ Nos primum Natura conciliat*, ſcribit Tullius (*a*); & alibi ait: *Chari ſunt Liberi*, *Propinqui*, *Familiares*; *ſed omnes omnium charitates Patria una complexa eſt* (*b*). Quamobrem præclara ſæpe ingenia plurimum laboris pro illuſtranda Patria exantlaſſe; & quoſdam etiam conferendis in eam meritis non dubitaſſe mortem oppetere ſatis conſtat. Ego tantilli ingenii Vir, nec alicujus plane frugis, ſæpe tamen mecum cogitans quemadmodum Calabriæ Patriæ meæ pro virili conſulerem, & obſequii mei erga illam qualecunque anathema ſuſpenderem, illud non contemnendum ejus rei argumentum fore ſum ratus, ſi Illuſtrium Virorum, quos Calabria ipſa Litteraria Orbi peperit, hac mea Bibliotheca, hoc meo Elencho Claras ſane Imagines, vel ſaltem, quod mea fert tenuitas, quæ in ipſis apte depingendis fatiſceret, paulo plus quam celebrata nomina exponerem: Ut enim illa præclarior eſt laus, quæ ab ingenii nobilitate defluit; ſic illa magis laudanda Patria eſt, quæ nobiliora ingenia pepererit; tantoque magis digna eſt, ut ei canatur, & Muſis, quanto illorum plura ſunt Nomina, quorum illuſtrata fulgoribus ab offuſis invidiâ tenebris vindicetur.

Atque hoc quidem imprimis ſuſcepti argumenti ſumma in cauſſa fuit, ut rabidi adverſus Calabriam Canes diſcant quot, & quales Viri illam ornaverint, & ſuam imperitiam agnoſcentes, deſinant ruſticæ ſimplicitatis Glorioſiſſimam Italiæ Nationem arguere.

Sed enim ubi in invidam rabidorum Canum mentionem incidimus, nonne operæ pretium erit, tum Patriæ, tum Scientiarum amore, non modo quorundam Scriptorum tandiu injuriâ temporum oblivioni tradita Nomina, e tenebris in lucem proferre, atque in Hominum notitiam revocare, ne qui tantopere laborarunt, ut docti efficerentur, mox apud Poſteros Nomen non haberent æternum: ſed & eos præſertim, quos licet interim conſtet Lares ſuos in hac Regione habuiſſe, qui tamen incertitudine quadantenus deliteſcunt, quoad fieri poterit, Laribus ipſis ſuis, ut ſic dixerim, reſtituere; atque ita illos, dum vagari deſinunt, a Plagiariorum inſidiis tutos reddere: in quas tantâ Nationis noſtræ jacturâ, tanta quoque honeſtorumque Virorum moleſtia multos ſæpe incidiſſe compertum eſt? Equidem, non mo-



(a) *De Reſp. Aruſp.* (b) 1. *Offic.*

do Siculi, queis idem ſuæ Regionis cum noſtra Vocabulum (Calabria enim jaminde antiquitus Sicilia dicebatur) & criminis velamentum erant, & plagio patrocinium præbebant; ſed & aliæ quoque Gentes tum finitimæ, tum remotiores, quod propriis in locis oſtendam, multos ſibi, & quidem præſtantiſſimos Scriptores noſtros aſſeruerunt, quibus mox jure optimo vindicandis, nonne vel hæc una ſufficiens ſuſcepti argumenti cauſſa fuerit?

Scio Ego *Gabrielem Barrium*, cui uni plus Calabria debet, quam cæteris, qui in ejus laudibus ab ultima antiquitate perſcrutandis, perſcribendiſque tempus, ſtudiumque poſuerunt, nunc præſertim illuſtratum Notis Eruditis. *Thomæ Aceti* Epiſcopi Laquedonien: Scio etiam *Johannem Florem*, *Hieronymum Maraſiotum*, *Eliam de Amato*, alioſque Noſtrates in ſuis de Antiquitate Calabriæ Libris eos, qui in ea Regione litteris claruerint, recenſuiſſe: Et ex Alienigenis, præter illos, qui univerſim Bibliothecas conſcripſerunt, Nicolaum Toppium, Leonardum Nicodemum, in ſuis Scriptorum Regni Neapolitani peculiaribus Bibliothecis inſigniores aliquot Calabriæ Scriptores non præteriiſſe: Quin & litteris Amiciſſimi mei Viri Eruditiſſimi *Johannis Bernardini* Tafuri Patritii Neritini certior factus ſum ipſum poſtremis hiſce Regni noſtri Bibliothecis, ſuis nunc Additionibus ampliandis, locupletandiſque immortalem operam impendere; Ex quibus conjeciſſe licebit ne unum quidem ex Scriptoribus noſtris ſilentio ſepultum iri, & laborem meum, in mea hac Bibliotheca conſcribenda fruſtra eſſe. Verum Noſtrates quod ſpectat, ex quibus, ut hoc quoque ingenue fatear; magnopere profeci, vel obiter Conterraneos Scriptores recenſuerant, vel eorum notitiam ſuo involutam argumento exhibentes, prolixa aliarum rerum lectione, moleſtum ſane laborem inquirentibus injiciunt, & tædium generant. Alienigeni vero in ſervitutem, ut ſic dixerim, redactos Scriptores Calabros in patriam poſtliminio reducere non curarunt. Niſi de ipſis hoc amplius dixiſſe placuerit: & ſe quoque plagii alligaſſe; in quos plane lege agere in hujus Lucubrationis decurſu pariter oportebit.

Sed enim quidni licebit ſparſos in tot Libris in unum contrahere, & quaſi receptui canendo unum, & invictum Scriptorum noſtrorum Agmen inſtruere, ut hoſtiles Plagiariorum incurſus validius ſuſtineret? Quidni licebit, inquam, flores in campo carpere ſtemmati idoneos, & hoc ipſo peculiari ornamento Patriam coronare? *Licet*, notat quidam Bibliothecæ ſuæ Gentis Scriptor, *imo me facturum operæpretium exiſtimavi referre alienas Lucubrationes ſparſas, ac diſſolutas in unam veluti molem coalitas: cum & quadrare lapides, & quadratos collocare in Ædium ſubſtructionem mercede dignandum* (a). Denique fieri poterit, ut quos nominavimus Auctores Noſtrates, & Alienigenas, non omnibus præſto ſint, & noſtra hæc parvæ molis ſuppetat Lucubratio: *Neque enim omnia*, ſcribit Auguſtinus, *quæ ab omnibus conſcribuntur in omnium manus veniunt; & fieri poteſt, ut Nonnulli qui etiam hæc noſtra intelligere valent, illos pleniores non inveniant Libros, & in iſtos ſaltem incidant. Ideoque utile eſt plures a pluribus fieri diverſo ſtylo, non diverſa fide, etiam de quæſtionibus iiſdem: ut ad plurimos res ipſa perveniat: ad alios ſic: ad alios autem ſic* (b).

In hac autem Lucubratione Bibliothecæ arrogantiore vocabulo conſignata nemo ſit, qui offendatur, ubi pluteos aliqua parte vacuos inſpexerit. Plerique enim Auctores, qua Hominum incuria, qua injuria vetuſtatis omnia vaſtantis, interciderunt: & quorundam licet nota ſint nomina, ſcripta tamen, eiſdem accedentibus cauſſis, interiiſſe credendum eſt. Tametſi ex antiquis Calabris Philoſophis, quos interim recenſebimus, quoſdam fuiſſe ne-

ſe ne-

(a) *Auctor Biblioth. Vet. Sicil.* (a) *De Trinit. cap. 3.*

ſe nemo ibit inficias, qui ἐφεκτικοὶ dicebantur, nihil definientes, ac de rebus ita diſputantes, ut comprehendi nequirent: Ex quibus pleroſque ingenii ſui monimenta reliquiſſe, alios nihil penitus ſcripſiſſe notat Laertius (*a*). Unde Nobis ipſa horundem nuda Nomina protuliſſe ſatis fuerit; Curis ſecundis, & Eruditorum Virorum induſtriæ plura relinquentes, quorum nobiſcum non eſt una, eademque conditio; ſi qui in hoc Terrarum angulo conſtituti, in tanta etiam Librorum penuria, quod aliis forſitan innoteſcat prætermiſerimus; quando ut & hoc pariter ingenue fateamur, Eruditiſſimo Viro Amico noſtro, & Mœcenati *Ignatio Mariæ Como* Patritio Neapolitano & Florentino plurimum debemus, nec præterea modicum ſuſtinemus officii erga *Antoninum Mariam Collacem* Ordinis Prædicatorum Baccalaureum, & Alios, qui deſideratas ſæpe notitias ſuppeditarunt. Interim vero ubi ad ea, ad quæ non potuit tenuitas noſtra pertingere, ſumma illorum Eruditio pervaſerit, modo apud eos clareſcant, apud quos maxime oporteat, non magnopere prætermiſſi Scriptores ſilentii noſtri diſpendio ſuſpirabunt; Illudque Nobis velamentum eſto ſive incuriæ, ſive imperitiæ, quod doctiſſimus Togatorum Varro dicebat: *Ut in bona ſegete neque nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala non aliquod bonum; ita nemo eſt reprehenſus, qui e ſegete ad ſpicilegium reliquit ſtipulam* (*b*).

Cæterum in tradenda, quam habuimus, Scriptorum notitia, eiſque Patriæ ſuæ poſtliminio revocandis, veritatem imprimis ſectamur ingenuam; Nam ubi Nobis refricari ea in re quæſtio contigerit, quibus hæc ipſa utrobique ſuſtineatur, momenta narravimus, ut lis omnino Criticis dirimenda relinquatur. Sequimur item Ordinem Chronologicum ut in quodam veluti Theatro pro ſua quiſque ætate dignius ſubſellium nanciſcatur; & in ætatibus ſingulis ingeniorum gloria diſtinctius, & cumulatius Calabria noſtra clareſcat. Dictionariis autem potius, quam Litterariæ Hiſtoriæ Alphabeticus Ordo convenit quando Chronologicus fluxum, & refluxum Doctrinæ explanate, & dilucide oſtendit. Hinc a Steſichoro Elenchum auſpicabimur, Pythagora, qui alioquin Scaturigo eſt perennis Scientiarum, & Artium in ſedem ſuam rejecto, quia Steſichorus Pythagoram ætate præcedit.

Denique illud, inſinuante pietate, conſtanter velle Nos profitemur: Ea, quæ in hoc Opere celebrandis Scriptorum Perſonis dicentur eo ſenſu dicta cenſeri, quo ea ſolent, quæ humana duntaxat, non autem Eccleſiaſtica auctoritate nituntur; iis tantummodo exceptis, quas S. R. E., cui, & Nos, & noſtra quæque ſcripta ſubjicimus, Sanctorum albo conſcripſit; Unde Decretis S. R. & Univerſalis Inquiſitionis de die XIII. Martii CIƆIƆCXXV., & V. Junii CIƆIƆCXXXI., & V. Julii CIƆIƆCXXXIV. cuncta quæque conſonent, & conformentur.

## STESICHORUS.

METaurienſis, quod Oppidum nunc *Geolia* dicitur, Poeta Lyricus, Muſicus, & Philoſophus, *Tiſias* primum dictus, dein Steſichorus, quod Chorum ad cantum Citharæ primus conſtitueret, *quaſi Stator Choreæ*. De quo Suidas: *Steſichorus*, ait, *ut nonnulli volunt, ex Metauria Italiæ Civitate natus eſt Olymp. XXXVII. Obiit autem Olymp. LVI. ſenecta ætate, quintum, & octogeſimum annum agens*. *Claruit Olymp. 47. Ant. Ch. An. 591.*

Siculi Steſichorum Himeram repetunt, & alii Catanam; adeout ſcribat Gyraldus *Dial. IX. Hiſt. Poet.* Himerenſes, & Catanenſes de illius Patria contendentes Phalam Aſtypalæum Judicem delegerint, qui pro Catanenſibus pro-



(a) *In Procem.* (b) *Vl. de L. L.*

pronunciavit, quod apud eos Steſichorus ſtudiis operam navaſſet, & profeciſſet. Nos illum ab utriſque vindicando Suidam teſtem producimus; Concedentes alioquin cuncta incerta eſſe, quando ſunt & Alii, qui illum Palantino in Arcadiæ Oppido natum, & inde profugum veniſſe Catanam contendunt, vel Euphemo, vel Euphorbio, vel Euclide, vel Hiete, vel etiam Heſiodo Patre natum; Nam & de hoc quoque ſub Judice lis eſt. Judicent ergo de his rebus qui in antiquitatis tenebris introſpicere penitiſſime queunt; Nam interim Nos, ſtantes ab Suida, ad ea, quæ noſtri ſunt argumenti devenimus.

Scripſit Steſichorus Libros ſex, & viginti Poematum linguâ Doricâ, quorum tamen ad Nos pauculi admodum verſus pervenerunt: cumque ſuo carmine Helenam carperet, immiſſa a Caſtore, & Polluce fratribus cœcitate, mox recantatis laudibus viſum recuperaſſe fabulantur. Fuit, Athenæo teſte *Lib. XIII.* non mediocriter laſcivus, qui genus conſtituerit Cantilenarum, quæ παιδικα' antiquitus dicebantur. Ejus Operum ſuavitati efficaci auſpicio præmonſtraſſe Luſciniam in ejus infantis ore canentem Plinius ſcribit. *Lib. X. Cap. XXIX.* De quibus Quintilianus ſic cenſuit: *Steſichorus quam ſit ingenio validus materiæ quoque oſtendunt, maxima bella, & Clariſſimos canens Duces, & Epici Carminis onera lyrâ ſuſtinens reddidit perſonis in agendo ſimul, loquendoque debitam dignitatem, ac ſi tenuiſſet modo.* Lib. X. *Hic,* notat Ariſtoteles in III. Rhetor. *in Locris dixit: Non oportet eos contumelioſos eſſe, quia Cicadæ non cantant defectus, ideſt cum injuriam patiuntur, non remurmurant.* Suadebat etiam Principibus ne quid injuſte agerent: *ne Cicadæ canerent,* h. e. *ne populares murmurarent.*

Habuit Steſichorus tres Fratres HALIANACTEN Legiſlatorem, Mamertinum, & Ameriſtum Geometras, de quo poſtremo ſtatim poſt dicemus. Meminerunt de his Proclus *Lib. II* & Suidas laudatus: Cujus poſtremi, ſi modo de Metauria dicta non conſtant, erit, & horum quoque cum Fratre Steſichoro incerta ſedes.

## AMERISTUS.

Clar. Olymp. 47. *Ant. Ch. An.* 591.

METaurienſis Geometra Steſichori frater ex Suida. Flor. Olymp. 47. ante Chriſt. 591. De quo Proclus *Lib. II. Thales Geometriam apud Ægyptios repertam in Græciam tranſtulit, multa quidem invenit, multorum autem principia ſibi ſuccedentibus enarravit. Alia quidem univerſalius, alia vero ſenſibilius attingens.) Poſt hunc autem Ameriſtus Steſichori Poetæ frater tanquam qui Geometriæ ſtudium tetigit, deguſtavitque memoratur: Cujus Hippias quoque mentionem fecit, veluti in Geometria gloriam reportantis. Poſt hos Pythagoras eam Philoſophiam, quæ circa ipſam Geometriam verſatur liberalis doctrinæ figuram commutavit, altius ipſius principia conſiderans &c.*

## IBYCUS.

Clar. Olymp. 44. *Ant. Ch. An.* 609.

RHeginus Poeta Lyricus unus ex novem Græciæ Lyricis Hiſtoricus, & Muſicus, Certandis filius ex Suida, Iſaacio *in Lycoph.*, & Anonymo Epigrammatographo. Floruit circa Olymp. XLIV. Ant. Ch. IↃCIX. De eo meminit Ariſtophanes in *Cereal.*: *Ibycus*, inquit, *Poeta circa Muſicam, & concentum verſatus eſt.*

Scripſit Libros VII., vel VIII. ex Volaterrano *Lib. VI. Anthrop.*, & pleroſque linguâ Doricâ; ejuſque verſus *Ibycinus* dictus proxime ad Steſichori ſuavitatem accedit, ex Athenæo, & Suida laudato. Poemata ipſius maxime laſciva fuiſſe notat Tullius in *IV. Tuſc.* Invenit Inſtrumentum Muſicum

ſicum triangulare *Ibycum* ab ſeſe dictum, & *Trigonum* eodem teſte Athenæo *Lib. IV.*, & Triangularem Citharam, quæ *Sambuca* dicitur; de qua notat Porphyrius: *Sambuca eſt triangulum inſtrumentum, quod ex inæqualibus longitudine, ſicut, & craſſitudine nervis efficitur*. Ibycum autem inſtrumentum maximo adjumento Romanis fuiſſe in Celtarum conflictu, eodem, qui ſupra Suida notatum: Erat enim tunc innumerabilis Tibicanetarum, & Tibicinum multitudo ſimul totius Exercitus Canentium Poeana: Clamor erat commixtus, ut & vicina loca reſonarent, & terrificam vocem edere videbantur. Ab Ibyco fluxit vetus proverbium Ἰβύκειος ἵππος *Ibyci Equus*, de iis, qui nolentes præter ætatem, ac vires ad periculoſum negotium adiguntur; Namque Ibycus, ut in Parmenide ſcribit Plato, qui & ipſe queritur ſe adigi ſenem ad rerum difficillimarum explicationem, Equum habebat jam annoſum, & Athletam multis certaminibus detritum; is cum ad certamen curſus jungeretur, extimuit, videlicet expertus hujuſmodi ludorum aleam; ridente Populo, Ibycus ſurgens: *Equus*, inquit, *Domini ſimilis eſt; Nam & ipſe jam ſenex ad amandum compellor*. Equo ſuo ſeſe comparans, quod ipſe non minus intempeſtivus eſſet ad amores, quam vetulus Equus ad certamen. Male quippe Ibycus audiebat, quod Puerorum amore flagraret, Tullio teſte, qui in *IV. Tuſc.* ſic ſcribit: *Maxime vero omnium flagraſſe amore Rheginum Ibycum apparet ex ſcriptis. De quo Auctor Epigrammatum ita ſcribit*:

> *Rhegium Italiæ palluſtris extremum cano,*
> *Semper Trinacliam guſtans aquam,*
> *Propterea quod amantem lyram, amantem pueros.*
> *Ibycum frondoſa poſuit ſub ulmo.*
> *Hic multa paſſus, multam ſub ſepulchro hederam fundit,*
> *Et candidi plantam calami.*

Sed enim, & ab eo quoque alterum illud proverbium dictum eſt Αἱ Ἰβύκου γέρανοι *Ibyci Grues*. De Scelestis, qui novo quodam, & improviſo caſu proditis ſceleribus, iis pœnas dant, quos læſerant. *Cum enim Ibycus*, ſcribit Plutarchus in Lib. de futili loquacitate, *in Latrones incidiſſet jam occidendus, Grues forte ſupervolantes obteſtatus eſt: aliquanto poſt tempore cum iidem Latrones in foro ſederent, rurſumque Grues ſupervolarent, per jocum inter ſe ſuſurrabant in aurem*: Adſunt Ibyci Grues. *Eum ſermonem aſſidentes in ſuſpicionem rapuerunt, maxime deſiderato jampridem Ibyco. Rogati quidnam ſibi vellet ea oratio? haſitanter, atque inconſtanter reſponderunt: ſubjecti tormentis facinus confeſſi ſunt; atque ita, velut Gruum* indicio, *pœnas Ibyco dederunt*; Unde verſus:

> *Ibycus ut periit vindex fuit altivolans Grus.*

Ibycum Thomas Fazellus *De Reb. Sicul. Dec. 1. Lib. 2.* Meſſanam falſo repetit. Sed occurrat quæſo Fazellus contrariis Veterum Scriptorum teſtimoniis Tullii ſupra laudati, & Neanthis apud Athenæum *loc. cit.* ac recentiorum Polydori Virgilii in *Catal. Invent. Rer.*, Caroli Stephani in *Dictionar.* Johannis Gerardi Voſſii *De Poet. Græc. Lib. IV.*, Lilii Gregorii Gyraldi, & aliorum, & ſic libenter Ibycum cum Gruibus ſuis Meſſanam, tranſmiſſo Pharo, evolare ſinemus.

## ORPHEUS.

CRotoniata Poeta Epopeus ex Suida, ideſt qui vera, non ficta ſcripſit: *Clar. Olymp.*
Pyſiſtrati Athenienſium Tyranni familiaritate uſus teſte Aſclepiade in *60. ant. Ch.*
*VI Grammat. Lib.* Hinc claruiſſe colligitur circa Olymp. LX. ant. Chriſt. *An. 538.*
IↃXXXVIII. Ejus ſunt *Ecamæris*, *Argonautica*, & alia nonnulla heroico

Car-

Carmine. Atque in Argonautica quidem Alcinoi Regis, Aliorumque, qui in Odyſſea celebrantur, mentio fit: quin & alia bene multa refert, quæ poſt Trojanum excidium contigerunt. Quo argumento illum ab Orpheo Trejicio ſecernendum nemo inficiabitur, quando poſtremum hunc Trojana tempora præceſſiſſe ſatis conſtat.

Quamvis & illud non omiſerim, quod apud Tullium in *I. De Nat. Deor.* Ariſtoteles tradit Orpheum Poetam Threjicium nunquam fuiſſe, & Orphicum carmen, quod habemus, cujuſdam Pythagorici eſſe, cui nomen *Cercopes*. Quæ ſi vera ſunt, fortaſſe ea omnia, quæ de Orpheo illo dicuntur, tanquam dicta de noſtro hoc intelligantur neceſſe eſt. De quo præterea Aſclepiades, & Suidas referunt ipſum dixiſſe: principium rerum omnium eſſe *Phanolim* i. e. *Amorem*, qui primus ex *Dia* apparuerit. Et Conſtantinus Laſcaris putat Orpheum noſtrum a Pythagoricis fuiſſe eruditum, qui ejus ævo cum maxime florebant.

## ONOMACRITUS.

*Clar. circa Olymp.* 55. *ant. Ch. An.* 518.

LOcrus Legislator, de quo meminit Ariſtoteles 2. *Polit.* 10. *Tentant vero quidam*, ait, *inducere*, *quaſi Onomacritus fuerit primus Legum ferendarum peritus: Hunc vero exercitatum in Creta*, *cum eſſet Locrus*; *profectum autem per artem divinationis: ei familiarem fuiſſe Thaletem: Thaletis autem Auditores fuiſſe Lycurgum*, *& Zeleucum; Zeleuci autem Charondam; ſed qui ita dicunt tempora non ſupputant &c.*

## XENOCRATES.

*Clar. circa Olymp.* 60. *ant. Ch. An.* 538.

LOcrus Poeta heroicus, & Muſicus excellens: De quo Plutarchus in *muſic. De Xenocrate Locrenſe*, ait, *ex Locris Urbe Italiæ dubitari video utrum Poeta Paanis fuerit. Argumenta heroica geſta continentia condidiſſe proditum eſt memoriæ; ac propterea nonnulla argumenta dithyrambos vocitaſſe.* Meminit de eo, & Plinius *Lib. I.* traditque Heraclides illum ex nativitate cœcum fuiſſe.

## THEANO.

*Clar. circa eandem ætatem.*

LOcrenſis Poetria Lyrica nobilis ex Suida. Scripſit Cantica Lyrica, & Cantus permultos, aliaque nonnulla de Patria ſua Locris verſibus Lyricis ex eodem Suida.

## THURUS.

*Incerta ætatis.*

SYbarita Auctor Fabularum, de quo meminit Theon Sophiſta.

## ACOPUS.

*Incerta ætatis.*

SYbarita Rhetor, a quo, Heſychio teſte, fluxit adagium vetus: *Sybaritica Oratio*, pro nitidiore, & accuratiore Oratione uſurpato. Is etiam ſummo ſtudio incubuit, ut Oratio genus haberet lautum, & opiparum. Vid. Eraſm. in *Cheliad.*

## PYTHAGORAS.

*Clar. Olymp.* 60. *ant. Ch. An.* 538.

PHiloſophus, qui primus hoc ſibi nomen adſcivit, & a quo, Laertio teſte, Philoſophiæ, & Philoſophorum, quaſi qui ſapientiæ ſtuderent, honeſtius vocabulum eſt repertum; cum antea *σοφία Sapientia* diceretur, quæ nunc

Digitized by Google

nunc Philoſophia dicitur; & qui illam profitebantur σοφοὶ *Sapientes* appellarentur. Sami, quæ erat vetuſtiſſima Calabriæ Urbs, nunc ignobile Oppidulum *Crepacorium* dictum, Mneſarcho Patre, natus eſt Olymp. circiter quinquageſima, ante Chriſt. Ann. IↃXXXIX. (*a*). *Philoſophia Italica* a ſe Italo ſic dictæ auctor fuit; cum & Philoſophiæ genus alterum *Jonicum*, a Thalete, qui erat ex Jonia, diceretur. Geometriam quoque altius contemplatus, *immaterialiterque*, ſcribit in II. Proclus, *& intellectibiliter theoremata perſcrutans. Qui ſane eorum etiam, quæ in Geometria explicari nequeunt, tractationem, mundanarumque figurarum conſtitutionem invenit*. Celeberrimam quoque demonſtrationem illam de triangulis, rectangulis Euclide (*b*) proditur inveniſſe; propter quod illum gaudio elatum, Hecatombem (*c*) ſacrificaſſe refert ex Apollodoro Athenæus (*d*). Quamvis alii ob repertam ab ſe Y. litteram peractum ſacrificium contendant (*e*), quæ Humanæ Vitæ ſpeciem præferens, alliciendis ad virtutem Hominibus, velut ſymbolum inſerviret. Nam, & ſymbolis univerſam Philoſophiæ ſuæ rationem explicuiſſe, quæ genuinæ Virtutis inſtitutionem redolerent, ſatis compertum eſt: Quorum quidem ſymbolorum Latinam ex Græco verſionem Conſtantinus Laſcaris exhibuit apud Geſner. *in Biblioth.* Eademque cum apta interpreratione, in *Chiliad.* ſuis profert Eraſmus.

Nec plane mirum videri debet, ſi his ſymbolis Pythagoras Ethnicus alioquin Vir, Moralium Virtutum præceptor extiterit; Nam is immortalitatem Animæ a Pherecyde Syro edoctus (*f*), unde ſuam mox excogitavit *Metempſychoſim*, ideſt Animarum de Corporibus in Corpora tranſitum, & in Ægypto Moſaicis præceptis imbutus (*g*), de uno Deo ſententiam colebat, ac ibidem Jeremiæ (*h*), in Chaldæa Ezechielis, & in Babylone Danielis tunc ſeneſcentis conſuetudine uſus, veri Numinis notitiâ non caruit. Quando mirificam illam Pythagoræ τετρακτὺν ipſum eſſe ſuſpicantur Dei nomen ineffabile τετραγράμματον *Jeova*. Quin & illud Pythagoricum: *Non tranſeundum illac, ubi Aſinus procubuerit*. Ex Hiſtoria Balaam, & Aſinæ prodiiſſe putat Huetius (*i*). Quamobrem apud ipſos quoque Ethnicos adeo ſe moralis ejus Virtus exeruit, ut eadem Pſeudonumina, debitum illi decus reſponderent, & ei, cui a *Pythio* nomen erat (Pythagoram enim, ideo ſic appellatum dicit Ariſtippus Cyrenæus in *Lib. de Phyſiolog.*, quod veritatem perinde atque Pythius loqueretur) Statuam ipſe Pythius Apollo Romæ juſſerit erigendam (*k*).

In Re Medica invenit Pythagoras Antidotum contra omnia, quæ in Stomacho dolent, ex Nicolao Alexandrino (*l*). In facultate Aſtronomica motum ſyderis Veneris primus detexit, teſte Plinio (*m*): qui de eo alibi ſcripſit: *Pythagoras Vir ſagacis animi a terra ad Lunam CXXV. millia ſtadiorum eſſe collegit: ab ea uſque ad Solem duplum; inde ad duodecim ſigna triplicatum*. Circa Muſicam ferunt illum cum apud Ærarios fabros obſervaſ-

(a) *Vid. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2. Petav. Ration. Temp. lib. 3. quicquid contra dicat Plutarch. in Numa, Plin., & alii, quos refert Barr. lib. 4. cap. 10.*

(b) *Propoſ.* 47.

(c) *Ideſt Sacrificium C. Boum.*

(d) *Lib.* 10.

(e) *Auct. Antholog.*

(f) *Cic. 5. Tuſc., Laert. Pythag., & alii.*

(g) *S. Juſtin. Martyr Serm. ad Gent.*

(h) *Auguſtin. lib. 2. de Doctr. Chriſt. & Clem. Alex. in Strom.*

(i) *Demonſtrat. Evang. Prop. 4.*

(k) *Plutarch. Numa, Plin. lib.* 34.

(l) *Antidotus erat:* ℞ *Iridos drach. 18. & ſcrup. 2. Gentianæ drach. 5. Ziziberi drach. 4. & ſemis, melanopiperis drach. 4. mellis quod ſufficit. Detur in modum nucis febrientibus cum tepida.*

(m) *Lib. 2. cap. 8.*

Digitized by Google

vaſſet ex Malleorum ictibus conſonantiam pro modo ponderum provenire, collegiſſe numeros, quibus ſibi conſentiens diverſitas ponderum continebatur ex Marſil. Ficin. (*a*). Cæterum, ſcribit Cicero: *Pythagoras magnam auctoritatem tribuit Divinationi* (*b*), & alibi: *Pythagoras etiam ipſe Augur eſſe voluit* (*c*), ac denique ipſum tria Volumina ſcripſiſſe: alterum *De Inſtructione*, alterum *De Civilitate*, & tertium *De Natura* auctor eſt Laertius: Quibus quartum addit Athenæus *De Mari Rubro* (*d*).

Ad tantum igitur Virum frequens diſcipulorum turba confluebat, quos amplius ſexcentos fuiſſe Laertius, & Suidas prodiderunt; Cumque horum plerique ex Orientali Græcia eſſent, inde ex eorum frequentia Calabriam *Magnam Græciam* appellatam ſcribit Jamblicus (*e*). Floruitque ejus Schola ad uſque quartum annum Olymp. LXX. ant. Chriſt. CCCCXCVIII. ex Euſebio, cum vixiſſet ann. LXXX., vel ut auctor eſt Diogenes XC. Ac deinde poſt, notante Tullio, floruit Schola Pythagoreorum; ut non immerito Conſtantinus Laſcaris miratus ſcripſerit: *Video per Calabros Philoſophos Italiam, Siciliam, ac partem Græciæ noſtræ fuiſſe illuſtratas* (*f*).

Sed enim de Pythagora plura ſi adderem, cujus cuncta quæque volitant per ora Virûm, opera luderetur; unum tamen non præteriiſſe noſtræ fuerit ingenuitatis, ne quæ in ipſo ſtatim præſentis Operis veluti veſtibulo, ambitioſe fucum facere videretur, quaſi Pythagoram inter Calabros aſcribam, quem Diogenes Laertius, & Jamblicus certe Orientalibus Græcis annumerant, in Samo Icarii Maris Inſula natum eſſe dicentes. Igitur Diogeni, cui cum cæteris Græcis nunquam mentiendi voluntas, aut facultas defuit, ut de eo Scaliger ſcribit (*g*), illud idem reſpondiſſe licebit, quod apud Græcos proverbio dicebatur Σαυτῷ νυμηνίαν κηρύσσειν (*h*), quandoquidem *ab eo uno pendere cogimur, cum nullus ſit alius*, ut Eruditiſſimus Burnet queritur, *aut ſaltem nullus melior Auctor nobis ſuperſit, qui de illo argumento ſcripſerit* (*i*); & tamen *huic uni*, notat Caſaubonus in ejus vita, *nec memoria firma, nec ocium, nec judicium in digerendo fuit*; ac illum *plus ſtudii in legendo, quam diligentiæ in ſcribendo adhibuiſſe* Johannis Cardinalis de Bona egregia conjectura fuit (*k*). Jamblico vero, qui duobus poſt Laertium ſeculis, & amplius ſcripſit; quique ea, quæ de Pythagora narrat, a Porphyrio Præceptore ſuo excepit (*l*), reſpondere par fuerit, *ſe vitioſo Præceptore uſum eſſe* ex Lactantio, *& plane Graculo alienis plumis exculto*, qui, ut Theodoretus addit (*m*), *rabida contra veritatem inſania ſæpiſſime debacchatus*. Tametſi Porphyrius quidem Pythagoram Metapontinum, ex Metaponto vetuſtiſſima Calabriæ Urbe fuiſſe ſcribit; quo magis de Jamblico mirandum, qui duntaxat in ea re a Præceptore ſuo recedere maluerit.

Et ſane Ariſtoxenus, Ariſtarchus, & Theopompus vetuſtiſſimi, & graviſſimi apud laudatum Theodoretum Auctores, Pythagoram Italum fuiſſe teſtantur; Sed & Plutarchus Græcus quidem, ſed verax Scriptor, Laertio antiquior; tametſi in illuſtrandis rebus Græcorum effuſiſſimus, Pythagoram tamen Italum, & Locrenſem fuiſſe ingenue aſſeruit: quod iis ſane, quæ de Samo,

(a) *Comment. in Tim. cap. 31.*
(b) *1. Tuſc.*
(c) *1. Offic.*
(d) *Lib. 4.*
(e) *Vid. noſtram Hiſt. de Colleg. Corſin.*
(f) *De Philoſ. Italis.*
(g) *Joſeph Scaliger. Epiſt. 103.*
(h) *Ideſt: Tibi ipſi Calendas edicito. Vid. Eraſm. in Chelrad.*
(i) *Præfat. in Vit. Dom. Matth. Hal.*
(k) *Apud Pope-Blunt. Cenſ. Celeb. Auct. in Diog.*
(l) *Ex Voſs. de Hiſt. Græc. lib. 3. cap. 18.*
(m) *Serm. 1. & 7. de Affect. Græc. curan.*

Digitized by Google

Samo Urbe Calabriæ initio ſtatim diximus, non refragatur. Erat enim Samus in Agro, & ſub Juriſdictione Reipublicæ Locrenſis; quare, ut Virgilius in Pago *Andes*, haud procul a Mantua natus Mantuanus recte dicitur; ſic Pythagoras natus Sami in Agro Locrenſi ab Urbe, quæ tanto Viro dignior erat, recte Plutarcho Locrenſis ab Locris dici potuit. Cui autem magis, cum in hoc, tum in aliarum Urbium, ſi quæ & in ipſis ſimilium nominum æquivoco, paria diſcrimina occurrerent (*Tempſa* enim, *Pandoſia*, *Miletus*, *Scylleum*, *Locrus*, *Amphiſſa*, *Meliſſa*, *Thebe*, *Thuria*, *Acheron* item, *Butrothus*, *Crathis*, *Sybaris* eadem ſunt in Utraque Græcia, & Urbium nomina, & fluviorum) fides accomodari debeat Laertione, an Plutarcho, aliorum eſto judicium. Nam Plutarchum quidem *verâ, & ſolida eruditione incomparabilem* Muretus (*a*), *Eruditiorem*, *& omnium Sapientiorem* Pontanus (*b*), *Antiquarium ſummi*, *limatiſſimique judicii* Dempſterus (*c*): *Totius Sapientiæ Ocellum* Scaliger (*d*) dixit: De quo denique interrogatus Theodorus Gaza: *Si omnes libri perdendi eſſent, & ipſi optio daretur, quem ſervatum vellet? Plutarchum* reſpondit. Cujus propterea fretus auctoritate, & aliorum etiam Divus Thomas Aquinas in 1. *Methaph. Ariſt.* Pythagoram *Conterraneum* ſuum Sami in Calabria natum non dubitavit aſſerere.

## B R O N T I N U S.

CRotoniata, Philoſophus, Socer Pythagoræ. Scripſit *De Mente*, & *Cogitu* & alia ex Jamblic. *De Sect. Pythagor.* Hunc a Pythagora edoctum de *pulvere* conficiendo, quem *Philoſophicum* appellant, eripiendo judicio magis, quam producendo auro, idoneo, ſi qui ſtulte aliquando cieretur, notat Ariſtoxenus in Opere inſcripto περὶ τοῦ ἀνεγχάλκου λόγου. *Clar. Olymp. 60. ante Ch. An. 538.*

## D I N O N O.

CRotoniata Uxor Brontini, Pythagoræ Socrus docta admodum, & ſapiens: Cujus illud erat dictum: *Mulierem a Viri ſui congreſſu ſurgentem, ſacrificare eadem die debere*. Ex Jamblic. *De Sect. Pythagor.* *Clar. Olymp. 60. ante Ch. An. 538.*

## T H E A N O.

CRotoniata Brontini filia, Pythagoræ Uxor Philoſopha, & Poetria nobilis ex Laert., & Suid. in *Pythag.* Prima ex Mulieribus, ut notat Clemens Alex. in *I. Strom.*, ſcripſit: *Commentaria Philoſophica*, *Apophtegmata*, & *Poema* quoddam *heroico carmine* ex Plotino, & Suida laudato, & *De Liberis educandis ad Eubulam*, extatque apud Stobæum in *Nuptial.* ejus ſcripti fragmentum. Poſt obitum Viri Scholas cum Thelauge, & Mamerco filiis regendas ſuſcepit, ut not. Laert. Hæc cuidam interroganti, *quomodo celebris evaſiſſet?* reſpondit: *Contexens telam, & meum curans conjugium*. Item quærenti: *Quod officium eſſet Matronæ?* reſpondit: *Viro ſuo placere*. Ex Stobæo. Rogata etiam: *Quando Mulier a Viro munda ſit, ad Cereriſque Sacrum veniret?* reſpondit: *A ſuo quæque continuo: ab alieno nunquam*. Ei vero, quæ ad Virum pergeret in mandatis dabat: *Ut cum veſte verecundiam poneret, exurgenſque denuo illam una cum ipſa reſumeret*. Rogata: *Quænam hæc?* Inquit: *Clar. Olymp. 60. ant. Ch. An. 538.*



---

(a) *Vol. 2. Orat. 15.*
(b) *Annot. ad vol. 2. Progymnaſ. 44.*
(c) *In Elench. Script.*
(d) *Lib. 1. pag. 124.*

quit: *Per quæ mulier vocor*. Apud Laert. l. c. Veſtem quoque induens, brachium nudavit, cumque dixiſſet quidam: *O pulchrum cubitum! At non publicum*, inquit. Et aliquando ait: *Eſſet revera pulchris vita convivium iis, qui ſe ſceleratè geſſerunt, deinde moriuntur, ſi non eſſet Anima immortalis, mors eſſet lucrum*. Vid. Plutarch. in *Connub.* & Clement. Alex. in *I. Strom.*

## M A M E R C U S.

Clar. Olymp. 65. ant. Ch. An. 518. CRotoniata, cognomento Æmilius, filius Pythagoræ, Philoſophus valde doctus, & nimia humanitate præditus. Scholas poſt Patrem rexit: Ab eo Romana Gens Æmilia fluxit: *Æmiliam Gentem*, ſcribit Sex. Pompejus, *appellatam dicunt a Mamerco Pythagoræ Philoſophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuit Æmilius*. Et Plutarch. in *Paullo Æmil. Æmiliorum familiam*, inquit, *in Urbe Romana patritiam ſane, atque vetuſtam fuiſſe plurimi tradunt. Quod vero primus, qui nomen ei familiæ reliquit Marcus Æmilius propter ſermonis lepiditatem, quam Æmiliam Græci vocant, appellatus, Pythagoræ Philoſophi puer fuerit, nonnulli ex iis tradunt, qui doctrinam Numæ Pompilii Regis in Pythagoram Auctorem referunt*.

## T H E L A U G E S.

Clar. Olymp. 65. ante Ch. An. 518. SIve Theages Mamerci germanus frater, qui & ipſe Paternæ Scholæ præfuit Philoſophus, & Mathematicus inſignis ex Laert., & Suida, habuitque inter Diſcipulos Empedoclem. Huic Plato Librum de Sapientia titulum fecit: *Theanges*. Scripſit *De Numero quaternario* libros quatuor, innuens quatuor eſſe Elementa, ſive ut Alii: *profundum, ſilentium, mentem*, & *verum* ex Suida laudato: pro quo Ægyptii ipſum Deum habebant, ut notat Conſtantinus Laſcaris de *Philoſ. Calab.*

## D A M E A.

SIve Damon Pythagoræ filia Philoſophiæ peritiſſima, in exponendis Paternis Scientiarum involucris miro acumine excelluit, ut notat Jamblic. Meminit de ea Hieronymus *Lib.* 1. *Adv. Jovinian.* his verbis: *Timæus ſcribit Pythagoræ filiam virginem, Choro Virginum præfuiſſe, & Caſtitatis eas inſtituiſſe doctrinis*. Filiam habuit *Biſcalam*, quæ maternam prætulit eruditionem ex Laſcare in *Philoſ. Calab.*

## MYA, ALYA, ARIGNOTIS, ſive ERIGONES.

FIliæ Pythagoræ, Dameæ Sorores Philoſophiâ celebres ex Jamblic. *De Sect. Pythagor.* Harum *Epiſtolas* quaſdam ævo ſuo extare ſcripſit Laſcaris.

## A R I S T Æ U S.

Clar. Olymp. 65. ant. Ch. An. 518. CRotoniata Filius Demophoontis. Hunc, ſcribit Jamblicus, Pythagoræ in diſciplinis ſucceſſorem fuiſſe: poſt hunc Mamercum, quem diximus, huic ſucceſſiſſe Bulgaram, inde Gortydam.

AL-

Digitized by Google

## ALCMŒON.

CRotoniata Pythagoræ Auditor ex Laert. in ejus vita, Philoſophus, & Medicus inſignis, cognomento *Phyſicus*, quod omnium primus *Phyſicam*, ſive *de Natura* ſcripſerit, ex Phavorino in *Omnim. Hiſt.* apud eundem Laert. primuſque Rerum Naturam litteris explicarit ex Proclo (*a*): in cujus Operis principio his verbis ſe Pyrithi filium dicit: *Alcmœon Crotoniata hæc ait Pyrithi filius Brontino, & Leoni, & Bathyllo, de inviſibilibus rebus manifeſtam quidem ſcientiam habent Dii; quantum vero hominibus conjicere licet &c.* De Re Medica quoque plurima ſcripſit, & primus *Exectionem*, ſive *Anatomiam*, ut Græci dicunt, excogitavit, & aggreſſus eſt (*b*), quod notant Plutarchus in Lib. *De Placit. Philoſ.*, & Galen. in Lib. *De Hiſtor. Philoſ.* Primus quoque Fabulas adinvenit: *Fabulæ*, ſcribit Iſidorus in *Etymol.*, *ideo ſunt introductæ, ut ficto Mutorum Animalium inter ſe colloquio imago quædam vitæ hominum noſceretur. Has primus inveniſſe proditur Alcmœon Crotonienſis; appellanturque Æſopicæ, quia is apud Phrygiam in hac re polluit.* Alcmœon Lunam ſempiternam naturam habere dixit; ut Animam immortalem eſſe confeſſus eſt; moverique, ait, perpetuo inſtar Solis, ex Laert. cit. Meminit de eo Cic. in 1. *De Nat. Deor.*: *Alcmœon*, inquit, *qui Soli, & Lunæ, reliquiſque ſideribus, Animoque præterea Divinitatem dedit, non ſenſit ſe ſe mortalibus rebus immortalitatem dare.* Et Themiſtius Lib. 1. *De Anima*: *Alcmœon Crotoniata ille, qui cognomento Phyſicus dicebatur: Animam, inquit, immortalem eſſe oportet, ratione ea, quia ſemper agitetur eoque ſimillima rebus immortalibus videatur; moveri enim & reliqua immortalia inacceſſibili agitatu.* Quod & idem dixit Ariſtot. in *Lib. De Anima*, & *Lib. VII. De Hiſt. Animalium* de eo notat: *Alcmœon Crotoniata ait, Mas primum ſemen genitale magna ex parte incipit ferre anno peracto bis ſeptimo, ſimul etiam incipit pubeſcere eodem tempore, ut ſtirpes ſemen laturus primum florere.* Plutarchus quoque ſcribit: Alcmœonem dixiſſe Mulini generis Mares quidem ſteriles propter genituræ tenuitatem, item ſeminis frigiditatem; Fœminis vero propter vulvam non dehiſcentem, item non ſe laxantem in *Lib. De Plac. Philoſ.*

Clar. Olymp. 65. ant. Ch. An. 518.

## NEOCLÊS.

CRotoniata Philoſophus, & Medicus celebris, Pythagoræ Auditor, de quo meminit Athenæus. Scribit Ælianus *Lib. VIII. De Hiſt. Animal.* Neoclem dixiſſe: Rubetas duo jecura habere: alterum quidem occidere, alterum alteri adverſantem ſalutem afferre.

*Clar. Olymp. 65. ant. Ch. An.* 518.

## ASTO.

SIve Aſcon Crotoniata Philoſophus illuſtris Pythagoræ Auditor, qui Laertio teſte, quamplurima ſcripſit, quæ Pythagoræ aſcribuntur.

Clar. Olymp. 65.

B 2 ECPHAN-

(a) *Adde Clem. Alex. I. Strom., Voſs. lib.* 1. *de Nat. Animal., & lib.* 4. *de Script. Græc. & alios apud Eruditiſs. Joh. Bernard. Tafuri Amicum noſtrum in ſuo De Invent. lib. cap.* 1. §. 2.

(b) *Adde Calcid., & ex recentioribus Volphium, Fabricium, Tiraquell. & alios apud laudat. Tafur. lib. cit. cap.* 2. §. 1.

## ECPHANTES

Clar.Olymp. 65. CRotoniata Philoſophus, & ipſe Pythagoræ Auditor. Scripſit *De Regno* extantque ejus Libri fragmenta apud Stobæum in *Admonit. de Regno*.

## ARGINOTUS

Clar.Olymp. 65. CRotoniata Philoſophus Pythagoræ Diſcipulus, cognomento *Sacer*. Meminit de eo Lucianus in *Apolog*.

## PHILTYS

Clar.Olymp. 65. SEu Phryntys Crotoniata filia Theophrii, vel ut alii ſcribunt, Callicratis, Pythagoræ Diſcipula. Scripſit quædam, & præterea Librum *De Temperantia*, cujus fragmentum extat apud Stobæum in *Præcept. Nupt. Serm.* 74.

## ELICAÖN

Clar.Olymp. 65. RHeginus Philoſophus, & Legiſlator Pythagoræ Diſcipulus, qui una cum Phytio, & Hipparcho Reſpublicas conſtituerunt, & eam, quam Gymnaſiarcham vocabant, & eam, quæ ſub Theone dicebatur, ut notat Jamblic. *de Sect. Pythagoric.*

## PHYTIUS

Clar.Olymp. 65. RHeginus Philoſophus, & Legiſlator, Pythagoræ Diſcipulus ex Jamblic. l. c. vid. *in Elicaone*.

## HIPPARCHUS

Clar.Olymp. 65. RHeginus Philoſophus, & Legiſlator Pythagoræ Diſcipulus, de quo in Elicaone dictum. Scripſit Librum *De Animi tranquillitate*, cujus fragmentum habemus apud Stobæum *Serm. CVIII.* Meminit Hipparchi, præter Jamblicum *cit. Lib. De Sect. Pythagor.*, Plinius *Lib.* 2. ubi ait: *Utriuſque Sideris curſum in ſexcentos annos præcinuit Hipparchus Menſes gentium, dieſque, & horas, ac ſitus locorum, & Vicos populorum complexus, ævo teſte, haud alio modo, quam conſiliorum Naturæ particeps.* Et infra: *Ducentos annos Hipparchi ſagacitate compertum eſt, & Lunæ defectum aliquando quinto Menſe a priori fieri; Solis vero ſeptimo. Eandem bis in triginta diebus ſupra terras occultari, ſed ab aliis, atque aliis cerni, quæque ſunt in hoc miraculo maxime mira, cum conveniat Umbra terræ, Lunam hebetari: nunc ab Occaſus parte hoc ei accidere, nunc ab Ortus.* Et iterum: *Hipparchus nunquam ſatis laudatus, ut quo nemo magis approbaverit, cognationem cum Homine Siderum, Animaſque noſtras partem eſſe Cœli, novam Stellam, & aliam in ævo ſuo genitam deprehendit. Ejuſque motu, qua die fulſit, ad dubitationem eſt adductus, anne hoc ſæpius fieret, moverenturque & eæ, quas putamus affixas.* Et rurſum: *De Terræ Univerſæ menſura Erathoſthenes ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadiorum prodidit. Quæ menſura Romana computatione efficit trecenties quindecies centena millia paſſuum. Hipparchus & in coarguendo eo, & in reliqua omni diligentia minus adjecit computationi illius ſtadiorum paulo minus viginti quinque millia.* Denique de eo ſcribit: *Hipparchus nomina Stellis omnibus imponens, Siderum, Stella-*

rum-

*rumque numerum explicavit*. Clemens Alexandrinus ſcribit accuſatum Hipparchum quod Secreta Pythagoræ ſcriptis prodidiſſet, expulſum e Schola, & propter ipſum, tanquam propter mortuum factam eſſe columnam. Huic Plato Librum inſcripſit: *De Studio lucrandi*. Extat apud Stobæum ejus Epitaphium, quod ſic erat:

*Sepulchrum hoc Hipparchi eſt*
*Perge juſtitiam animo complectens.*

## DICON.

CAuloniata, quod Oppidum nunc Caſtrovetum dicitur, Philoſophus Pythagoræ Diſcipulus ex Jamblico: Fuit etiam Olympionicus; de quo Pauſanias in *Æliac* Dicon, ait, *Callibrati filius quinque in Pythicis ludis curſu victorias reportavit: tres autem ab Iſthmicis: quatuor ex Hemeis, Olympicam unam dum eſſet Puer inter pueros, duas alias inter Viros; ſibique tot Statuæ extant in Olympia, quot victoria*. De eo diximus in noſtris *Icon. Calab.* Clar. Olymp. 65.

## ZELEUCHUS.

LOcrenſis, quæ Urbs nunc Hieracium dicitur, Philoſophus Pythagoræ Auditor ex *Laert.*, & Jamblic. ac primus Legum ferendarum peritus ex *Ariſtotele* in 2. *Polit.*, qui Locris Leges ſcripſit, quem imitatus eſt Plato ex Tullio *Lib. VI. ad Attic.* & 11. *De legibus*. Scripſit etiam Leges & Thuriis ex Athen. *Lib. XI.* Eaſque a Minerva accepiſſe Ephorus, Chamelæon Heracleotes in Opera *De Ebrietate*, & Ariſtoteles *De Rep. Locrorum*, apud Clem. Alex. in *I. Strom.* fabulantur. Quo argumento illum ſub nomine Minervæ apud Locrenſes prudentiſſimum habitum, & Divinis honoribus proſequutum notat Valer. Max. *Lib. III.* Ex harum autem Legum Procemio fragmentum extat apud Stobæum in *Serm. De Legib.* quas optimas ſane fuiſſe eodem, qui ſupra Platone notatum *Lib. I. De Legib.* Clar. Olymp. 65.

Eas Leges ipſummet Zeleuchum iterum ſanciviſſe proditum eſt: Cum enim imprimis, Æliano, & laudato Valerio teſtibus, legem tuliſſet: *Ut in adulterio deprehenſis Oculi eruerentur*, ejuſque Filius in eam Legem commiſiſſet, cunctis rogantibus, ut Filio pœnam remitteret, his precibus ægre motus, tandem unum ſibi, alterum filio oculum erui mandavit, ut ſic Legi ſatiſfieret. Dein vero, cum alia Lege caviſſet: *Ne quis Enſem in Concilio ferret*; atque interim ipſe, imminente bello, enſem in Concilio detuliſſet, monitus de lege ab ſeſe temerata, diſtricto enſi protinus incubuit, mortemque ſibi conſcivit: quod ab Euſtachio in I. IX., & Hierocle apud Stobæum in *Serm. de Patria* proditum, ad Charondam refert Valerius.

Cæterum ajebat Zeleuchus: *Leges eſſe ſimiles telis Aranearum, in quas ſi Muſca, aut Culex impegerit detinetur; ſi vero Veſpa, aut Apes, tela diruptâ, avolat*. Quod dictum ab Anacharſide ſimiliter repetunt apud laudatum Valerium. Tametſi Zeleuchus quidem ſuarum Legum conſulens firmitati, hoc ſanxit apud citatum Stobæum: *Si quis voluerit Leges ſancitas movere, aut novam ſtatuere, is collo ad laqueum immiſſo, de lege verba faciat; & ſi per ſuffragia videatur legem veterem eſſe tollendam, aut eam, quæ nova fertur, bonam eſſe, indemnis maneat. Contra ſi prior lex melius haberi videatur, aut quæ nova proponitur, injuſta ſit, is, qui movet inferatque legem laqueo attractus, moriatur*. Quam ob rem cum inter ejus leges eſſet, ſcribit Demoſthenes: *Ut ſi quis alteri Oculum excuſſiſſet, & ipſi viciſſim Oculus excuteretur*; Fertur quiſpiam unum Oculum habens ab inimico aliquando comminatus, ſe illi eum oculum excuſſurum: Is, collo in la-

laqueum immiſſo, legem propoſuit: *Si quis Oculum luſco excuſſerit illi utrumque eripiendum*, & hoc eſſe par pari in pari ſcilicet cœcitate referre. Quæ Lex ab omnibus approbata fuit.

Sed enim inter Leges Zeleuchiillam in *II. Polit.* Ariſtoteles recenſet: *Ne quis patrimonium alienare poſſet, niſi evidentem calamitatem oſtenderit ſuperveniſſe*. Et Ælianus, cum Athenæo *Lib. X.* illam: *Si quis merum hauſerit medicinæ cauſſa, Medico non præcipiente, morte mulctetur*. Et Plutarch. in *Lib. de Curioſit.* illam: *Si quis peregre reverſus rogaverit: Numquid novi? Is mulctam ſubeat*. Lege etiam excepiſſe Zeleucum, ſcribit Lucianus: *Ne liceret Mulieri aureis ornamentis circumponi, neque contextis indumentis, arteque laboratis venuſtari, niſi cum ſcortari, atque Amatorem ſibi moliri ſtuduerit*. Et alioquin ſanxiſſe, narrat Suidas: Liberam Mulierem in forum prodeuntem, candidis veſtibus indutam, cum domeſticis incedere, Ancillam unam habentem, alias vero in floridis, ideſt varii coloris.

Non eſt autem hujus loci, neque noſtri argumenti eſt ſingulas Leges ab eo latas, ex variis collectas Auctoribus referre. Unum placet heic addidiſſe, quod Janus Vincentius Gravina ſcribit: Romanos, cum augendi Juris, Novarumque Legum conſilium inirent, ac tres Legatos eas ab Græcis Urbibus petitum mitterent, illas quidem ab Athenienſibus, & Lacedæmoniis partim accepiſſe, ſed partim etiam habuiſſe ex M. Græciæ Urbibus Civili tum Pythagoræorum Philoſophia inſtructis, atque fundatis: Ea tum enim, ſcribit laudatus Gravina, Italiæ pars, in qua tantus Vir Zeleuchus, aliique, quos præſens exhibet Lucubratio, floruerant, pro naturali feracitate ingeniorum, & ob illorum temporum culturam, cæteris præſtabat Nationibus.

## DEMOCIDES

*Clar. Olymp. 67. ant. Ch. an. 510.*

CRotoniata Caliphontis filius Medicus ſuo ævo nulli ſecundus. Clar. Olympiade LXVII. ante Chriſt. IↃX. Scripſit Librum *De Re Medica*, ex quo multa Plinius excepit; qui de eo *Lib. I.* meminit, & Athen *Lib. XII.* Herodotus vero *Lib. III.* ſatis prolixam ejus Viri narrat hiſtoriam; Cujus verba quia retuliſſe longum foret, indicaſſe ſufficiat. Nam hæc narrat in ſumma: A ſolo Democide non minimum Crotonienſes Medicos ſpecimen accepiſſe in Univerſa Græcia, cum primi numerari cœpiſſent; Cyrenæi ſecundi haberentur: Ac Damocidem quidem cum primos Medicos traſcenderet ab Ægynetis ſecundo anno talentô conductum: ab Athenienſibus tertio anno centum minis: a Polycrate Samio quarto anno Talentis duobus: Qui mox in Perſarum incidens poteſtatem, Dario Rege, & Atoſſa Reginâ curatis, ſuperataque ea in re Ægyptiorum Medicorum peritia, quorum Rex utebatur, & quos propterea Cruci ſuffigendos deſtinaverat, niſi eos Damocides, petita veniâ, liberaſſet, ingentibus donis cumulatus in Patriam ſuam rediit, ac Filiæ Milonis Athletæ nupſit. Hæc in ſumma Herodotus, quem adeat qui plura cupit.

## THEAGENES

*Clar. Olymp. 67.*

RHeginus Poeta illuſtris. Clar. Euſebio teſte, in *X. De Præpar. Evang.* circa Olymp. 67. Hic, ut notat Tatianus in *Lib. contra Græc.* ante cæteros Homerum eſt perſcrutatus; ſcripſitque de ejus poëſi, & tempore; & primus omnium Poëtam illum interpretatus, aliis viam elucidandi Poëtas aperuit; quare corrigendus Morer. in *Diction. Hiſtor.* edit. An CIƆIƆCCXL. pag. 79. qui hoc alteri Theageni Grammatico tribuit, cujus interim patriam non prodit.

PY-

Digitized by Google

## PYTHON

RHegimus Philoſophus Academicus floruit Olymp. LXXX. De quo narrat Philoſtratus in Vita Apollonii: *Python Rheginus exul, cum ad Dionyſium Siciliæ Tyrannum confugit, atque honoratius ab eo ſuſceptus, quam exuli convenire videretur, Tyranni mentem intellexit Rhegii capiendi percupidam: cumque id Rheginis per Epiſtolam nuntiaſſet, a Tyranno deprehenſus eſt. Quapropter Tyrannus illum uni ex Machinis, quas pro Rhegio expugnando conſtruxerat, vivum ſuſpendit, cumque muris admovit, exiſtimans Rheginos ne Pythonem vulnerarent, adverſus Machinam tela non emiſſuros. Ille autem magnis vocibus exclamans, Rheginos hortabatur, ut in Machinam tela torquerent; ſe namque ajebat ſignum libertatis eſſe propoſitum. Hic Academicam Diſciplinam ſequutus, ſapiens, liberque evaſit.* Clar. Olymp. 80. [illegible] Ch. an. [illegible].

## PHILOLAUS

CRotoniata Philoſophus Pythagoricus inſignis ex Laert. in ejus vita, Claruit circa Olymp. LXXX. Architæ Tarentini pariter Philoſophi Pythagorici Præceptor ex Tullio in *III. de Orat.* ubi ſcribit: *Pythagoraus ille Lyſias Thebanus Epaminondam haud ſcio an ſummum Virum omnis Græciæ, aut Xenophon Ageſilaum, aut Philolaus Architam Tarentinum, aut ipſe Pythagoram totam illam veterem Italiæ Græciam, quæ quondam Magna vocitata eſt, doctrinis omnibus expolivit, atque inſtituit.* Clar. Olymp. 80.

Scripſit tres Libros (Laertius ex Hermippo unum dicit) Pythagoricæ diſciplinæ, quos Platonem decem millibus denariûm ab ejus Conſanguineis mercatum notat Agellius: Laertius vero XL. Argenti Minis Alexandrinis emptos dicit; eamque ſummam Platonem a Dione Syracuſano proditur accepiſſe: ex quibus Libris Timæum ſuum tranſcripſiſſe apud eundem Laertium eſt: quamvis probabilius videatur illum ex Libro Timæi Locrenſis concinnaſſe, ut in Timæo dicemus. Multum tamen ex Philolao profeciſſe Platonem argumento ſunt verba Procli, ubi ait: *Plato multas, admirabileſque de Diis ſententias per Mathematicas formas Nos edocet Pythagoricorumque phialis utens, velaminibus Sacram Divinarum Scientiarum tegit diſciplinam. Talis enim eſt & Univerſus Sacer, Divinuſque Sermo Philolai in Bacchis, totuſque modus enarrationis Pythagoricæ de Diis.* Sed & addit is: *Jure Philolaus trianguli angulum Diis quatuor conſecravit, ac juxta tertium angulum ipſorum unionem collegit.*

Hic quoque omnia ad Cæleſtem Harmoniam, Coactionemque Naturæ referebat: Terram ad hæc juxta primum Circulum moveri dixit: quod a Pythagora primum excogitatum, Pythagoræi omnes exceperunt, moxque in Copernicanam evaſit hypotheſim, cui & Galilæus ſubſcripſit. Putavit autem Philolaus Solem Vitri modo perlucentem accipere ab Igne Cœleſti ſplendorem, acceptumque ad Nos tranſmittere, & tanquam percolare, adeo Cœleſtem Ignem Soli adſimilem eſſe, ex quo prodire Solem, aſſimile quid Speculi, tertiamque inde a Speculo lucem ad Nos per reflexionem diſſipari. Hunc enim Nos Solem vocare quaſi imaginis imaginem. Dicebat etiam moveri circa Ignem per obliquum Circulum eo modo quo Sol, & Luna; Ignem vero in medio ſtatuit, quem totius Naturæ focum, ac meditullium cenſebat: Supra quem Terram, huic noſtræ contrariam, & inde Terram collocat, quam ex oppoſito ſitam illi dixit, & circa eam ferri. Quam ob rem eos, qui illic ſunt, Antipodes a Nobis videri non poſſe. Quæ omnia Plutarch. in *Lib. II. De Placit. Philoſ.* & Galen. in *Lib. de Hiſt. Philoſ.* prodiderunt.

Scri-

Digitized by Google

Scribit Laertius ex Demetrii *Homonym.* Philolaum primum edidiſſe de Pythagorica Rerum Natura; & M. Varro auctor eſt illum multas res Organicas, & Gnomonicas numero, naturalibuſque rationibus inventas, atque explicatas Poſteris reliquiſſe; ac Numerum dixiſſe imperioſam eſſe quandam, & ex ſe progenitam ſempiternæ Mundanorum Perſeverantiæ Continentiam. Sed & Mundi corruptionem bifariam fore, tum ex Cœlo Ignis defluxu, tum ex Aqua Lunari vertigine ex Aëre effuſa, ut notatum Plutarcho. Denique Dei unitatem aſſeruit; quare Athenagoras ad Antoninos Cæſares ſcribens: Unum Deum eſſe ex Philolai ſcriptis inſinuavit.

Dicere ſolebat: *Cum in Sacrum perveneris, ne ſpectes a tergo.* Suſpicionem maxime omnibus cavendam monebat. *Et ſi enim*, ajebat, *nihil committis, ſed tantum videaris, infelix es.* Ex Suida. Illum tamen, forte quia Pythagoræ Sectatorem, quem etiam virtute bellica clarum, & affectatæ Tyrannidis poſtulatum narrat Tertullianus, ejuſdem criminis ſuſpicione ſublatum Laertii Epigrammate diſcimus, ſic latine reddito

*Suſpicio haud res eſt minimi, mihi crede, pericli.*
*Non pecces quicquam; ſi videare facis.*
*Sic Philolae Croton te patria perdidit olim.*
*Te arbitrata trucem velle Tyrannum agere.*

Siculi Philolaum ſibi aſcribunt, ſed fruſtra; nam indicia, quibus utuntur, nec ipſa bene ſarta quidem, apertiſſimo Laertii teſtimonio cedant neceſſe eſt.

## CYROMACHUS

*Clar. circa Olymp.* 80.

THurius Philoſophus, & Hiſtoricus. Hic primus ſcripſit *De Philoſophorum Opinionibus* ex Suida.

## CEPHALUS

*Clar. circa Olymp.* 80.

THurius Rhetor ex Joh. Tzetza *Epigr. XX.* Pater Lyſiæ Rhetoris; tametſi Lyſiam quidem Athenis natum, & puerum in Thurios Coloniam migraſſe, ac rediiſſe annos natum quadraginta ſeptem Raphaele Volaterrano notatum, & Beyerlink in *Theatr. V. H.* Ridetque Cicero *in Brut* Timæum Siculum hiſtoricum, quod *Lyſiam Syracuſas, quaſi Licinia, & Mutia lege repetat*, quem Athenienſem eſſe ſcribit. At de Cephalo quod Syracuſis, vel Athenis natus ſit, nullum extat ſufficiens teſtimonium, quod Tzetzæ teſtimonio pro Thuriis noſtris refragetur. Quæ enim de altero Cephalo ſcribuntur, ad Avum Cephali noſtri referri debent, qui Lyſaniam genuit, a quo noſter eſt procreatus, Auctore Plutarcho. Noſter igitur Cephalus Lyſiæ Pater, Lyſaniæ Filius, Cephali, ut dictum eſt, Nepos natus Thuriis non ambigitur, tametſi mox Athenis divitiis, nobilitate, ac gloria liberatæ ejus Urbis a XXX. Tyrannis, qui Piræum occupaverant, maxime floruerit.

## HIPPODAMUS

*Clar. circa Olymp.* 80.

THurius Philoſophus Pythagoricus, de quo Clemens Alex. *II. Strom. Ac mihi quidem*, ait, *pulcherrime Hippodamus Pythagoricus videtur deſcribere Amicitias, Una quidem ex Scientia Deorum, altera vero ex Hominum ſuppeditatione, Tertia ex voluptate Animantium. Eſt, ergo, una quidam Philoſophi Amicitia, altera vero Hominis, tertia autem Animalis.* Scripſit Hippodamus *Lib. De Republica*, cujus Operis fragmenta habemus ex Stobæo in *Serm. de Rep.* & in *Serm. Quod Vita brevis ſit.*



Digitized by Google

## HIPPYAS

SIve Hippys Rheginus Philoſophus, Orator, Poeta, & Hiſtoricus ex Suida. Clar. circa Olymp. LXXXVI. ex Euſebio. Hic primus *Res Siculas* quinque Libris ſcripſit, quos poſtea Myes in compendium redegit. Scripſit etiam totidem Libros *De Temporibus*, & tres *De Rebus Argolicis*. *Parodiam* quoque primus, & *Choliambum* invenit, quaſi *Claudum Jambum* a χωλὸς *Claudus*, quia exturbato ſexta ſede Jambo, quaſi claudicare videtur. Diciturque etiam *Scazon* a σκάζω *Claudico* ex Diomede Lib. III. Arcades omnium primus Hippyas προσεληνους i. e. *Ante Lunam* eſt fabulatus ex Stephano. V. Ἀρκάς.

*Clar. Olymp. 86. ant. Ch. an. 432.*

In Phyſicis Materiam Ignem, & Aquam eſſe dicebat, ac Fœminas non minus Maribus ſemen effundere, nihil ad fœtus conformationem conducens ubi extra Uterum inciderit; & Mulieres quaſdam, præſertim Viduas, abſque virili concubitu ſemen interdum emiſiſſe.

In Moralibus Invidiam duplicem eſſe definiebat: juſtam, cum quis invidet Improbis honoratis: injuſtam vero cum Bonis, Improbos, dicebat, duplo magis quam cæteros calamitoſos eſſe, qui non propriis duntaxat malis graventur, ut Alii, ſed alienis pariter bonis. Calumniam rem graviſſimam eſſe pronunciavit, quia nulla pœna lege ſancita eſſet Calumniatoribus, ut Furibus, quamvis illi amicitiam, quæ optima eſt poſſeſſio, furentur: Quam ob rem ajebat, contumelia, licet malefica ſit, calumniâ tamen juſtior eſt, quæ poſtrema, quia latet, nocentior eſt. Videndus Stobæus in *Serm. De Invidia*, & Plutarch. in Lib. *De Calumnia*.

Xenophon facit Interloquutores de *Juſto* Hippyam, & Socratem Hippyæ Plato inſcripſit Libros *De Pulchro*, & *De Mendacio*. Utebatur Hippyas veſtibus purpureis ex Ælian. *Lib. XII.* Plura de eo vid. apud Plutarch. Lib. *De Orac. defic.* ex Phenia, & Galen. in Lib. *De Hiſtor. Philoſoph.*

## GLAUCUS

ALias Glaucias Rheginus Philoſophus Pythagoricus, & Muſicus excellens. Flor. Olymp. 86. Democrito coævus. Scripſit *De Poetis*, & *Muſicis antiquis*, & alia ex Plutarch. in *Muſic.* Meminit de eo Laert. in *Democrito*.

*Clar. Olymp. 86.*

## EURYTUS

LOcrus Philoſophus Pythagoricus Vir doctus, & Citharædus eximius ex Jambl. & Laſcare in *Philoſoph. Calab.* Flor. circa Olymp. LXXXVIII. Meminit de eo Strabo: *Eurytus*, ait, *Philoſophus*, *quem vidit Plato &c.*

*Clar. Olymp. 88. ant. Ch. an. 424.*

## ANDRODAMUS

RHeginus Legislator, qui, ut Ariſtoteles notat in *II. Polit. ult.* Chalcidenſibus Leges ſcripſit iis, qui erant in Thracia: Ejus dixit extare Leges de Homicidio, & de Hæreditatibus.

*Clar. Olymp. 90. ant. Ch. an. 416.*

## STENIDAS

LOcrus Philoſophus Pythagoricus, & Legislator. Scripſit *de Regno*, ejuſque Operis fragmentum exhibet Stobæus *Serm. XLVIII.*

*Clar. circa Olymp. 90.*

## EUTHICRATES

*Clar. circa Olymp. 95. ant. Ch. an. circiter 396.*

LOcrus Philoſophus Pythagoricus ex Jamblico: ad quem audiendum Platonem peragraſſe Locros narrat Cic. *Plato*, ait, *ad Euthicratem, Timæum, & Acrionem Locros Pythagoricos peragravit, ut cum Socratem expreſſiſſet, adjungeret Pythagoræorum diſciplinam, eaque, quæ Socrates repudiabat, addiſceret.* In V. de Fin.

## TIMÆUS

*Clar. Olymp. 95.*

LOcrus Philoſophus Pythagoricus, Mathematicus, & Medicus. Clar. Olymp. XCV. ante Ch. ann. CCCXCVI. Primus *De Animorum Æternitate, & de Univerſi Natura ſcripſit* ex Laertio, cui & in hoc memoria firma non fuit, quod de eo in Pythagora dictum cum Caſaubono; Nam Timæus ſcripſit quidem de Animorum Æternitate, ut ait, ſed non primus, alioquin ejus de Pythagora, Philolao, & aliis teſtimonia non conſtarent. Sed redeamus in orbitam: Plato *in Timæo* ſcribit: *Timæus in Aſtronomia noſtrorum omnium peritiſſimus, maximeque in Rerum Natura cognoſcenda verſatus, primus ediſſerat: ita ut a Mundi generatione exordiens uſque ad Generis Humani Naturam deveniat*. Scripſit quoque Librum *De Mundo, & Anima, & Mathematica, & de Vita Pythagoræ* ex Suida.

Refert Proclus in Lib. *De Anima, & Dæmone* Timæum omnem Animæ eſſentiam declaraſſe: de qua ſane quid ſenſerit, mox explicat ipſe Proclus, & Ariſtoteles in Lib. ejuſdem argumenti. Metempſychoſim tamen a Pythagora ad terrendos impios homines aſſertam, excluſit. Deum ingenitum aſſeruit ex Theodoreto Lib. II. *De Princip.* Euſeb. Lib. XIII. *De Præpar. Evang.* & Clem. Alex. *I. Strom.* Illumque Mundi Opificem ingenue dixit, qui perfecto opere quieverit, ac ſeſe in circumſpectum ſuum receperit. Cui accinit Petrus Comeſtor: *Deus*, inquit, *requievit ab opere in ſemetipſo, ideſt a mutabilitate operum ejus immutabilitas apparuit* (*In Hiſt. Eccleſ. ſuper Gen.*). Mundum duobus conſtare adſtruit: *Mente*, & *Neceſſitate*, ideſt actu formali, qui ſane eſt Divinæ Mentis voto præcipuus, Mentiſque imago: item ex Neceſſitate, ideſt Materia, quæ non tam intentione propria, quam neceſſaria quadam conditione ad hoc opus accipitur. Ex Cœlio Rhodig. *Lib. I.* Mundi corpus ex Igne primum, Terraque componit; ut per Ignem quidem videri: per Terram ſolidum eſſe, tangique valeat. Ex Plotin. in *Lib. de Cœlo*. Cœlum nominavit Univerſum: Ait enim: *Deus Animam Mundi creavit ſuo Corpore priorem tum poteſtate, tum tempore*. Quod quemadmodum intelligi debeat explicant Platonis Expoſitores Plotinus, Porphyrius, & Proclus.

Scripſit etiam Timæus ut Lib. I. tradit Plinius: *De Medicina Metallica*, & Lib. II. ait: *Timæus millia de Medicina ſcripſit*: Et rurſum: *Signiferi autem ambitum peragit in certis, & duo quinquagenis diebus ab Sole nunquam abſiſtens partibus ſex, atque quadraginta longius, ut Timæo placet.*

Fuit Timæus Platonis Præceptor: *Plato*, ſcribit Cicero in *I. Tuſc.* *a Timæo Pythagoræo omnia didicit*. Ad quem ſane peragraſſe Locros dictum ſupra cum eodem Cicerone in *Euthicrate*. Hinc ex Timæo Librum ſuum, cui *Timæo* nomen fecit compilaſſe Plato exiſtimatur: in quo illum colloquentem introducit. Quo argumento Timæum potius, quam Philolaum a Platone compilatum cenſuit Thomas *De Plagiar.* apud quem ejus furti aperte Plato inſimulatur. Tametſi ipſe quidem in aliquibus a Timæo Præceptore receſſerit circa ea, & quæ Animæ Originem ſpectant, & quæ æternam

nam

Digitized by Google

mam Dei ſolius eſſentiam reſpiciunt: a quibus rebus, quia notiſſimæ ſunt, libenter faceſſo.

## ACRION.

LOcrus Philoſophus Pythagoricus ex Jamblic. citato. Hunc pariter auditurus Plato Locros peragraſſe dictum cum Tullio in *Euthicrate*: Accinit autem indicato loco Tulliano Hieronymus: *Plato*, inquit, *Ægyptum*, *& Architam Tarentinum*, *eamque Oram Italiæ*, *quæ quondam Magna Græcia dicebatur*, *laborioſiſſime peragravit*, *ut qui Athenis Magiſter erat*, *& potens*, *cujuſque Doctrinam Academiæ Gymnaſia reſonabant*, *fieret peregrinus*, *atque Diſcipulus*, *malens aliena verecunde diſcere*, *quam ſua impudenter ingerere*. (*Tom. IV. Epiſt. I. ad Paulin.*) Clar. Olymp. 95.

## CETUS

LOcrus Philoſophus Pythagoricus ad quem etiam audiendum Plato Locros veniſſe Valerio Maximo *Lib. VIII. Cap. VII.* ſcribitur: ubi de Platone loquutus: *Quominus miror*, ait; *in Italiam tranſgreſſum* (Platonem) *ut ab Archita Tarenti*, *a Timæo & Arione* (malim Acrione, & vid. dicta in eo) *& Ceto Locris Pythagoræ præcepta*, *& inſtituta acciperet*. Clar. Olymp. 95.

## PARMENIDES

ELeates, quod Oppidum nunc *Boniſatum* dicitur, Philoſophus multi, ac celebrati Nominis, Xenophanis Diſcipulus: Legiſlator, qui Civibus ſuis leges ſcripſit ex Speuſippo. Primus animadvertiſſe fertur eundem eſſe Veſperum, atque Luciferum ex Phavorino; quamvis alii hoc Pythagoræ tribuant. Hic Philoſophiam ſuam carmine expreſſit: Terram primus dixit globoſam, atque rotundam in medio ſitam: duo eſſe Elementa Ignem, & Terram: Generationem Hominum ex Sole primum eſſe ortam: Solem calidum eſſe: atque frigidum, ex quibus conſtent omnia; Animam denique, ac Mentem idem eſſe. Clar. Olymp. 99. ant. Ch. an. 380.

Quod autem Parmenides fuerit Eleates ab *Elea*, ſeu *Velia*, quæ nunc *Boniſatum* dicitur, teſtem habeo Strabonem *Lib. VI.* ſtatim in principio; Tametſi Leodontius in *Harmonic.* illum velit fuiſſe Locrenſem: *Vere Litterarum fontes*; ait, *facile putarim Parmenidem illum Locrum*, *qui ut Italicorum Philoſophorum doctrinam diſſeminaret* Eleam *Civitatem colens*, *doctiſſimis ſermonibus locupletavit*; *Nec non & Meliſſum &c.* Laertius ea in re Straboni non refragatur, niſi quatenus lividus quorundam oculus in Calabros ubi in Laertio *Eleatem* Parmenidem fuiſſe abſolute legit, ipſum Eleam Æolidis ſtatim repetit; ſed æquivocum diluit Strabo idem qui ſupra, mox in Zenone repetendus; Nam cit. *Lib. VI. Hyelam*, *Helam*, & *Eleam* unam, & eandem eſſe Urbem Patriam Parmenidis abſolutiſſime affirmat.

Cæterum, etſi non oporteat, placet tamen heic adnotaſſe: *Eleam*, *Eliam*, ſeu *Veliam* ex Dionyſio, quæ idem ſunt Goltio, & *Hyelam* Herodoto in *Clio* unam eandemque Urbem fuiſſe etiam Straboni in cit. *Lib. VI.* & ex recentioribus Beyerlink in *Theatr. V. H.* ubi de Parmenide, & Zenone loquitur; Nam priſci Græci, ſcribit laudatus Dionyſius *Lib. I. Rom. Antiq.* de Velia, ſeu Elea loquutus, Nominibus a Vocali incipientibus, plerumque 8. præponere ſolebant; & Latini quoque priſci U. litteram ſæpe vel detrahebant dictionibus, vel addebant: Similiter E. & I. apud eos paſ-

ſim in mutua erant functione; præterea apud ipſos Latinos H. & Y. diu non fuerunt in uſu, teſte Auſonio Popma in Lib. *De Uſu Antiq. loquut.* ubi hæc omnia innumeris probat exemplis; Cumque ex Priſciano *Lib. XI.* in Arte Grammatica nihil omnino ſit apud Latinos, quod non idem ſit pariter apud Græcos, dixiſſe licebit Laertium metaplaſmo nominis deceptum pro *Velia*, *Eleam* legiſſe. Verum Laertius non decipitur, ſed ii falluntur, qui dum de Oriente Sole, ut ſic dixerim, mirantur, quaſi non & Calabria potuerit tunc ævi tales Viros peperiſſe, quæ Parmenide ipſo, atque Zenone longe præſtantiores pepererat; cum geſtiant gloriæ noſtræ Nationis detrahere, ante judicant, quam intelligant, & ante detrahunt, quam antiquorum ſcripta iterando perquirant.

## MELISSUS

*Clar. Olymp. 106. ant. Ch. an. 352.*

SAmius ex Laert. & quidem ex Samo Calabriæ Pythagoræ Patria, explicante Leodontio in *Harmonic.*, ubi ſcribit: *Vere litterarum fontes facilè putarim Parmenidem illum Locrum .... nec non & Meliſſum Samium ejus Concivem &c.* Hic Univerſum infinitum eſſe dixit, immutabile, immobile, unum, ſibi ipſi ſimile, ac plenum: Motum non eſſe, verum videri eſſe ex Laert. cit.

## ZENO

*Clar. Olymp. 106.*

ELeates, quod Oppidum Bonifatum dicitur, ex dictis ſupra in Parmenide, auctoritate Strabonis, qui *Lib. VI.* in principio ſic ſcribit: *E regione Sirenuſſarum promontorium adjacet, Poſidoniatem ſinum efficiens. Alius item flectenti contiguus ſinus offertur, ubi Urbs ab Ædificatoribus Phocenſibus* Hyela *nominata eſt, cum eam quidem* Helam *a fonte quodam nominarint; noſtra vero Ætas* Eleam *dicit: a qua* Parmenides, *atque* Zeno *ducunt originem Pythagoricæ Sectæ Viri. Eam per illos prioribus etiam annis Legibus, & Inſtitutis bene fortunatam extitiſſe arbitror; Quocirca & adverſus Lucanos obſtitere; contraque Poſidoniates validiores evaſere, licet, & agro, & hominum multitudine cederent.* Straboni non refragatur Laertius: *Zeno Eleates*, ait, *Pyreti, ut Apollodorus inquit, in Chron. filius Parmenidem vero natura quidem Theletagoræ, adoptione vero Parmenidis filium dixit .... Enimvero Zeno, Parmenidis auditor, ac pædica fuit.* Et poſt: *Nam & ipſe prius quidem Hylen* (forte Hyelam) *poſtea vero Eleam Phocenſium Coloniam, ſuamque Patriam Civitatem humilem, bonos tantum Viros nutrire ſolitam, dilexit magis quam Athenienſium magnificentiam.* Hæc ille quæ verbis Strabonis conſonant, ut ſi contra forſitan diſcreparent, tamen poſtremi hujus, ut eſt prior ætas, ſic conſenſu omnium, auctoritas potior eſſet.

Zeno, igitur, Philoſophus clariſſimus ex Platone; Dialecticæ Inventor ex Ariſtotele, & Legiſlator ex Laertio, & Strabone, floruit Olymp. LX. ſi præfato Laertio credimus. Verum is quidem chorda ſemper oberrat eadem: ſemper inquam memoria labitur, Vitium Laertii, notante Caſaubono, ſolemne. Nam ſi Zeno Diſcipulus Parmenidis, ſe auctore fuit; & Parmenides quidem, ſeipſo pariter auctore in ejus vita, floruit Olymp. XCIX. quî fieri potuit, ut Diſcipulus Præceptorem ſuum XXXIX. Olympiadibus præcederet? Quod & idem fieret de Meliſſo, quem XV. Olympiadibus ante Parmenidem præceptorem floruiſſe dicit. Dicendum eſt, igitur, Zenonem & Meliſſum circa Olymp. CVI. floruiſſe, ut præpoſterus ordo corrigatur.

Scripſit Zeno plura volumina Sapientiæ plena ex Laert. Placuitque eidem

dem Mundos eſſe plures: Vacuum non eſſe: Naturam Rerum ex calido, & frigido, aridoque, & humido, cum iſtá in alterutrum commutentur, extare: Generationem Hominum ex Terra eſſe; & Animam ita ex his omnibus commixtam eſſe dicebat, ut a nullo eorum, plus quam a cæteris obtineatur.

Maledictis indignari ſolitus perhibetur, quod diceret: *Si maledicta æquo animo admittam, ne laudes quidem ſentiam*. Tyrannum Patriæ Nearchum, vel Diomedontem, ut Alii illum appellant, profligare aggreſſus: comprehenſus, & interrogatus de conſciis, Quidam Ei ad Aurem loqui velle finxit, eamque mordicus apprehenſam dentibus, vel Naſum, ut Demetrius dicit, præſcidit: Neve mox tormentis Conjuratos prodere cogeretur, linguam in ora Tyranni conſpuit; a quo in cavum lapidem conjici, & contundi juſſus eſt: quod exprimunt Græca Carmina apud Laert., quæ latine ſic redduntur.

*Fortiter extincto voluiſti Zeno tyranno*
*Triſti Eleam patriam ſervitio excutere.*
*Victus es infelix, ſævi tamen arte tyranni*
*Arreptum qui te contudit ære cavo.*

## LEUCIPPUS

*Clar. Olymp. 107. ant. Ch. an. 348.*

Eleates ex Laert., quamvis alii Abderitam, alii Mileſium fuiſſe velint. Nos Philoſophis noſtratibus iccirco Leucippum aſcribimus Laertium ſequuti, quod addat Is illum fuiſſe Eleatem, & Zenonis præterea auditorem. Cæterum judicent peritiores; Nam his concurrentibus conjecturis præteriri non poterat, nec debebat.

Leucippus infinita eſſe omnia dicebat, & in ſe ipſa communicari: Univerſum illud inane eſſe, plenumque corporibus, ac Mundos fieri Corporibus in hoc inane incidentibus, & in ſe invicem implicatis; atque ex Motu ſecundum illorum incrementa naturam Syderum fieri: Solem in Circo majori ſecundum Lunam ferri; Terram vehi, ac circa medium verti, figuramque illius tympano ſimilem. Hic primus Atomos principia ſubjecit. Hæc ex Laertio, qui ſtatim poſt cuncta explicare aggreditur, ut videre eſt apud ipſum.

## THEÆTHETUS

*Clar. Olymp. 100. ant. Ch. an. 376.*

Rheginus Philoſophus, & Legiſlator. Clar. circa Olymp. C. ante Chriſt. CCCLXXVI: Huic Plato Librum *de Scientia* inſcripſit.

## SALETHUS

*Clar. circa Olymp. 100*

Crotoniata Philoſophus, & Legiſlator, qui Civibus ſuis Crotoniatis Leges dedit; & inter cætera cavit, ut Mœchi vivi cremarentur; cumque ipſe Uxorem Fratris ſui polluiſſet, deprehenſus Orationem tam luculentam habuit, ut Cives remittere pœnam vellent, eumque duntaxat exilio mulctare; at ille magnitudinem culpæ intelligens, ultro in ignem inſiliit. Vid. Lucian. in *Apolog.*

ARI-

## ARISTIDES

*Clar circa Olymp.* 100.

LOcrus Philoſophus Pythagoricus, de quo Plutarch. *Timoleone*: *Ariſtides Locrus*, ait, *ex Platonis familiaribus unus*, *cum ſuperior Dionyſius unam Natarum ejus in Uxorem peteret*, *reſpondit*, *ſuavius ſibi fore illam mortuam*, *quam Tyranno nuptam aſpicere*. *Paulò poſt cum Dionyſius eum morti damnaret*, *& contumeliæ cauſſa illum interrogaſſet ſi quemadmodum prius de collocatione filiæ ſentiret*, *reſpondit*: *Rerum geſtarum mœſtitia affici*; *dictorum autem nullà pœnitentià detineri*.

## CALLISTHENES

*Clar. circa Olymp.* 100.

SYbarita Philoſophus, & Hiſtoricus. Scripſit de *Rebus Galaticis* ex cujus Operis Lib. XIII. fragmentum habemus apud Stobæum in Serm. C. *De moribus*, *& moleſt. in eis ſolut.*

## DAMON ET PHINTIAS

*Clar.Olymp.* 105.*ant.Ch.* *an.*356.

PHiloſophi Pythagorici ex M. Græcia, de quibus narrat Cicero in *III.Offic.*: *Damonem*, *& Phintiam Pythagoræos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe*, *ut cum eorum alteri Dionyſius Tyrannus* (forte juniorem intelligit, qui in pleriſque M. Græciæ Urbibus dominabatur, & in Locros præſertim crudelitatem magnam exercuit ex Juſtino Lib. XXI., unde noſtros hos Locros fuiſſe ſuſpicor) *diem necis deſtinaviſſet*, *& is*, *qui morti addictus eſſet*, *paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſſa*, *poſtulaviſſet*, *vas factus eſt alter ejus ſiſtendi*; *ut ſi ille non reverti ſſet*, *moriundum eſſet ipſi*: *qui cum ad diem ſe recepiſſet*, *admiratus eorum fidem Tyrannus*, *petivit ut ſe ad amicitiam tertium adſcriberent*. Hos ſibi Siculi vendicant ſatis recenti teſtimonio Laſcaris ſuſpectæ fidei in Rebus Siculis celebrandis, nullo ſolido fundamento in Damone, & Phintia Calabriæ noſtræ adimendis.

## MENANDER

*Clar.Olymp.* 115.*ant.Ch.* *an.*316.

SYbarita, vel Thurius; nam Thurium ex ruinis Sybaris crevit, Poeta Comicus clariſſimus. Natus Olymp. CIX. Pater Alexis ex Suida. Quamvis Petrus Moſellanus Menandrum Cephiſeum velit, ex verſu illo Apollodori in Chronic. relato ab Aggellio *Lib. XVII. Cap. IV.* qui verſus ſic habetur.

Κηφισιεὺς ὢν, ἐκ Διοπείθους πατρός. Ideſt
*Cephiſeus genere*, *ex Diopete patre*:

At Cephiſſus fluvius eſt Atticæ: Cephiſia item fons ejuſdem Regionis: potuit tamen Menander, ſi qui in ea Regione cognominis vicus extiterit, inde originem ſuam trahere, & tamen Sybari naſci, vel Thurio, dum Alexis certe equidem Sybaritæ, vel Thurii Pater ex Suida, ac certo Nepos fuit, ut in Alexi dicemus. Niſi hoc etiam dixerimus: Diopetem Menandri Patrem Cephiſeum quidem fuiſſe, ſed qui tamen, deducta mox in Thurios circa Olymp. XCIII. Athenienſium Colonia, ibi Menandrum filium genuerit; atque ita, quicquid Apollodorus ſcribat, ſine vi teſtimonium Suidæ pro Thurio, proque Sybari facile conſtaret.

Scripſit Menander Comœdias CIX. ex Aggellio *loc. cit.* vel CV. ut apud eundem Aggellium notat laudatus Apollodorus. Has Comœdias Cæcilius, Plautus, Terentius, & alii magna ex parte Latinas fecerunt: quarum

Digitized by Google

rum etiam aliquot titulos habemus, ſuntque: *Eunuchus*, *Colacax*, *Heautontimerumenos*, *Trophonius*, *Ebrietas*, *Moroſus*, *Iracundia*, *Hercules mentitus*, *Artifex*, *Andria*, *Hymnides*, *Cecryphalus*, *Adelphi*, *Plotium*, *Theophot*, *Imbria*, *Georgia*, & Alii. Scripſit etiam Epiſtolam ad Ptolemæum Regem, & alia ſoluta Oratione ex Suida citato.

Uſurpavit ex eo Senarium Div. Paulus, & *de ſæculari*, ut ait Hieronymus *Epiſt. XXXIV*, *Eccleſiaſticum fecit*.

Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Ideſt
*Corrumpunt mores bonos colloquia mala*.

Cæterum fuit Menander laſcivus nimis; quo vitio & ejus Comœdiæ ſcatebant. Hinc Ovidius *I. Amor. El. XV*.

*Dum fallax Servus, durus Pater, improba lena*
*Vixerit, & Meretrix blanda, Menandros erit*.

## A L E X I S

SYbarita, vel Thurius Poeta Comicus, Menandri filius ex Suida, vel Patruus ex Aliis apud eundem Suid. Scripſit CCL. Fabulas, quarum unam *Brettiam*, ſeu *Breuttiam* nuncupavit apud Athen. *Lib. XIV*. quando Brettiorum a Brento vocabulum erat Herculis filio. Hinc *Sybarita fabula* celebrari cœpta apud Ariſtophanem in *Veſpis*: quod etiam Sybaritæ primi Fabularum Apologiarum Inventores extiterint, ex Aphronio Sophiſta. Sybaritas autem Fabulas effinxiſſe primos ex ſolis Animantibus rationalibus; Alcmæonem vero Crotoniatam, & Fhrygium Æſopum etiam ex irrationalibus notant tum ipſius Aphronii, tum Hermogenis Interpretes. Stobæus nonnullas ex Alexi fabulis ſententias collegit, & retulit; & multa pariter ex eo Latinos Poetas ſubripuiſſe notat Aggellius *Lib. II. Cap. XXII.* & *Lib. IV. Cap. II.* dicit Alexim in Comœdia, quæ *Pythagoram imitans* inſcribitur, docuiſſe: Pythagoram, ſua Metempſychoſi neglecta, minuſculis Porculis, & Hœdis tenerioribus victitare ſolitum fuiſſe.

*Clar. circa Olymp.* 117. *ant. Ch. an.* 308.

Filium habuit Alexis *Stephanum* nomine, qui & ipſe Poeta Comicus ex Suida laudato.

Cæterum Athenæus plura Fabularum nomina tradit, quas ſcripſit Alexis, eumque in his ferme citat; Videlicet in *Locris*, *Breutia*, *Tarentinis Aleatoribus*, *Excubiis*, ſive *Lanariis*, *Dorcida*, ſeu *Blandiente*, *Cratia*, ſeu *Pharmacopola*, *Pſeudopobolimæo*, *Demetrio*, ſeu *Philetaro*, *Cyprio*, *Pythagoram imitante*, *Paraſito*, *Sopita*, *Dropida*, *Æquilibri*, *Concurrentibus*, *Thebanis*, *Fugitivo*, *Commorientibus*, *Cnidia*, *Phædro*. *Aſclepiadide*, *Agricola*, *Sycophanta*; *Labete*, *Ceoglauceſcente*, *Græca*, *Certamine*, vel *Equo*, *Pamphila*, *Novacula*, *Inad puteum*, *Heſione*, *Mileſiis*, *Provocante*, *Attide*, *Trophomo*, *Amante*, *Mentiente*, *Collactaneis*, *Tethye*, *In Apparatu Phrygii*, *Æſopo*, *Saltatrice*, *Opora*, *Annulo*, *Procuratore*, *Somno*, *Cycno*, *Epaco*, *Galathæa*, *Threſpotis*, *Vatibus*, *Amputato*, *Helena*, *Midene*, *Numine afflato*, *Hybria*, *Pictura*, *Apobata*, *Polyclea*, *Pyrauno*, *Vino bacchato*, *Matertera*, *Homyttiis*, *Ulyſſe texente*, *Hæreditario*, *Ornatu muliebri*, *Navis Gubernatore*, *Mileſia*, *Trophonio*, *Pancratiaſta*, *Albapopulo*; *Phædone*, & in *Pamphila*.

## C L E O M E N E S

RHeginus Poeta Dithyrambicus. Clar. circa Olymp. CXII. ant. Ch. 331. ævo M. Alexandri, ad quem Epiſtolas ſcripſit. Athen. *Lib. 9. cap.* 15. & *cap.* 23. ſcribit: *Multum eſt enim temporis ex quo Cleomenis Rhegini Dithyrambos legi, quos in Meleagro inſcripto ita poſuit &c.*

*Clar. Olymp.* 112. *ant. Ch. an.* 331.



Digitized by Google

## CHARITA

*Clar.Olymp. 113. ant.Ch. an.327.*

LOcrus Poeta ex Suida, quem narrat Athenis fabulam docuiſſe ann. I. Olymp. CXIII. Archonte Euthryto.

## GLAUCUS.

*Clar. circa Olymp. 113.*

LOcrus, de quo Julius Pollux *Lib. VI. cap. X. Annumeretur*, ait, *Culinariis Scriptoribus Heraclides Syracuſanus, Tyndarichus Sycionius, Simonactides Chius*, & Glaucus Locrenſis, *Coquinariæ inſtitutionis doctores*. Meminit & de eo Athenæus *Lib. IX cap. II.*: *At Raphym Glaucus Rapyn vocat in Re Coquinaria, ſine aſpiratione per p. &c.*

## THEANO

*Clar. circa Olymp. 113.*

THuria Mulier Philoſophiæ Pithagoricæ Sectatrix, filia Leophroni, Uxor Cariſtii. Scripſit elegans *carmen de Pythagora, de Hippodamo* Thurio Concive ſuo: *De Virtute: Admonitiones Muliebres*, & *Apophthegmata Pythagoræorum* ex Laert. Jamblic. & Suid.

## PHILISTION

*Clar. circa Olymp. 100. ant. Ch. an. 376.*

LOcrus *Vetus Medicus, & Nobilis*, ut ait Gellius *Lib. XVII. cap. XI.* Meminit de eo Athenæus *Lib. III. cap. XVIII. Philiſtion*, ait, *Locrus panes ſimilagineos magis ad robur conferre aſſerit, quam alicarios: ſecundo loco hos collocat, tertioque triticeos*. Huic ergo tribuitur Liber *De Victu ſalutari*, quem tamen Galenus tribuit Hippocrati. Extitit Eudoxii Cnidii Præceptor, quem Olymp. CIII. floruiſſe ſcribit ex Laertio Petavius. Hunc Siculi Catanam repetunt nullo antiquo teſtimonio adducto: pro Locris præſto eſt Athenæus, quem laudavimus. Meminerunt de Philiſtione Plin. *Lib. I.* ſæpius, *& triceſimo*, & Galen. *Lib. I. Methodorum.*

## LYCUS

*Clar.Olymp. 115. ant.Ch. an.319.*

RHeginus Philoſophus Pythagoricus, & Hiſtoricus, cognomento *Buteras* Lycophronis Tragici adoptione Pater: qui poſtremus licet Chalcidenſis fuerit filius Sophoclis Grammatici; tamen Chalcidenſes deducta Rhegium ſuorum Civium Colonia, Rheginis affines erant ex Strabone *Lib VI.* Claruit Lycus Ævo Demetrii Phaleræi, cujus inſidiis petitus interiit. Suidas: *Lycus*, ait, *qui & Buteras, Hiſtoricus adoptione Pater Lycophronis Tragici, qui fuit ſub Alexandri Succeſſoribus, inſidiis petitus a Demetrio Phaleræo.*

Scripſit Lycus Hiſtoriam Lybiæ, & Siciliæ ex Conſtantino Laſcare; quo argumento illum ſibi vendicant Siculi, & Meſſanam repetunt; quamobrem neceſſe eſt heic ſtatim in Operis hujus veluti veſtibulo Æquivocum illud diluere, quod poterit negocium ſæpe faceſſere, cogeretque ſtylum de via ad ſemitam ſæpe divertere.

Quod igitur Lycus Hiſtoriam Siciliæ conſcripſerit, non inde ſequitur ipſum Siculum eſſe ex Inſula Siciliæ; Nam antiquitus Regio, quæ circa Rhegium eſt, *Sicilia* dicebatur. Dionyſius Lib. I. ex Antiocho Syracuſano: *Et ut Italus*, ait, *aliquando Rex Oenotriorum fuit, a quo denominati ſunt Itali; huicque ſucceſſit Morges, e quo Morgetes vocati ſunt; Et ut Siculus*

Digitized by Google

*culus hoſpes Morgeti factus, proprium ſibi conſtituens imperium, diſtincta gente huic infertur; atque ita* Siculi, *& Morgetæ, & Itali fuerunt, qui erant Ænotrii*. Strabo quoque *Lib. VI.* exerte dicit locum circa Rhegium antiquitus a Morgetiis ſimul, & Siculis habitatum fuiſſe; qui ab Ænotriis ejecti in Trinacliam trajecerint. Hinc Thucidides *Lib. III. Rhegium, & Meſſanam opulentiſſimas Siciliæ Urbes dicit*. Et *Lib. VI.* ait: *Sane adhuc ex tant in Italia Siculi; ipſaque Regio ab Italo quodam Arcade hoc Nomen habente cognominata eſt*. Plinius etiam *Lib. III.* Calabriæ habitatores deſcribens ſic notat: *Poſt Lucanum Agrum Ager Brettius incipit; nec ibi rara Incolarum mutatio: tenuerunt eum Pelaſgi, Ænotrii, Itali, Morgetes,* Siculi, *Græciæ maximi populi, ultimo Lucani a Samnitibus orti, Duce Lucio*. Ex quibus Stephanus Bizantinus Multas Calabriæ Urbes Siciliæ aſcribit; ac retento mox Antiquitatis Myſterio Rogerius Guiſcardus Calabriæ, & Trinacliæ Dominus ævo Innocentii II. Summi Pontificis, ab Anacleto Pſeudopontifice *Utriuſque Siciliæ Rex* nuncupari cœptus, titulus hic ab ſequutis mox Regibus retentus eſt: Eoque crevit promiſcui hujus Nominis æquivocum, ut & Innocentius III. ad Conſentinum Epiſcopum ſcribens, Conſentinam Eccleſiam unam ex antiquioribus Eccleſiis Regni Siciliæ eſſe dixerit; & Raphael Volaterranus Divum Franciſcum Paulanum Siculum aſſeruerit. Si ergo Sicilia, & Calabria promiſcuo antiquitus nomine cenſebantur, Lycus Meſſanenſis non erit quod Hiſtoriam Siciliæ ſcriptis ſuis poſteritati commiſerit: Alioquin etiam conſcriptæ Hiſtoriæ argumento, & affinitate Nominis, poterit eſſe *Lybicus Lycus*, qui Hiſtoriam Lybiæ conſcripſit, & univerſim Patriæ ſuæ hoſpitari dicerentur qui Alienigenarum Hiſtoriam ſcriberent: Turcæ, qui Turcarum: Scythæ, qui Scyharum facta memoriæ mandarent. Atque hæc ſemel dicta ſint, ne eadem cogamur ſæpe repetere. Cæterum, ſi dicta non arrident, Meſſanenſes Lycum noſtrum obvjis excipiant ulnis: Αὐτὸς ἐθήρευε τὰς μυίας.

## PHILIPPUS

MEdamenſis, quæ Urbs *Nicotera* nunc dicitur: *Ex hac Urbe*, ſcribit Stephanus, *ſuit Philippus Vir maximæ exiſtimationis, qui ſcripſit de Ventis*. *Clar. Olimp. 145. Ant. Ch. 220.*

## HEMITHEON

THurius Poeta. Scripſit *Sybaritida* de generibus Voluptatum, & Obſcœnarum deliciarum. Meminit ejus Operis Ovidius in *II. De Triſt.* *Clar. Circa Olymp. 159. Ant. Ch. 150.*

*Nec qui compoſuit nuper Sybaritida fugit.*

Et Martialis *Lib. XII. Epigram. XCVII.* ad Rufum

*Muſæi pathiciſſimos Libellos,*
*Qui certant Sybariticis Libellis.*

Ubi notat Interpres: *Libris abominandæ nequitiæ, quos ſcripſit Hemitheon Sybarita* (legendum Thurius; Sybaris enim tunc interierat) *ut teſtatur Lucianus* πρὸς ἀπαίδευτον.

## Q. CALABER

EX M. Græcia Poeta inſignis, qui *ſcripſit Lib. XIV. eorum, quæ in Bello Trojano ab Homero relicta fuerant*; & inſcribuntur. τῦ ὁμήρυ παραλειπόμενα. Cœpit autem ab Hectore tracto; ejuſque ſtylus omnino Homericam redolet gravitatem, ut notatum Eruditis. *Clar. Circa Olym. 172. Ant. Ch. 100.*

Opus hoc inſigne diu deliteſcens, tandem Hydrunti in Templo S. Ni-

eolai repertum, cura Beſſarionis Nicæni Cardinalis Tuſculani vulgatum ſcribit Joh. Thomas Freigius in Epiſtola præfixa in fronte ejuſdem Operis; quam Clariſs. Viris Johannis Hartungo, Hieronymo Wolphio, Theodoro Zwingero, Guilielmo Xylandro, & Martino Cruſio conſcribit: in qua de Quinto noſtro plura ſubnectit: de quo præterea multa ſcripſerunt Ermogenes, Parrhaſius, Scaliger, Volaterranus. Voſſius, Jodocus, Valereus ejus Interpres, Gyraldus, Udenus, Niſiel, & Craſſus in *Poet. Græc. Prodiit iterum* Opus ipſum *cum Annotationibus Joh. Brodæi* Turonenſis *Baſileæ apud Froben* CIƆIƆXLIX.

Q. Calabrum, quidam, indicio prænominis exiſtimarunt fuiſſe Romanum: Alii vero Smyrnæum. quod Homerus quoque Smyrnæus fuiſſe diceretur: Et hinc ſtuxit, ut *Tom. I. Poetarum Græcorum* edito Aureliæ Allobrogum Anno CIƆIƆCVI. a Petro de la Roviere *fol.* CLXXIII. ubi incipit Poema Q. Calabri, hic Titulus ſit Præfixus: *Κοΐντυ Σμυρναίου τῦ καὶ Καλάβρυ παραλειπομένων Ομήρῳ*. In Editione tamen Baſilicæ An CIƆIƆLXIX. per Sixtum Henricpetri abſolute legitur Titulus: *Κοΐντυ Καλάβρυ* &c.

Porro lingua Q. Calabri haud facile illum Romanum accuſat; & Romanum prænomen *Quinti* ad Smyrnam uſque antiquitus pervagatum difficulter evincitur. Contra vero utrunque, lingua, ſcilicet, & prænomen, potuit in Calabria coire; ex quo indicio Nominis imprimis, dein traditionem ſequuti, recte Q. Calabrum Conterraneum noſtrum eſſe conſtanter aſſerimus. Quando, ut demus ſic eſſe, Smyrnam Homeri patriam fuiſſe, quæ adhuc ſub Judice lis eſt; non hinc ſequitur Paralipomena ejus Scriptoris non niſi in Patria ſua, & a ſuo Concive fuiſſe conſcripta; Quod ſi eſſet, Curtius quoque, & ipſe prænomine *Quintus*, ut reliquos interim prætercam, qui Alexandri Macedonis hiſtoriam ſcripſit, Macedo dicendus eſſet. Cæterum judicent ii, quos Calabriæ gloria non urit; Nam mihi quidem in rebus antiquitate abditis, probabilibus conjecturis ſuffulcto, ut cumque interim divinaſſe ſat fuerit; & ut Livius *Lib. V.* ait: *In rebus antiquis, ſi quæ ſimilia veri ſunt, pro veris accipiantur ſatis habeam.*

## PESTANUS

*Clar. Circa Olymp.* 185. *Ant. Ch.* 50.

VIbonenſis Hiſtoricus, ut puto, de quo meminit Macrobius *Lib. VII. cap. IV.* ubi ſcribit: *Sed & Peſtanus Vibonenſis ſic ait: Pedibus Equos tranſmiſimus &c.*

## ALII PHILOSOPHI, SCIENTIARUMQUE, ET ARTIUM PROFESSORES ACERVATIM.

QUorum nudum cujuſque Nomen, & patriam duntaxat a priſcis Scriptoribus accepimus, & ſunt vz. Bulgaras, Gortydas *Crotoniatæ ſucceſſores in Pythagorica Schola ex Jamblic. De Sect. Pythagor* Ageas, Agylus, Atimedon, Arignotis, Boythius, Bryas, Cleoſthenes, Calciphon, Cleophron, Damodes, Dymas, Epiſylus, Eratus, Enandrus, Fidæus, Ippoſtratus, Ippoſthenes, Itanæus, Leophron, Myllias, Menon, Milo, Onatus, Phiciadas, Rhodippus, Silius, Timicha *Uxor Milliæ*, Philtis *filia Theo-hrii*, Mira *Uxor Milonis*, *Philoſophiæ Pythagoricæ Profeſſores Crotoniatæ ex Jamblic. l. c.* Callibratus, Drymon *Philoſophi Pythagorici Cauloniates ex Jamblic. ibid.* Aſtylus, Ægon *Philoſophi Pythagorici Rhegini ex Dionyſ. Halicarnaſſ. Lib. I. Pauſan. in Æliac. & Theocr. Edyll. IV.* Ariſtides, Ariſtocrates, Demoſthenes, Athoſion, Calais, Euthycles, Mneſibolaus,

bolaus, Obſimus, Phetius, Selinuntius, Theocles *Philoſophi Pythagorici, qui exactis Ducibus Philoſophiæ, qui Crotone erant Rhegium contendere, ibique diu verſati ſunt ex Jamblic. l. c.* Mamertinus Geometra, & Halianacta Legislator *Metaurienſes ex Suida, de quibus dictum etiam in Steſichoro:* Timares Legislator, & Gyptius, Adicus, Evetes, Euthemus, Philodamus, Soſiſtratus, Stenonides, & Xenon *Philoſophi Pythagorici Locrenſes ex Jamblic. l. c.* Æneas, Deax, Diocles, Evanor, Empedus, Iſpaſus, Meneſter, Proxenus, Polemæus, Timaſius, Tirſenus, Tirſenienes *Mulier, Philoſophi Pythagorici Sybaritæ ex Jamblic.* Patrocles *Poeta Thurius ex Clem. Alex. in I. Strom.* Stephanus *Poeta Comicus filius Alexit Sybarita ex Suida.* Metopus *Philoſ. Pythagoric. Thurius ex Stobæo*, Eradoctius *Hiſtoricus Thurius ex Ariſtot. III. Rhetoric.* Euthydemus, & Dionyſiodorus fratres Rhetores *ex Eteſippo apud Platonem in Lib. eidem Euthydemo Thurio conſcripto*, & Heraſippus *Thurius ex Heraclide*.

HACTENUS eos notavimus, qui ante Chriſtum natum floruerunt; Deinceps notabimus eos, qui claruerunt poſt natum eundem Servatorem; Quamobrem, miſſis Olympiadibus, annorum ſeriem juxta Æram vulgarem ſequemur. Horum autem, quos notabimus, primus eſto.

## S. THELESPHORUS

THurius Pont. Max. Anno Chriſti CXLII. de quo in Breviario Baſilicæ Vaticanæ ſic notatum: *Theleſphorus Natione Græcus, patriâ Thurienſis in M. Græcia:* A Dionyſio Areopagita edoctus, multa in Pontificatu ſanxit, quæ Eccleſiæ Dei utilia erant: inter quæ: *Ut Clericorum dignitas a Plebe ſecerneretur: Ne Epiſcopi, & Sacerdotes a Sæcularibus arguerentur, & temere judicarentur: Quadrageſimale Jejunium; Et ut in Dominici Natalis die tres Miſſæ: media nocte una, illuceſcente Aurora altera, & tertia horâ tertiâ, poſt Solis Ortum dicerentur.* Quæ Magdaburgenſes *Centur. II. cap. X.* impie cavillantes, ſic in illum obloqui non verentur: *Miſſas cumulat, & Ritum earum auget, atque ad tempus alligat, cum neque propter numerum, neque cæremonias, neque tempus Cœna Domini inſtituta ſit. Clericorum item dignitatem, & ſanctitatem nimium effert ſupra plebejam, quaſi non ſit ſcriptum: Omnes Vos unum eſtis in Chriſto Jeſu. Ita nec argui vulta populo Sacerdotes, nec accuſari; Eamque Legem firmiſſimum vocat ſui Ordinis murum conſtitutum a ſe, & a Patribus contra Perſecutores.* Sed blaterent, quibus datum eſt indecore loqui. Cæterum S. Theleſphorus poſtquam Valentini, & Marcionis hæreſes anathemati ſubjeciſſet, Anno demum Chriſti CLIV Pontificatus vero ſui II. & Menſ. IX. Martyr occubuit. Dictus ab Irenæo *Primus Martyrum*, ut notat Eruditiſs. Petavius *Tom. III. Ration. Temp.* Vide plura de eo apud Anaſtaſ. Bibliothecar. Platin. Ciaccon. & Alios.

*Clar. Anno Chriſti* 141.

## S. ANTHERUS

STrongylenſis Pont. Max Hic conſtituit, ut Martyrum Acta Notis exciperentur, in Eccleſiæ Ærario ſervanda, ne illorum memoria periret: Utque Epiſcopus neceſſitate, vel utilitate Gregis, ac Pontificia Auctoritate accedentibus, ab una ad aliam ſedem transferri poſſit. Præfuit Eccleſiæ ab Anno Ch. CCXXXVI. uſque ad CCXLVIII. quo Martyr occubuit. De ejus patria Strongylo teſtantur Anaſtaſius, Ciaccon. Ughell. & Alii.

*Clar. An. Ch.* 240.



Digitized by Google

## S. DIONYSIUS

*Clar. Ant. Ch.* 250. THurius ex Ciaccon. & Noſtratibus, Pont. Max. An. Ch. CCLX. Hic Eccleſias in Urbe, & Cœmeteria Presbyteris diviſit: Parochias præterea extra Urbem, atque Diœceſes limitibus circumſcripſit ex Platin. Cogniturus de S. Dionyſio Alexandrino, quem Pentapolitani Epiſcopi apud Sedem Apoſtolicam poſtulaverant, quaſi in Epiſtolis a ſe contra Sabellium vulgatis Divinarum Perſonarum Trinitatem propugnaturus, Unitatem Divinæ Eſſentiæ quadantenus impugnaſſet, Concilium Romæ coegit, illumque innocentem repertum, abſolvit.

Sed enim Pontifex Sabellium ipſum de poteſtatis ſuæ culmine ſolemni ſententia damnatum, mox quoque edito *De Perſonarum Trinitate* Volumine, argumentorum pondere eligit: Neve argumenta ipſa identitatem Divinæ Naturæ viderentur excludere, paulo poſt aliud, & copioſius Volumen *De Conſubſtantialitate Divina* conſcripſit. Quo, providentia Dei peculiari factum eſt, ut non modo quæ tum vigebat hæreſis Sabelliana configeretur, ſed & futura pariter Arii, Tritheiſtarum, & Samoſatenorum prædamnari, & confici contingeret: *Porro* (ſcribit Anaſtaſius *De Sent. Dionyſ. contra Arium*) *ex Dionyſii Romani Epiſcopi Voluminibus contra eos, qui Filium Dei opus, aut creaturam aſſeverant, ſcriptis clare oſtenditur hæreſim Chriſti Rebellium Arianorum, non tunc jam primum, ſed olim ab omnibus damnatam fuiſſe*. Et Bellarminus *Lib. I. De Chriſto cap. X.* ait: *Ante mille, & tercentos annos non ſolum Arianos, non dum natos, ſed etiam noſtri temporis Tritheiſtas, & Samoſatenos* (Dionyſius) *condemnavit*. Hinc tributum Dionyſio legimus Encomium illud, quod Cæſari præ inſtaurata Lege Julia Poeta tribuerat: (*Martial. Lib. VI. Epigr. IX. ad Domit.*)

*. . . . . . . . . Populiſque futuris*
*Succurris, naſci, quos ſine fraude jubes.*

Jam vero Paulum Samoſatenum Patriarcham Antiochenum in deteſtandam hæreſim collapſum, iterum ea in Urbe Synodum cogi mandans, anathemate percuti: Patriarchatu deponi, & in exilium pelli curavit: Coactaque Romæ alia Synodo, & his omnibus confirmatis, adeo vafri hominis artes inefficaces reddidit, ut ne Aurelianus quidem Ethnicus Cæſar Samoſateno ſupplicanti faciles aures præbuerit, quin illum ſtatim rejiceret, notabiliter pronuncians: *Id eſſe debere ratum; quod una cum Romano Epiſcopo Italiæ Chriſtiani decernerent*. Ex Euſeb. *Lib. VII.* Denique Anno X. Menſe V. Die V. ſui Pontificatus expletis, quam egregiis pietatis, doctrinæ, & probitatis facinoribus Cœleſtem palmam promeruerat, adeptus eſt.

## S. EUSEBIUS

*Clar. An. Ch.* 309. CAſinianenſis ex Ciaccon. Oldoino, & Noſtratibus. Pont. Max An. Ch. CCCIX. Conſtituit ne Laici Epiſcopos in jus vocarent. Hic in educatione alterius Euſebii Vercellenſi Epiſcopi Mallei Arianorum acerrimi, de Eccleſia, de Religione optime meritus Martyrio coronatur An Ch. CCCXVI. Acetus Euſebium Coſam repetit, ſed Coſinianum, quod Oppidum Althanum quondam dicebatur, affirmant Noſtrates reliqui.

MAR-

Digitized by Google

## MARCUS

RHeginus Epiſcopus. Hunc ſolum ex tota Italia, Victore, & Vincentio Romanis Presbyteris exceptis, Legationis Sociis, Nicænæ Synodo I. Anno Ch. CCCXXV. celebratæ, interfuiſſe notat ex Act. ejus Synodi Barrius. *Clar. An. Ch.* 320.

## LUCIANUS

MAurenſis Epiſcopus egregie doctus: interfuit Synodo Romanæ ſub Julio I. An. Ch. CCCXXXVII. *Ex Act. in Tom. I. Concil.* *Clar. An. Ch* 330.

## S. ZOSIMUS

MEſurgenſis Abrahami filius Pont. Max. An. CCCCXVI. Hic in purgandis Hæreſibus Pelagianorum admirabilis prudentiæ extitit ex Ciaccon. Cumque aliquatenus cunctaretur, quod diceret: *tolerabilius eſſe innocentem quemlibet tardius inveniri, quam cito pro nocente damnare*, cognita tandem calliditate Cœleſtii, illum una cum ſuo Magiſtro Pelagio damnavit: Approbatiſque contra eos Carthaginenſis Synodi Decretis, ac datis per Chriſtianum Orbem Epiſtolis, proſcripſit, ac diffamavit ex D.Auguſtino *De Peccat. Origin. Cap. XXII.* & D. Proſp. *Adv. Collat.* Conſtituit Paſchalem Cereum, non ut ante in primoribus duntaxat Eccleſiis, ſed in omni Eccleſia Parochiali poſſe benedici: Utque Diaconi Manipulo in læva uterentur: Sanxitque Clericos niſi in Vinariis Cellis Fidelium Vinum palam bibere non poſſe, & Servos ad Clericalem dignitatem non eſſe admittendos. Ex Platin. Scripſit *pro Statu Eccleſiaſtico Epiſtolarum ad Diverſos* Lib. I. = *De Paſcha ad Hilarium* Lib. I. = *De Sacerdotio ad Eſſytium* Lib. I. & *Decreta*, quæ cum reliquis Pontificiis excuſa ſunt. Ex Geſner. in *Biblioth. fol.* IↃCCCXXXII. Obiit An. Ch. CCCCXVIII. cum ſediſſet Ann. duobus, Menſibus quatuor, & Diebus ſeptem. Panvinius hunc Cæſaream Cappadociæ repetit, conjectura ſatis levi ſumpta ex quadam Epiſtola Baſilii ejus Urbis Epiſcopi ad Innocent. I. in qua deſcribitur quidem Zoſimus, ſed Cæſarienſis eſſe non dicitur, imo nec Abraham filius, ſed illius Hermoginis Nepos qui Nicenum Symbolum compoſuit. Quod fuerit Meſurgenſis, quod Oppidum *Meſuraca* nunc dicitur, teſtantur Anaſtaſius Bibliothecar. Ciaccon. Scipio Mazell. & Alii apud Acet. *ad Lib. IV. Barrii cap. II.* *Clar. An. Ch.* 416.

## GAUDENTIUS, LUCIUS, & JOHANNES

SCyllaticus alter, alter Trium Tabernarum, & tertius Thurinus Epiſcopi doctiſſimi. Hi Romanæ Synodo ſub Hilario Papa celebratæ Anno Ch. CCCCLXV. interfuiſſe leguntur in Act. ejus Synodi; ſed & Johannes interfuiſſe quoque legitur alteri Synodo Romanæ ſub Symmacho Anno Ch. IↃIII. *in Act. ejuſd.* *Clar. An. Ch.* 465.

## M. AURELIUS CASSIODORUS

SCyllacenſis natus Anno Ch. CCCCLXXV. ſub Odoacre Italiæ Rege: Mox ſub Theodorico, Atalarico, Theodato, & Vitige Regibus, Comes privatarum rerum, & donorum: Iterum a Secretis Theodorici, & Theodati: Præfectus Lucaniæ, Bruttiorum: tertium Quæſtor: Magiſter *Clar. An. Ch* 500.

Offi-

Digitized by Google

Officii : quartum Præfectus Prætorio, Patricius, Conſul, & Senator Romanus reſpectivis temporibus creatus, donec Monaſticæ vitæ ſe aſcriberet; Et extructo Ruri ſuo Monaſterio Vivarienſi, juxta Scylaceum, ubi Abbatem egit : ibique Socium ſibi arceſſens Doctiſſimum illum virum Dionyſium Exiguum, qui conſtituta Æra Chriſtiana, non exiguum nactus eſt nomen, quam ſub Arianis Regibus, a quibus tot honoribus fuerat cumulatus, cujuſque conſilio illi moderari cuncta, legeſque ſancire Populis conſueverant, ex Baron. ad An. Ch. CCCCXCIII. Catholicam retinuerat pietatem, admirabiliter coleret.

Hinc Editio Pariſienſis Operum ejuſdem apud Nivellium An. CIↃIↃLXXIX. titulum jure, ac merito præfert: *Magni Aurelii Caſſiodori &c.* Qui titulus uſurpatus legitur apud Labbè *Tom. I. De Script. Eccleſ.* Revera non ſolum pietate, & dignitatibus, quas modo retulimus, ſed etiam litteris, & doctrina noſter hic Magnus extitit; & ut Olearius ſcribit in *Abac. PP.*, *quaſi ſydus quoddam inter Gothici ſeculi barbariem eluxit*. Accinitque Oleario, poſt Vallam *in IV. Eleg. LXXXVIII.*, & quidem eiſdem verbis Cauſſinus: *Magna*, ait, *Aurelii Caſſiodori mens, quæ inter hanc Gothici ſeculi barbariem quaſi ſydus quoddam eluxit : ſtylo veniam deprecatur, & facile invenit*. Sed & Trithemius: *Vir*, inquit, *fuit Caſſiodorus in Divinis Scripturis valde doctus, & in ſecularibus litteris omnium ſuo tempore facile eruditiſſimus; nec minus ſanctitate, quam ſcientiâ clariſſimus effulſit*. Baronius quoque *ad Ann.* IↃIII. *Caſſiodorus*, ait, *ſuorum temporum Scriptor luculentiſſimus, & accuratiſſimus extitit*. Joh. Cardinalis de Bona: *Caſſiodorus Vir gravis, & ſolide doctus : Cujus ſacræ, & profanæ Lucubrationes plenæ ſunt jucunditatis, & gratiæ*. Denique Petrus Broſſæus in ejus Vita: *Inter Viros ſuo tempore doctiſſimos, citra controverſiam, principatum quendam obtinuit*.

Hæc autem ejus ſunt Opera, & quidem genuina ex Cave *Sæc. Eutych.*
„ I. Variarum Epiſtolarum Lib. XII. partim Theodorici, atque Athala-
„ rici Regum nomine, partim a ſemetipſo exarati. Prodierunt ſeorſim
„ Auguſtæ Vindelicorum CIↃIↃXXXIII. Et cum Notis Broſſæi, & For-
„ nerii Lugduni CIↃIↃXCV. in 8.

„ II. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ tripartitæ ex tribus Græcis Auctoribus So-
„ zomeno, Socrate, & Theodoreto, ab Epiphanio Scholaſtico latine ver-
„ ſis, a Caſſiodoro collectæ, & in Compendium redactæ Libri XII. Ba-
„ ſileæ, & Francofurti CIↃIↃXXVIII., LXVIII. & LXXXVIII.

„ III. Chronicon ad Theodoricum Regem ab Adamo, uſque ad An-
„ num IↃXIX. cum Commentariis Joh. Cuſpiniani prodiit Baſileæ CIↃ-
„ IↃLII., Hidelbergæ LXXXVIII. Lugduni Batavorum CIↃIↃCXXXII.
„ in 8. Librum hunc Farraginem cenſuerunt Scaliger, & Voſſius; ſed Au-
„ ctorem ab hac cenſura vindicat Garejus in ejus Vita.

„ IV. Computus Paſchalis, ſeu de Paſchate, Indictione, Epacta &c.
„ inveniendis Tractatus. Hic Liber, ſcribit Labbè, a quibuſdam revoca-
„ tur in dubium; Sed Gulielmus Cave, quem nominavimus, illum ge-
„ nuinum putat.

„ V. De Rebus geſtis Gothorum Libri XII. Opus hoc deperditum
„ eſt; ſed extat Jornandis Epitome.

„ VI. Expoſitio, ſeu Commentarius in Pſalmos Davidis. Baſileæ
„ CIↃIↃXCI, & Pariſiis CIↃIↃCXIX. De hoc Libro ſcribit Sixtus
„ Senenſis in Bibliotheca: *Inter cætera vero multo præſtantius Librum Pſal-*
„ *morum, in quorum explanatione perſtrinxit compendioſa, & eleganti bre-*
„ *vitate quicquid S. Auguſtinus in Pſalmorum Tractatibus copioſiſſima enar-*
„ *ratione profuderat; intermixtis etiam de ſuo non contemnendis Annotatio-*

„ *ni-*

Digitized by Google

„ *nibus, definitionibus, propoſitionibus, & axiomatibus nonnullis ex Gram-*
„ *matica, Dialectica, Rhetorica, Muſica, Geometria, Aſtronomia, Arith-*
„ *metica, & aliis diſciplinis, quibus, tanquam ſtellis, ac gemmis, niti-*
„ *dam Operis ſui texturam exornat &c.*

„ VII. Inſtitutionis ad Divinas Lectiones Libri XI. Pariſiis CIƆIƆ-
„ XXVII., & Antuerpiæ CIƆIƆLXVI. in 8.

„ VIII. De Orthographia Liber. Coloniæ CIƆIƆCV., & Antuer-
„ piæ CIƆIƆLXXIX. in 8.

„ IX. De Septem Diſciplinis, Grammatica, ſcilicet, Rhetorica &c.
„ Liber.

„ X. De Anima Liber. Pariſiis CIƆIƆ.

„ XI. De Oratione, & Octo partibus Orationis Liber.

„ *Opera vero ſpuria ſunt*: I. Expoſitio in Cantica Canticorum edita
„ Friburgi CIƆIƆXXXVIII. De qua Labbeus *loc. cit. At Commentarios*,
„ ait, *in Cantica Canticorum a Friburgenſibus Biſgoiis Anno* CIƆIƆ-
„ XXXVIII. *editos, non eſſe Caſſiodori arguit citatus ibidem S. Gregorius*
„ *Papa ad illa verba &c. Johannes tamen Trithemius inter Opera ejus re-*
„ *cenſet; non tamen Sigebertus, & Antiquiores Alii*. II. De Schematibus,
„ & Tropis Liber, qui Bedæ tribuitur ex cit. Labbè. III. De Amicitia
„ vera Liber, De quo idem Labbeus: *Hic Liber*, ait, *ab eleganti Ni-*
„ *velliana Anni* CIƆIƆLXXIX. *editione aberat; nec immerito; cum Liber*
„ *hic ſit Petro Bleſenſi, tanquam legitimo Parenti, tribuendus &c.* IV. SS. Pa-
„ phnutii, Spiridionis, & Aliorum Vitæ. De hoc poſtremo Libro, quod
„ ſpurius non ſit, probabilior eſt conjectura apud multos, qui propterea
„ dictis Lib. I. Collectionis Aloyſii Lippomani Veronenſis non deſinunt
„ occurrere.

„ Denique Caſſiodori noſtri *Opera deperdita* ſunt hæc. I. Ad Reges,
„ & Reginas Panegyrici nonnulli. II. Expoſitio Epiſtolæ ad Romanos.
„ II. Tractatus Grammatici aliquot de Schematibus Ethymologicis, & in
„ Donatum. III. Liber Titulorum de Sac. Script. collect. Memorialis di-
„ ctus. IV. Breves Explanationes in Acta, & Epiſtolas Apoſtolorum, &
„ Apocalypſim.

Omnia Caſſiodori Opera Notis, ac Diſſertationibus illuſtravit Johannes Garetius Benedictinus Monachus Rothomagi; & præmiſſa Caſſiodori Vita cum Diſſertatione de ejus Monachiſmo in duos Tomos in *fol.* edidit CIƆIƆCLXXIX. Prodieruntque iterum Venetiis An. CIƆIƆCCXXIX. apud Pitterium.

Plura de Caſſiodoro videnda ſunt apud Sammartanum alterum ejus Vitæ Scriptorem, & apud eos, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis tractant: Inter quos Sixtus Senenſis notat: *Eſt præterea aſcribenda Operibus Caſſiodori Sciographia Tabernaculi Moſaici, juxta exemplar a Moyſe in XXVI. Exod. cap. deſcriptum: Cujus picturam Beda ſe vidiſſe teſtatur in II. Lib. De Tabernac. Moyſ.* Sed & idem Caſſiodorus de ſe narrat in *Tract. de Inſtit. Divin. Lect. Cap. XXX. Paravimus etiam nocturnis Vigiliis Mechanicas Lucernas conſervatrices illuminantium flammarum, ipſas ſibi nutrientes incendium, quæ humano miniſterio ceſſante, prolixe cuſtodiant uberrimi luminis abundantiſſimam claritatem, ubi olei pinguedo non deficit, quamvis flammis ardentibus jugiter torreatur.*

Obiit Caſſiodorus VII. Kal. Oct. Anno Ch. IƆLXXV. centenarius.

Sunt qui illum Appulum velint: ſunt qui Ravennatem Monachum: Eos Caſſiodorus ipſe rejiciat, a quibus domi ſuæ cogitur hoſpitari: Contra eos, inquam, valeat ejuſdem Caſſiodori teſtimonium pro Scyllaceo Patria ſua, dum illam ſumma ſtyli amenitate deſcribens *Lib. XII. Epiſt. LXII.*

Digitized by Google

LXII. *ad Maximum* inter cætera ſic ait : *Scyllaceum prima Urbium Brettiorum , quam Trojæ deſtructor Ulyſſes creditur condidiſſe , irrationabiliter dicitur præſumentium nimietate vexari* ; *quod Nobis præſidentibus non oportuiſſet aſſumi : quia læſiones ejus cogimur plus dolere , dum* patriotica *Nos probetur affectione contingere* . Et in *Epiſt. ad Anaſtaſium Lib.cit.* de Scyllatico Vino loquutus , quod ſuper cætera Vina Brettiana , *patriotica* , ut ipſe ait , affectione , effert , ſic dicit : *Sed provide , ut ſupradictas ſpecies exactas debeas deſtinare , quia falli non poſſumus , qui hoc* patriotica *veritate retinemus*. Vivarienſe , igitur , Monaſterium nonniſi Scyllacei erectum, in quod ipſe ſecederet : Celebratus ab eo fons Arethuſæ, qui Scyllacei eſt: Piſcinæ quas ibidem conſtruxit , cedant , ceu conjecturæ apertiſſimis ſuæ vocis, & calami ſui teſtimoniis : quibus freti, nemo eſt profecto ex Univerſa Scriptorum turba , qui veritatem rerum , ſine ulla affectionis mixtura , rimati , ſtatim illum Scyllaceum non repetat: quos, quia verſamur in claris , retuliſſe ſuperfluum foret . Hujus nomen Marchio Scipio Maphæus ob egregia in rem litterariam merita celeberrimus in Tom. I. ſuarum Obſervat. Litterariarum Artic. II. fol. 59. & Tom. II. Artic. VIII. fol. 299. per tot. vult non Caſſiodorum , ſed ſcribendum eſſe Caſſiodorium .

## PETRUS, ET DECIUS

*Clar. An. Ch.* 483.

HIeracienſis Epiſcopus alter : alter Trium Tabernarum doctiſſimi interfuiſſe leguntur Synodo Romanæ ſub Felice An. Ch. CCCCLXXXIII. in *Act.* ejus *Synod.*

## LAURENTIUS , JOHANNES , ET LAURENTIUS alter

*Clar. An. Ch.* 503.

TRophæenſis alter : alter Vibonenſis , & tertius Bovenſis Epiſcopi valde docti, qui una cum Joh. Epiſcopo Thurino , de quo dictum prius, Romanæ Synodo ſub Symmaco , Anno Ch. IↃIII. celebratæ in Actis ejus Synodi interfuiſſe leguntur .

## ZACHARIAS, ET JOHANNES

*Clar. An. Ch.* 550.

SCylaticus prior , poſterior vero Crotonenſis Epiſcopi valde docti interfuerunt Synodo Rom. ſub Vigilio Anno Ch. IↃL. *ex Act. dictæ Synod.*

## PALUMBUS

*Clar. An. Ch.* 598.

COnſentinus ex Archidiacono ejuſdem Urbis Epiſcopus An. Ch IↃXCVIII. Juriſconſultus eximius : de quo meminit S. Gregorius Pont. in *Epiſt. ad Donnum Epiſcopum Meſſanenſ.* relat. in *Can. Filius noſter Tit. V. Decretal. de Teſtam.* , *& Lib. VII. Epiſt. IV.* , Ughell. *Tom. XI.* & Alii.

## S. AGATHO

*Clar. An. Ch.* 680.

RHeginus Pon. Max. qui profligenda Hæreſi Monothelitarum , unam tantum in Chriſto Voluntatem eſſe docentium, coactis pleriſque in locis Conciliis, tandem Æcumenicam Synodum VI. quæ & Conſtantinopolitana III. eſt , imperante Conſtantino Pogonato An. Ch. IↃCLXXX. Pontificatus vero ſui II. celebrari curavit ; Occaſione cujus Synodi *duas Epiſtolas* præfato Cæſari ſcripſit , quibus pro illorum temporum conditione , & rara ingeniorum cultura , adeo ſtyli ſui pondus enituit , ut ille omni-

Digitized by Google

omnino loqui viſus eſſet, qui linguas Infantium fecit diſertas. De quibus Epiſtolis unanimiter ejus Synodi PP. ſic cenſuiſſe leguntur: *Charta, & atramentarium videbatur; ſed per Agathonem Petrus loquebatur.* Ex *Baron. ad An. Ch.* IↃCLXXXI. *num. XLVI.* Et Domitius præſertim unus ex PP. ſic legitur exclamaſſe: *Eas eſſe tanquam ex Spiritu Sancto dictatas per Os Sancti, ac Beatiſſimi Principis Apoſtolorum Petri, & digito ter Beatiſs. Papæ Agathonis ſcriptas. Ex Act. Seſs. XVIII.* Extant harum Epiſtolarum exemplaria apud laudat. Baron. *An.* IↃCLXXX. *num. VI. & ſeqq.* Scripſit & aliam Epiſtolam ad Archiepiſcopum Viennenſem: Aliam ad Ethelredum Marciorum Regem, & alios de collata Abbati Medamſtedenſi poteſtate Vicaria: quæ extat in Tom. VI. Conciliorum *pag.* DLVI. Confirmavit præterea præfatam Synodum OEcumenicam; quo ad ea ſcilicet, quæ adverſus Monothelitarum hæreſim ſtatuta fuerant; & ut in antiquuo Breviario Hallicano, quod extat in Biblioth. Vaticana, legitur: citaturque a Marcha in *Clyp. fort. Diſſert. II. Cap. XII.*, *Agatho Sextam Synodum ita ſuſcepit, & eoſdem anathematizavit, quos Sancta Synodus, præſente Conſtantino damnaverat.* Denique nonagenario major, cum biennio, & ſex menſibus Eccleſiæ Dei præfuiſſet, naturæ ceſſit meritis cumulatus.

Siculi Agathonem repetunt Panormum; ridentque Ciacconium, qui illum Aquilanum facit, & in noſtrum Hieronymum Marafiotum ſiciliſſant, quod Rheginum fuiſſe aſſeruerit. Hinc Octavius Cajetanus Scriptor Siculus in Vita, quam de Agathone ſuo veluti Conterraneo conſcripſit: *Multa ſunt*, ait, *quæ Ciacconium convellunt. Venio nunc ad Archangelum* (legendum Hieronymum) *Marafiotum, qui dum patrio affectu Viros omnes Illuſtres in Calabriam pertrahere ſtudet, Agathonem, Leonem II, Stephanum IV. homines Siculos Rheginos eſſe contendit, neque proficit hilum &c.* Hæc ille. Vere Tullius *Act. VI. in Verrem: Siculos*, ait, *Rheginorum Civitati invidere*; Nam ut interim verum eſt, multa eſſe, quæ Ciacconium convellunt, nihil tamen ſuppetit quod Cajetanum confirmet, & fulciat; ut ſtare adverſus Marafiotum firmiter faciat, niſi hoc unum quod Agatho Siculus eſſe ſcribatur.

Sed ne hoc quidem Cajetanus *proficit hilum*; Nam quanti valeat dici Siculus, ut quis Calaber eſſe negetur heic abunde dictum in *Lyco*, ubi præſertim diximus cum Thucidide: Rhegium Siciliæ Civitatem pariter appellari. Verum hoc id loco nonnulla addenda ſuperſunt. Et imprimis meminiſſe decet in Epiſtolis Agathonis, quas Abudantio Epiſcopo Paternenſi, & Johanni Epiſcopo Rhegino ſuis ad OEcumenicam Synodum Legatis dedit, eoſdem *Conterraneos* ſuos appellatos; ſic enim Gabriel Barrius Vir græce, & latine doctus in antiquis Codicibus legit; non ut nunc legitur apud Labbeum: *βυνδύγυς Conſamulos*, alioquin accuratiſſimus Scriptor non eſt præſumendus in hac ſola voce voluiſſe mentiri, in qua poterat difficultatis cardo conſiſtere, & hoc eſſet ſeipſum velle decipare, qui non poſſent alienis oculis glaucoma perfundere; Si igitur Conterranei appellantur, erit quidem Siculus Agatho; ſed ex Sicilia citra pharum ſit neceſſe eſt.

Quo argumento perſpicuum redditur quam male Cajetanus pergat Marafiotum noſtrum Dialecticæ rudem oſtendere, quaſi hoc dixiſſe in ſumma: *Eſt Siculus ergo eſt Calaber Agatho*; Nam ſi Calabriæ, & Trinacriæ ſimul idem Siciliæ vocabulum commune eſt, ad ea quæ *in Lyco* ſunt dicta, nec ſuum argumentum conſtabit: *Et Siculus; Ergo eſt ex inſula Siciliæ: eſt Panormitanus*; quando ab univerſali affirmativo, ad particulare pariter affirmativum argumentum procedere Zeno negat.

Sed enim non eſt novum, nec ſemel obſervare eſt in antiquis Codicibus



Digitized by Google

cibus Calabros Siculos dictos, & e contrario: quod exemplis in eo, quem diximus *Lyco* probavimus; & aliud exemplum ſatis perſpicuum ejus rei ſupereſt in Theodoro Taurianenſi Epiſcopo referendum: qui cum Nicænæ Sinodo interfuiſſet; cumque certo certius conſtaret Taurianum Epiſcopalem Calabriæ Urbem fuiſſe, tamen in Actis ejus Synodi: *Epiſcopus Taurienſis*, *ex Inſula* (quod plus eſt) *Siciliæ* ſubſcribitur. Quod tamen quare factum ſit in eo dimcemus.

Cæterum, traditionem, quam Cajetanus pro Panormo, & quod Civitas hæc Inclyta Agathonis patria ſit, vigentem opponit, nihil moror; Nam & Nos ſimilem traditionem pro Rhegio noſtro obtinentem prætendimus auctricem; Ut cum modo adducta momenta utrobique non probent, & res anceps remaneat; quando etiam Oldoinus eſt anceps, nec audet Siciliæ Inſulæ Agathonem aſcribere, quem vel Rheginum, vel cum Ciacconio Aprutinum fuiſſe putat; Ubi, inquam nequit lis tanta componi, hoc uno oppoſita invicem traditio proderit, ut pugnemus paribus armis.

## ABUNDANTIUS

*Clar. Ann. Ch.* 680.

PAternenſis Epiſcopus, de quo dictum in *Agathone*: Interfuit Synodo CP. VI. unus ex Apoſtolicæ Sedis Legatis, ab Romana Synodo electus, quæ ad hoc etiam coacta fuerat, ut Legatio Conſtantinopolim ad præfatam Synodum OEcumenicam decerneretur, ex *Baron. ad An. Ch.* DCLXXX. *num. IV.* Ea enim tum erat infelix temporum conditio, ut vix Abbundantius, & Joh. Epiſcopus Rheginus, aliique pauci, longo labore, pa ultimis Europæ finibus conquiſiti legationi habiles reperiri potuerint: quod deplorans Agatho Pontifex, eos tales eſſe ſcribit Conſtantino Cæſari, *quales ſecundum ejus temporis defectum, ac ſervilis Provinciæ qualitatem inveniri potuerunt*.

Subſcriptio Abundantii in Actis ejus Synodi hujuſmodi legitur: *Abundantius Epiſcopus Sacroſanctæ Eccleſiæ Tempſanæ Provinciæ Bruttiorum*. Quæ quidem ſubſcriptio cum ſit ejuſdem Abundantii, qui paſſim in eiſdem Actis *Epiſcopus Paternenſis* inſcribitur, nodum ſolvit de duplici Tempſa, quæ & *Temeſa* dicta eſt, quando Tabulæ quoque Putingerianæ a Velſero editæ: alteram Tempſam ad Tyrrhenum Mare, alteram ad Jonium ſitam oſtendunt: illam ubi nunc Nicetum *Sanlucito* vulgo dictum: hanc ubi olim *Paternum*, nunc *Lo Cirò* ſitum eſt. De qua re vid. *Acet. ad Barr. Lib. II. Cap. IV.*

## JOHANNES

*Clar. Ann. Ch.* 680.

RHeginus Epiſcopus, & ipſe unus ex Apoſtolicis Legatis, qui in OEcumenica Synodo CP. VI. Agathonis Papæ vices geſſit: de quo vide dicta in *Agathone*, & *Abundantio*.

## HILARIUS

*Clar. Ann. Ch.* 680.

TEmpſanus Epiſcopus, utique alterius Tempſæ ubi nunc Nicetum *Sanlucito* ſitum eſt. Hic interfuit Synodo Rom. IV., quæ ſub Agathone celebrata eſt An. DCLXXX. *Ad confirmandam*, ut ſcribit Baron., *fidem Catholicam adverſus Monothelitas, & Legationem Conſtantinopolim ad Synodum OEcumenicam decernendam*. Conſtat ex ſubſcript. & Litteris Synodal., quæ leguntur in *Act. IV. Synod. VI.*

TEO-

## TEOPHILUS, PAULUS, JULIANUS, THEODORUS, GEORGIUS, VALERIANUS, ORESTES, PETRUS, SATURNINUS, ET STEPHANUS.

EPiſcopi Calabri. I. Thurius, II. Scylaticus, III. Conſentinus, IV. Tropæenſis, V. Taurianus, VI. Roſſanenſis, VII. Vibonenſis, VIII. Crotonenſis, IX. Roſſanen. Valeriani Succeſſor, X. Locrenſis. Hi omnes OEcumenicæ Synodo Conſtantinopolitanæ VI. interfuiſſe leguntur; Uno excepto Valeriano, qui ſimul cum Hilario, de quo paulo ante dictum, duntaxat Rom. Synodo IV. ſub Agathone interfuit ad decernendam ad præfatam Synodum OEcumenicam Legationem. Quamvis Baronius, Patriæ ſuæ favens, facili metaplaſmo, in Act ejus Synodi, in quibus legitur *Roſanæ*, quod idem eſt, ac *Roſanenſis* Eccleſiæ legendum contendat: *Soranæ*, ſicque Valerianum Convicem ſuum eſſe velit, quod interim conjecturis ſane levibus confirmat. *Clar. Anno Chriſti* 680.

## S. LEO II.

RHeginus Pon. Max. *Vir eloquentiſſimus*, ut ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius, *in Divinis Scripturis ſufficienter inſtructus*, *Græca*, *Latinaque Linguâ eruditus: Cantilena pſalmodia præcipuus*, *& in earum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus*; *Lingua quoque Scholaſticus*, *eloquendi majore lectione polita: Exhortator omnium bonorum Operum*, *plebique florentiſſimam ingerens ſcientiam: paupertatis amator*; *& erga inopum proviſionem*, *non ſolum mentis pietate*, *ſed & ſtudii ſui labore ſollicitus*. Pontifex hic Pſalmos, & Hymnos in meliorem concentum redegit: Acta VI. Synodi CP. comprobavit, atque in Latinum ſermonem vertit: Scripſit multas Epiſtolas, & alia quædam proſâ, & metro, Græce, & Latinæ. Præfuit Eccleſiæ a XV. Auguſti DCLXXXIII. uſque ad IV. Kal. Juli DCLXXXIV. quo die migravit in Cœlum in Sactorum albo notatus. *Clar. Anno Chriſti* 683.

Leonem quoque, cum Agathone, de quo paulo ante dictum, ſibi Siculi abſcribunt: deque ejus patria ſeptem ferme Siciliæ Urbes contendunt apud Octavium Cajetanum. Nobis non oportet contra Siculos tum quæ in *Lyco*, tum quæ in Agathone dicta ſunt, quæque dicentur in Theodoro Taurienſe heic repetere. Unum hoc in loco adnotaſſe ſufficiat: Leonem natum quidem in Valle Sicula, qui locus eſt prope Rhegium, nunc vulgo dictus: *Piana di S. Martino*, ex quo interim Æquivocum de Leone Siculo natum dixeris, propter quod Septem Inſulæ Urbes fruſtra litigant.

Sed & Æquivoco Ciacconius pariter deceptus eſt dum Leonem dicit eſſe Aprutinum, legit enim fortaſſe in aliquo antico Codice pro *Bruttiis Aprutios*, ſic enim vel decipitur, vel alios contendit decipere infenſiſſimus ille noſtræ Nationis hoſtis Ambroſius Calepinus, Vir alioquin nec multi Nominis, nec multi in ſcribendo laboris, dum *Bruttios* vertit *Abruzzeſi* quo nihil indoctius.

## JOHANNES VI.

EX M. Græcia, ut communiter notatum Hiſtoricis, Pon. Max. creatus An DCCI. die XXIX. Octobris. Huic negocium faceſſit Tiberius CP. Cæſar, mittens Theophylactum Exarcum, adverſus eum aliquid moliturus, quo illum ad confirmandos Trullanos Canones feduceret, vel cogeret: *Clar. Anno Chriſti* 701.

geret: quod nequicquam cum Sergio prædeceſsore ſuo, ab Juſtiniano fuerat tentatum. Quamvis Baronius quænam ejus rei cauſsa fuerit ignorare ſe dicat. Manſit tamen Pontifex imperterritus; & Romam Univerſæ Italiæ Militia conveniens Thephylactum repreſſit. Ex *Anaſt.* Nos de Johanne plura diximus in Noſtris *Icon. Calabr.* Interim illum Roſsanenſem fuiſse arbitramur Succeſsòris ſui Concivem, qui fuit.

## JOHANNES VII.

Clar.An.Ch 705. ROſsanenſis ex Ciaccon., Oldoino, Ughell., & Aliis tum Alienigenis, tum Noſtratibus Pon. Max. creatur DCCV. poſtquam Sedes duodequadraginta diebus vacaſset. Fuit filius Platonis. Ad hunc Pontificem Juſtinianus Rhibotmetus CP. Imperator honorificam Legationem miſiſse legitur, ut Quiniſextæ Synodi, ſive Trullanæ controverſiam Canonum, prodt ſibi æquum eſse videretur, definiret. Legatos autem reintegra reverſos eſse proditum eſt memoriæ; Sic enim Canones illos non recepiſse videri poterat condemnaſſe, ut bene notat Baronius ad An. DCCV. ubi pro re mira narrat tot Græcos ad Romanum Pontificatum ab Imperatoribus CP. promotos, ut illos faventes haberent, in his quæ non bene poſtulabant, illico Nationalitatis qualitatem, & affectum depoſuiſſe. Hic Pontifex cauſſam S. Walfridi Archiepiſcopi Eboracenſis, qui calumniis oppreſſus, ac ſede pulſus ab Alcfrido Rege, & Epiſcopis Angliæ, ad eum appellaverat, coacta Synodo cognoſcens, illum abſolvit, & Sedi ſuæ reſtituendum decrevit: quod ab Obſredo Alcfridi filio, qui Patri in Regno ſucceſſerat, exequutum ſcribunt Beda *Lib. V. cap. XX*, & Malmesburien. *Lib. III. de geſt. Ponif* extat autem Johannis Epiſtola ad Idelredum, & Alcfridum Anglorum Reges, quam una cum Actis ejus, quod dicebamus, Concilii ab eo Romæ coacti referunt Labbè, & Arduin. in *Summ. Concilior.* Vide quoque Binium *Tom. V.* Operis ejuſdem Argumentis. Obiit denique, cum ſediſſet annis duobus, menſibus ſeptem, & diebus ſeptemdecim.

## HIERONYMUS SERSALIS

Clar.An.Ch. 700. COnſentinus *ex Acet. poſt Samblaſ.* Abbas Montis Caſini Vir ſummi ingenii Eruditionis, & dexteritatis, quem laudat Paulus Diaconus *De Vir. Caſinen. Illuſtr. cap. XXVIII.*

## S. ZACHARIAS

Clar.An.Cb. 741. SIberenata Pon. Max. creat. V. Oct. An. DCCCLI. *Vir mitiſſimus*, ut notat Anaſtaſ. Bibliothecar., *atque ſuavis, omnique bonitate ornatus: Amator Cleri, & totius populi Rom. tardus ad iraſcendum: velox ad miſerendum: nulli malum pro malo reddens, neque vindictæ ſibi meritum tribuens, ſed pius, & miſericors &c.*

Doctrinâ quoque mirabilis extitit, ut notatum in Breviario Canon. Lateranen. Scripſit Epiſtolas plurimas Conſtantino Copronymo CP. Imperatori, ut eum ab hæreſi Iconoclaſtica retraheret. *Ex Epiſt. Hadrian. ad Conſtantin, & Iren., quæ not. in Act. II. Concil. Nicen. II.* Et aliam etiam Epiſtolam ſcripſit ad S. Bonifacium contra Clementem, & Aldebertum Hæreticos, quos, coacta mox Romæ Synodo, damnavit. Extant autem, tum Epiſtola ipſa, tum ejus Synodi Acta in Vita ejuſdem S. Bonifacii: Cui & aliâ Epiſtola, ibidem relatâ, culpæ tribuit, quod Virgilio, & Sidonio apud Boariorum Provinciam degentibus injunxiſſet eos denuo bapti-

Digitized by Google

ptizandos eſſe, qui ignorantia Latini ſermonis ſub hac forma eſſent baptizati: *Baptizo Te in nomine Patria, & Filia, & Spiritua Sancta*. Aliæ denique ejus Pontificis Epiſtolæ a Balutio, & Cave referuntur: Eaſque in Librum unum coalitas Coloniæ prodiiſſe ſcribit Geſner. eaſque Bintus retulit in Tom. V. Collectionis Conciliorum, & in Tom. VIII. ultimæ Editionis Antonius Pagius eruditis notis illuſtravit.

Sed & accuſationem ab eodem S. Bonifacio adverſus Virgilium, ſive Saliſburgenſem Epiſcopum, ut notat Aventinus *Lib. III. Hiſt. Bavar*, ſive alium, ut rectius putat P. Le Coint. *in Annal.* apud Natalem ab Alex. *Sæc. VIII in Zach.* expoſitam, rejecit, quod alium Mundum, alios Homines ſub terra eſſe dixiſſet, de Antipodis intelligens: Dubitaſſe enim de Antipodis, ſcribit Baronius qui S. Virgilium Saliſburgenſem exortem ejus rei putat, non eſt hæreſis; ſed plures ſtatuiſſe Mundos Divinæ repugnat Scripturæ; & proinde Hæreſis eſse convincitur.

Cum autem græce optime ſciret, in eam linguam Gregorii Dialogos vertit: *Etenim*, ſcribit Photius in Biblioth, *centum, & ſexaginta quinque annis ii, qui Latinam linguam ignorarent ſoli utilitate hujus Operis fruſtrati ſunt. Zacharias vero, qui hujus Sancti Viri, poſt illud tempus Succeſſor fuit, cognitionem, utilitatemque in Italia concluſam, in Græcam linguam vertens, communem utilitatem Orbi terrarum benigne exhibuit. Nec ſolum Dialogos, ſed & dignos lectione alios Libros in Græcam linguam transferre operæ pretium duxit.*

Alia quoque poteſtati ſuæ digna peregis; Nam Francorum Regnum a Childerico III. ſtupido, & inepto Rege, ad Pipinum tranſtulit: negante licet Natale ab Alexandro *Sæc. VIII. Diſſert. II.*, ſed cunctis tum Græcis, tum Latinis Hiſtoricis apud Bellarminum *Lib. II. de Pontif. cap. XVII.* ipſiſque etiam, quo ad factum Magdeburgenſibus *Cent. VIII cap. X.* concedentibus: Carlomannum ejuſdem Pipini fratrem, & Rachim Longobardorum Regem ad Monachorum inſtitutum ſuſcipiendum eſt cohortatus; atque ab Luitprando Rege quatuor Eccleſiæ Urbes, triennio ante abreptas, reſtitui precibus impetravit. Denique (nec enim ratio ſuſcepti argumenti patitur, ut reliqua heic egregia ejus facinora referamus) cum ſediſſet Ann. X., Menſibus III., Diebus XV. obdormivit in Domino.

## ANDRONIUS

BEſiadenſis primus ejus Eccleſiæ Epiſcopus interfuit Rom. Synod. ſub Zacharia Pontif. An. Ch. DCCXLIII. Vid. apud Amat. in *Pantopol. Calab.* *Clar. An. Ch. 740.*

## S. STEPHANUS III.

RHeginus Filius Olybrii Pon. Max. creatus Ann. Ch. DCCLXVIII. *Vir ſtrenuus, & Divinis Scripturis eruditus, atque Eccleſiaſticis traditionibus imbutus, & in earum obſervationibus conſtantiſſimus perſeverator.* Ex Anaſtaſ. Zachariæ Pontificis Conterranei ſui olim Cubicularits eique valde carus. *Clar. An. Ch. 768.*

Hic Synodum Romæ coegit, arceſſitis præſertim ex Gallia doctioribus Epiſcopis: in ea Acta Conciliabuli Conſtantini Antipapæ abrogavit, & comburi juſſit: Statuit ut Epiſcopi ab eodem Conſtantino ordinati iterum a ſe benedictionis ſuſciperent conſecrationem. Quod erat, explicante Natale ab Alexandro *Sæc. VIII. cap. I.* Sacramentale quoddam ſuſcipere; Erat enim Ritus Sacer, quem Conſecrationem appellat Anaſt. Bibliothec., quo antiquitus depoſiti, & gradu ſuo dejecti Pontificiæ reconciliationis bene-

beneficio ad priſtinos honores iterum promovebantur, & ad priſtinos gradus reſtituebantur. Cumque ſuorum Ordinum inſignia coram Altare reciperent, ac benedictione reconciliati, poteſtatem obeundi munia Ordinis illegitime ſuſcepti, ejuſque indulgentiam conſequerentur, quaſi denuo conſecrari videbantur.

In ea Synodo ſancita quoque eſt Sacrarum Imaginum veneratio, damnata Pſeudoſynodo CP. a Coſtantino Copronymo adverſus earum cultum coacta. Statuit præterea Stephanus ne quis in poſterum niſi Diaconus, aut Presbyter Cardinalis ad Pontificatum eveheretur; ex quo, notante Baronio, omnibus Apoſtolicæ Sedis invaſoribus aditus occluſus eſt.

Scripſit plures Epiſtolas, quarum duæ reperiuntur in Codice Carolino, ſcilicet: quadrageſima quinta: & quadrageſima ſeptima: in Tom. V. Conciliorum una: In Tom. VI. tres. Quinque tamen recenſentur a Baronio: plures a Gretſero, & Ughell.

Obiit pr. Kal. Februarii, cum ſediſſet An. III., Menſ. X., Dieb. XX.

Siculi Stephanum repetunt Syracuſas, ſed ejus rei Auctores incomitati accedunt; & ubi illum Siculum velint, non negamus, dummodo non ex Inſula Siciliæ fuiſſe contendant. Cæterum videantur, quæ heic in *Lyco*, *Agathone*, *Leone II.* & *Theodoro* Epiſcopo Taurianen. vel dicta ſunt, vel dicentur. De ſummis autem Pontificibus, & S. R. E. Cardinalibus in noſtro Regno Neapolitano natis unicus tandem eſt conſulendus Ignatius Maria Comus in ſua Eccleſiaſtica Neapolitana Hiſtoria, quam de His in extrema licet Senectute nullis umquam litterariis laboribus fractus perſpicaciſſimo quo floret ingenio non ceſſat adhuc perficere, & exornare.

## CONSTANTINUS, SERGIUS, STEPHANUS, THEODORUS, ET THEOTIMUS.

*Clar. Ann. Chriſti* 786.

RHeginus alter, alter Nicoteren., tertius Treopæen., quartus Vibonen. & quintus Crotoniat. Epiſcopi valde docti. Interfuerunt Synodo Nicænæ II. quæ ſub Hadriano I. Anno DCCLXXXVI. celebrata eſt, ut *ex Act. ejus Synod. in Tom. I. Concil.*

## THEDORUS.

*Clar. Ann. Chriſti* 786.

TAurianenſis Epiſcopus doctiſſimus interfuit Synodo Nycenæ II., quæ ſub Hadriano I. contra Iconoclaſtas Ann. DCCLXXXVI. celebrata eſt: In cujus Synodi *Act.* VII. hæc leguntur: *Sedentibus his ante Sacrum Ambonem Templi Sanctiſſimæ, & Almæ Eccleſiæ, quæ cognominatur Sophia, præſentibus, & audientibus Glorioſiſſimo, & Magnificentiſſimo Duce Petrona Clariſſimo Conſule, & Petro Patricio, & Comite Imperatorii obſequi: præterea Religioſiſſimis Archimandritis: præſidentibus, & Monachis, & ordine, qui in præcedenti Actione eſt annotatus: propoſitis Sanctis, & inviolatis Dei Evangelii Theodorus Sanctiſſimus Epiſcopus Taurianes Inſulæ Siciliæ, acceptam in manibus editam definitionem legit &c.*

Erat autem Taurianum antiquiſſima Urbs Brettiorum, ævo B. Nili eruta: ex cujus ruina Palma ex Ferrerio in *Lexic. Geograph.*, & Seminaria ex Allatio, Aliiſque creverunt. Meminit Tauriani Pompon. Mela *Lib. II. cap. II.* ſic ſcribens: *In Bruttio ſunt Columna Regia, Rhegium, Scylla, Taurianum, & Metaurum*, & Plinius *Lib. III. cap. V. Portus Herculis Metauris Amnis, Taurianum Oppidum, Portus Oreſtis, & Medma*. Athenæus quoque *Lib. VI.* refert piſcem quendam ab eo Oppido nomen ſumpſiſſe *Thimos* dictum *Taurianum*: qui *Xiphia* Plinio dicitur *Lib. XXXII.*

Del-

Digitized by Google

Delphini magnitudinem quandoque excedens, ex eodem Plinio *Lib. IX.* Hunc piſcem Strabo *Galeotam* appellat, & Vulgus *Piſcem Spatam*. Dicebatur quoque Oppidum illud, ſeu Urbs (promiſcue enim antiquitus *Urbs*, & *Oppidum* uſurpabantur; quando etiam Dionyſius: *Oppidum Romæ* dixit) *Tauriana* apud Stephanum: *Tauriana*, inquit, *Urbs*, *a qua Taurianus Civis*. Meminit, & Taurianæ Sedis Epiſcopalis S. Gregorius Papa *Lib. II.* Epiſtolâ ad Paulinum Epiſcopum Taurianenſem, cui commendat Eccleſiam Liparitanam: Meminit, & de eodem Paulino in Epiſtola ad Petrum Diaconum: quo Paulino vita functo idem S. Gregorius *Taurianenſem Eccleſiam Provinciæ Bruttiorum*, ut ait, Johanni Epiſcopo Scyllatico commendat. Sed & in Decretis Gregorii III., qui Anno DCCXXXV. Pontificatum obtinebat, mentio extat de Opportuno Epiſcopo *Taurienſi*, ſeu *Taurianenſe*, licet mendoſe legatur *Metaurien*.

Quæ omnia iccirco retuliſſe placuit, ut cum modo Theodorus hic Calaber fuerit; & nihilominus in dicta *Act. VII.* præfatæ Synodi Nicenæ II. Siculus, & quod plus eſt, ex Inſula Siciliæ ſcribatur, ea, quæ in *Lyco*, *Agathone*, *Leone II.* & Aliis vel hactenus heic dicta ſunt, vel deinceps contra Siculos dicentur, dum præfatos Illuſtres Viros ſuæ Inſulæ aſcribunt, hoc ſolo quod Siculi ſcribantur, validius roborentur; Nam vere antiquitus Calabria ſimul & Sicilia promiſcuo vocabulo cenſebantur, ita tamen ut qui ex Sicilia ultra pharum eſſent, ex *Inſula Siciliæ* eſſe dicerentur: quod Notariorum imperitia cum Theodoro noſtro ſervatum nequaquam illum Calabriæ adimit; Niſi hoc etiam dixiſſe placuerit, arte potius Notariorum id contigiſſe, ut in Orientali Synodo Theodorus a Græcis ex M. Græcia ſecerneretur, quæ Conſtantinopolitanis Cæſari, & Patriarchæ antiquitus ſuberat.

## ARNULPHUS.

Calaber, ignotus hactenus Scriptor; ſed doctis Curis Cl. Viri Johanni Bernardini Tafuri, de quo heic ſæpe dictum, futurus brevi notiſſimus, & clariſſimus, Hiſtoriam noſtræ Regionis conſcripſit, cui titulum fecit: *Chronicon ab Anno* CCIƆIII. *ad* CCIƆLXIV., quod M.S. adhuc, paulo poſt publica luce fruetur, Eodem, penes quem reperitur, Joh. Bernardino, Opus in lucem dante ſub Epigraphe: *Neapolitanæ Hiſtoriæ Varia Monumenta*. In illo, ne Quis hæſerit, Arnulphum Calabrum eſſe teſtantia verba reperiet: *Alaſſan Dominus Siciliæ miſit Exercitum ſuum in Calavriam, & confecit magnum bellum: multos occiſit, & alios Captivos fecit, & Noſtras ſubſtantias devaſtavit*. Hæc in Chronico Arnulphus. *Clar. Ann. Ch. 970.*

## B. NILUS.

Roſſanenſis ex Nobili Fam. Malena, ut habet multorum opinio apud Philibert. Campanil. ad Ann. CIƆCCLXXX. pag. XCI: Abbas Ord. S. Baſilii, ſanctitate, & doctrina conſpicuus. In Monaſteriis S. Mercurii, S. Johannis, S. Nazarii, & S. Hadriani quod ipſe erexerat, & aliquandiu in ipſis Cryptis per Calabriam commoratus; quæ tunc Regio altera Ægyptus Sanctorum Monachorum Parens, & Nutrix erat, Divinæ Scripturæ, & SS. Patrum lectioni ſedulus incumbens, piiſſimus, & eruditiſſimus evaſit. Cumque apud Omnes ejus fama late pervagata eſſet, Nicephoro Imperatori imprimis notus ab Roſſanenſibus Archiepiſcopus electus in interiora Deſerti, aufugit ibique tandiu latuit, donec alium eligerent. *Clar. An. Ch. 990.*

E Ca-

Digitized by Google

E Calabria dein ſecedens, ac in Caſſinenſi, & mox Serperi Monaſteriis per aliquot Annos degens, in hoc poſtremo ab Othone Cæſare inviſitur; Quod Anno CIↃ, vel ut Sigonius ſcribit, Anno CIↃII. factum eſt: poſtquam, ſcilicet, eundem Cæſarem, & Gregorium V. Romanum Pontificem pro Philogato Concive ſuo, Romam venerat rogatu.

Inde Tuſculum digreſſus, Monaſterium Cryptæ ferratæ ædificavit: ubi annum agens nonageſimum quintum vitæ ſuæ curſum peregit Anno CIↃV. Ejuſque feſtum agitur VI. Kal Oct.

*Habuit Nilus*, notat B. Bartholomæus ejus Concivis, & Vitæ Scriptor, *Atramentarium ex cera compactum: In ſcribendis Libris plurimum vocabat. Tempus ſic dividebat, ut ne quidem momento temporis eſſet ocioſus; Nam ab Hora matutina ad tertiam uſque Libros ſcribebat; ſingulis diebus quaternionem conficiens &c.* Et rurſus; *Humanum condidit proprio ore in S. Patrem noſtrum Benedictum, qui complectebatur omnia miracula, quæ in ejus habentur vita*. Et iterum: *Si quis colligeret ab ſe ſcriptas Epiſtolas Librum poſſet conficere valde utilem, & magno uſui futurum*. Ex quibus colligitur Nilum ſcripſiſſe quædam: quando multa pariter tranſcripſiſſe notat Allatius *in Diatriba de Nilis* apud Joh. Albert. Fabric. *Tom. V. Biblioth. Græc. pag. 46. ad* 51., & Montfaucon in *Paleograph. Græc. pag.* 45. ubi ait in Monaſterio Cryptæ ferratæ adhuc Volumen extare, mandante Nilo conſcriptum An. Græc. 6494., qui Anno Chr. reſpondet 988. Sed & Apud Baronium ad *An.* 980. docte ſatis Nilus ediſſerit de Jejuniis ſecundum Ritum diverſarum Eccleſiarum; ex quo pariter dicendo, & ſcribendo proditur claruiſſe, prout late etiam videri poterit apud laudatum Albertum Fabric. *l. c.* & in altera ejus Vitæ Hiſtoria, quam Abbas Sciomar. ejuſdem Inſtituti Monachus ſcripſit. Vid. etiam de eo Surium in *Vita S. Adalbert. Tom. II. die XXIII. Aprilis*.

## JOHANNES XVII.

*Clar. An. Ch.* 997.

ROſſanenſis Philogatus nominatus, qui ex Epiſcopo Placentino, Creſcentio Conſule, Clero, & Populo Rom. Auctoribus, Gregorio V. legitimo Pontifice Româ pulſo, Antipapa intruditur An Ch CCIↃXC. VII. ſub Nomine Johannis XVI., vel, ut Alii dicunt XVII. quod Cleri, ipſiuſque Rom. Pop. ad quos tunc Pontificum ſpectabat electio, conſenſum in ejus electione cauſentur. Nequicquam animadvertentes, quod Gregorius legitimus Pontifex, illo interim intruſo, viveret.

Papebrochius in *Conat. Hiſt Cronol.* quærens: Cur Johannes XXII. legitimus Pontifex Silveſtri II. Succeſſor permiſerit, ut appellaretur Joh. XVII., cum tamen ordine eſſet tantum XVI? Hanc plauſibilem rationem affert: Licet, enim, inquit, Johannes Placentinus Epiſcopus nunquam fuerit legitimus Pontifex; attamen cum iſte Johannes Placentinus Antipapa, qui per decem menſes Sedem Romanam occupavit, dictus fuerit Johannes XVI., ac multæ eo nominis numero ſparſæ eſſent toto Orbe, pro occaſionum diverſitate Epiſtolæ, & Bullæ, neceſſe habuit Silveſtri II. in Sede Rom. Succeſſor permittere, ut vocaretur Johannes XVII., ne videlicet ſi nomen Johannis XVI aſſumpſiſſet, Bullæ, & Epiſtolæ ſuæ fuiſſent progreſſu temporis confuſæ cum Actis iſtius Johannis a Creſcentio Romæ Tyranno Antipapæ creati, qui ſe Johannem XVI. appellabat. Apud *Graveſſon. Tom. IV. Hiſt Eccleſ. Colloq II.*

Scripſit, igitur Johannes hic cujuſcunque ſit numeri, vel ſane nullius in legitimorum Pontificum ſerie, id quod argumenti noſtri eſt, multas

Digitized by Google

tas Epiſtolas, & plane illum Virum doctum fuiſſe notat Platina. Cæterum intruſionis ſuæ pœnas dedit, Gregorio V. ab Othone Cæſare in Sedem reſtituto.

## B. BARTHOLOMÆUS

ROſſanenſis Ordinis S. Baſilii, Abbas Cryptæ Ferratæ, B. Nili Diſcipulus, ſanctitate, miraculis, & doctrina clarus, ut ex ejus Vita, quam quidam Monachus ejus Diſcipulus ſcripſit, ſatis conſtat. Hic Vitam Magiſtri ſui Nili in litteras retulit, ut Voſſius notat *Lib. IV. de Hiſt. Græc. cap. XIX.*, quam, addit Latine vertiſſe Federicum Metium Epiſcopum Thermularum, ſeque inde plura hauſiſſe Baronius confitetur *ad An.* CCIↃLXXXVI. *Num. II.* Ac ipſa quidem ſic latine a Metio reddita extat in Bibliotheca PP. Oratorii de Urbe. Sed & ipſam Latinam pariter fecerunt Cardinalis Sirletus, extatque inter Codices Vaticanos Cod. 1205., & Joh. Matthæus Cariophilus Archiep. Iconii: prodiitque Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zannetti CIↃIↃXXIV. in 4. Prodiit etiam Italice ex Verſione Nicolai Baldutii *Rom. ex Typogr. Camerali* An. CIↃIↃCCXXVIII. in 4., & in 8. Scripſit præterea Bartholomæus Hymnos complures ad Deiparæ, multorumque Sanctorum laudem, docte, & eleganter. *Clar. Ann. Chriſti* 1010.

Hic Benedicto IX. ſuaſit, ut ſe Pontificatu abdicaret; tametſi hoc Alii B. Nilo tribuant. *Vid. Tom. VIII. Novit. Litterar. edit. Floren.* CIↃIↃCCXLVII. *pag.* 55. *& ſeqq.* Extant in Monaſterio Cryptæ Ferratæ duo Libri Græce ſcripti: quorum alter B. Nili: alter ipſius Bartholomæi Vitam continet: de quo præterea plura vide apud Joh. Albert. Fabric. *Tom. V. Biblioth. Græcæ*. Ejus feſtum agitur III. Id. Nov.

## PROSPER

RHeginus Epiſcopus Philoſophus, Theologus, & Hiſtoricus multi nominis. Scripſit (notat Barrius) *De Vita Solitaria*, & *De Temporibus ab Adam uſque ad ſuum ſeculum*, & alia, quæ Neap. in Biblioth. S. Joh. ad Carbonar. M. S. ſervantur ex Gualter. in M. S. *Clar. Anno Chriſti* 1010.

## NILUS DEXOPATRIUS

CAlaber ex Guilielmo Cave *Tom. I. Hiſt. Litterar. Script. Eccleſ.* & Aliis. Vir Sacra, & Civili Eruditione eximius; & hinc ſuæ ætatis, quæ in Annum incidit CIↃCXL. quo Siciliæ Archimandrita evectus eſt, Magnatibus cunctis acceptus, eo præſertim Rogerio I. Siciliæ Regi loco fuit, ut illi uni Opus ſcribendum committeret, quod *De Quinque Thronis Patriarchalibus* ab eo græce conſcriptum eidem Rogerio Regi nuncupavit: Quo recenſitis ordine Eccleſiis a CP. Cæſaris ſervitute vindicatis, & S. R. E. juriſdictioni, Normandorum ope reſtitutis, beneficium ab ea Gente S. Sedi collatum, ad mentem ejuſdem Regis, Opus conſcribi mandantis, extulit, & conſignatum litteris, Poſteritati univerſæ commendavit. Plane hujuſmodi Operis, quamvis Fragmenta quædam legantur impreſſa apud Leonem Allatium in *Lib. I. de Concord. Eccleſ. Orient. & Occident.*: a quo mox in ſua *Hiſt. Crit. Fidei, & Rit. Orient.* Rich. Simonem excepiſſe conſtat; tamen opus ipſum integrum latinitate donatum publicavit Stephanus Le-Moyne in *Tom. I. Varior. Sacr.* Lugduni CIↃIↃCLXXXV., & CIↃIↃCXCIV. ex quo Auctoris eruditio, de qua initio ſtatim diximus, quanta ipſa demum extiterit, internoſci poterit; cum alioquin de ea laudatus Allatius in *Diatriba de Nilis num. XI.* plura late commemoret. *Clar. Anno Chriſti* 1140.



Digitized by Google

## NECTARIUS.

*Clar. An. Ch.* 1170. CAlaber Monachus Baſilianus, Abbas S. Nicolai Caſulenſis prope Hidruntum Vir æqua mentis vertigine, & altitudine famoſus: Græcorum etenim Lateranenſi Synodo Coryphæus proditur interfuiſſe, quæ An. MCLXXIX. celebrata eſt, in qua ſuæ Nationis Errores acriter propugnavit. *Græcorum Schiſmaticorum Legatus* (ſcribit Baronius ad dictum annum) *Nectarius Abbas, eadem, qua venit obdurati Animi nequitia, atque perverſitate inflexus, & obſtinatus, poſt prolixas diſputationes, eſt reverſus ad ſuos, a quibus tanquam in Olympicis victor eſt receptus*; Hæc Baronius ex Epiſtolis, quas refert, Georgii Epiſcopi Corcyren. ad dictum Nectarium, relatis etiam in *Tom. XIII. Concilior.* Scripſit Nectarius multa, quod ejuſdem Georgii alia Epiſtola ad Judicem Hidruntinum conſcripta demonſtrat; in qua notat: *Quod ejus ſcripta (ſcilicet Nectarii) præ manibus habeo, utroque Idiomate exarata, Græce inquam & Latine, tunc cum Spiritu Sancto eſſe mihi videor; & Spiritus Sancti Proceſſionem a Patre, quæcumque illa ſit., edoceor; & novi modum ſubſtinendi incommutabilem; & Perſonarum Trinitatem non confundo, & Adverſariorum partes damno, qui novam inveſtigant, & quærunt viam &c.* Sed & Abbas Gualterius in *Memoriis MSS. Civitatis Hidruntinæ*, cum de Bibliotheca ſelectiſſimorum Librorum copioſiſſima, quæ in præfato S. Nicolai Monaſterio erat, meminiſſet, aliqua in eâ Nectarii Opera extitiſſe teſtatur, verum hujuſmodi Operum, vel ipſos ſaltem Titulos, Eruditorum induſtria adhuc detegiſſe non potuit. Duntaxat Nicolaus Comnenus Operis ſui pag. XII. CCVII. & CCXLII. meminit aliquot Epiſtolarum Nectarii: quem Anno demum MCLXXXI. in eodem ſuo Monaſterio obiiſſe, eadem, quam nominavimus, Georgii Epiſcopi Corcyrenſis Epiſtolâ ad dictum Judicem Hidruntinum proditur. Meminit de eo Joh. Albert. Fabric. *Tom. X. Biblioth. Græc.* & Tafur. in *Script. Regni*.

## JOHANNES JOACHIM ABBAS

*Clar. An. Ch.* 1190. CŒlico in Oppido prope Urbem Conſentiam Mauro Tabellione, & Gemma Matre natus Ord. Ciſtercienſis Vitæ ſanctitate, magnitudine ingenii, lumine intellectus, & prophetiæ dono Divinitus ſibi conceſſis, quamquam aliqui Scriptores id inficiantur, ut mox dicemus claruit An. Ch. XCXC. Ex præfata autem ingenii magnitudine, exque negata ſibi laboris intercapedine vel orando, vel legendo, vel ſcribendo hæc Monimenta accepimus, et ſunt:

„ I. Concordia Novi, & Veteris Teſtamenti Lib. V. juſſu Lucii III., „ Urbani III., & Clementis III. Summ. Pontificum elucubrati. Venet. „ per Simonem de Lucre 1519. ſub hoc tit.: *Divini Vatis Abbatis Joa-* „ *chim Liber Concordiæ Novi, ac Veteris Teſtamenti, nunc primo impreſ-* „ *ſus, & in lucem editus. Opus equidem Divinum ac aliorum fere Tra-* „ *ctatuum ſuorum fundamentale: Divinorum eloquiorum obſcura elucidans:* „ *Arcana reſerans; nec non eorundem Curioſis, ſitibundiſque mentibus non* „ *minus ſatietatem afferens*. In 4. In cujus Operis principio extat Epi- „ ſtola Clem. III. ad illum ſcripta. In eo Opere de quinque ſigillis agens, „ eximia, & arcana myſteria enodavit: & in quinto nonnulla Danielis, „ & aliorum Prophetarum Capita dilucidavit. In fine vero hæc legun- „ tur: *Ego Joachimus circa medium, ut opinor, noctis ſilentium, & hora,* „ *qua Leo noſter de Tribu Juda reſurrexiſſe exiſtimatur a mortuis, ſubito*

„ *mi-*

Digitized by Google

„ *mihi meditanti aliqua, quadam mentis oculis intelligentiæ claritate perce-*
„ *pta. De plenitudine ſcientiæ Libri hujus, & de tota percepta Veteris, ac*
„ *Novi Teſtamenti concordia revelatio facta eſt.*

„ II. Commentaria in Jeremiam Prophetam ad Henricum VI. Im-
„ peratorem conſcripta. Venet. apud Bernardum Benal. 1525. in 4. ſub
„ hoc titulo: *Interpretatio præclara Abbatis Joachim in Jeremiam Prophe-*
„ *tam (Sancto dictante Spiritu) ad hæc uſque tempora minime proſpecta.*
„ *Nunc vero ejus jam cœpta impletione, intellectumque dante vexatione in*
„ *dies magis perſpicua fiet*. Iterum edita ſunt Coloniæ apud Hæredes Ja-
„ cobi Soteris CIƆIƆLXXVII. in 8. ſub hac Inſcriptione: *Abbatis Joa-*
„ *chim Divina prorſus in Jeremiam Prophetam Interpretatio, plurimis refer-*
„ *ta Vaticiniis: quorum nonnulla jam eventu comprobata, certam de reliquis*
„ *in poſterum fidem faciunt.*

„ III. *Pſalterium decem Chordarum*. Venet. apud Franciſcum Bindo-
„ ni, & Maphæum Paſini CIƆIƆXXVII. in 4. ſub hoc titulo: *Pſalte-*
„ *rium decem Chordarum Abbatis Joachim: In quo de Summa Trinitate,*
„ *ejuſque diſtinctione perpulchre indagatur: De Numero Pſalmorum, & eo-*
„ *rum arcanis, & myſticis ſenſibus. De Pſalmodia*. De modo, & uſu
„ pſallendi ſimul, & pſallentium,

„ IV. *Commentaria in Iſaiam Prophetam*. Venet. apud Lazarum de
„ Sardis Anno CIƆIƆXVII. in 4. ſub hac Epigraphe: *Eximii, profun-*
„ *diſſimique Sacrorum Eloquiorum perſcrutatoris, ac futurorum prænunciato-*
„ *ris Abbatis Joachim Florenſis ſcriptum ſuper Eſaiam Prophetam plurimis*
„ *internis, ac myſticis intellectibus Sacras Litteras penetrans, maximæque*
„ *partis Orbis Terrarum Civitatum Vaticinia &c.* Extant & in hoc Libro
„ *Commentaria ſuper nonnulla Capitula Nahum, Habacuc, Zachariæ, &*
„ *Malachiæ.*

„ V. *Commentaria in Apocalypſim*. Apud dictum Bindonum Venet.
„ CIƆIƆXXVII. in 4. ſub hoc Titulo: *Expoſitio Magni Prophetæ Abba-*
„ *tis Joachimi in Apocalypſim. Opus illud celebre. Aurea, ac præ cæteris*
„ *longe altior, & profundior explanatio in Apocalypſim Abbatis Joachim*
„ *De Statu Univerſali Reipublicæ Chriſtianæ &c.* Prodierunt & Francofurti
„ CIƆIƆCVIII. Cum Notis Joſephi Scaligeri, & Johannis Andraſder.

„ VI. *In Cyrilli revelationem de Statu Eccleſiæ &c.*

„ VII. *In Erythræam Comment.*

„ VIII. *In Merlinum Commentaria*. Aliaque plurima Vaticinia Itali-
„ ce, & Latine. Venet. Anno CIƆIƆC. apud Joh. Baptiſtam Bertonum
„ in 4. Cum Annotationibus Anſelmi Epiſcopi Marſicani.

„ IX. *Oraculum B. Cyrilli Eremitæ Montis Carmeli, cum Expoſitione*
„ *Abbatis Joachimi, & mutuis Utriuſque Epiſtolis*. Ex duplici Exemplari
„ Biblioth. Vaticanæ extare copiam extractam, cum aliis collatam, &
„ marginalibus Notis illuſtratam Neap. apud Petrum Valerum notat Ni-
„ codemus ad Topp.

„ X. *Vaticinia de Statu Pontificum, cum Figuris*. Prodierunt ſub va-
„ riis formis apud Varios Calcographos, cum Notis Pauli Schalichii, qui
„ abrenunciata mox Lutherana impietate, & in gremium S. M. Eccleſiæ
„ recipiens ſeſe, Apoſtata audit a Wolphio: *Sed & Schalichius Apoſtata*
„ ſcribit Wolphius Tom. I. Memorab. Lect., *non veritate, ſed ventre im-*
„ *pellente, contra mentem Auctoris, ſuper eas pro Papa gloſſas mendaces*
„ *edidit*. Ita Religionis, & rationis Deſertor. Prodierunt & cum An-
„ notationibus Theophraſti Paracelſi cum Marginalibus Adami Duriſchii
„ translatoris in 8. Sed Voetius *Tom. II. Diſput. Theol.* nomen Theophra-
„ ſti ſpurium eſſe, & ab alio harum Annotationum Auctore falſo uſur-
„ patum dicit.

„ XI. *Prophetia inventa per Fratrem Gherardum Udonis Ordin. Mino-*
„ *rum*. Sed Libellus hic Abbatis Joachimi inſeritur in Opere inſcripto:
„ *Pſalterium X. Chordarum*, una cum ſequenti.
„ XII. *Hymnus Abbatis Joachim de Patria Cœleſti*.
„ XIII. *Chronologia* edita Conſentiæ apud Andream Riccium CIↃ-
„ IↃCXIV. in 4. Cura Jacobi Græci ex *Topp. in Biblioth.*
„ XIV. *In Danielem Prophetam* Lib. I.
„ XV. *In Evangelium Johannis* Lib. I.
„ XVI. Ad Henricum VI. Librum unum, qui incipit: *Pie petis ali-*
„ *quid ex me*.
„ XVII. *Epiſtolarum* ad Imperatricem Conſtantiam, & alios Lib. I.
„ qui extat M. S. Conſentiæ in Monaſterio S. Mariæ Pietatis ex Calà *Lib.*
„ *1. part. 3. cap. 4.*
„ XVIII. *Contra Judæas, & alios Fidei Catholicæ Hoſtes* ex Trithe-
„ mio *De Script. Eccleſ.*
„ XIX. Liber *De Flore* nuncupat.
„ XX. *De Conſolatione* Liber.
„ XXI. *Sententiarum Volumen*.
„ XXII. *De Vita Solitaria*.
„ XXIII. *De Virtutibus* Liber.
„ XXIV. *Super Regula S. Benedicti* Liber.
„ XXV. *De ultimis Tribulationibus*.
„ XXVI. *De Virtutibus Fidei* Liber.
„ XXVII. *Comment. ſuper Epiſt. XIV. S. Pauli*.

Hæc autem poſtrema Joachimi Opuſcula extant M. S. in Biblioth. Vaticana, ut quidam ferunt, a XVII. ſcilicet ad uſq. XXVII. Verum ubi modo unum ex his Opuſculis exceperim, nimirum XVIII. de reliquis a dicto Opuſculo XVII. ad ultimum uſque num legitimi Foetus ſint, vel confovenda potius malenata impoſtura de aſſerta Johannis Calà Sanctitate confingantur, et Joachimo noſtro obtrudantur, ampliandum cenſemus.

Scripſit & alia multa ex Trithemio; ſed ea, aut interiiſſe, aut extare in ſuperioribus memoratis Libris notat Poſſevin. *Tom. II. Apparat.* Quando quidem Liber de Septem Sigillis extat in Comment. ad Apocalypſim: Alter De Futuris Tribulationibus extat in II. Par. Expoſit. in Iſaiæ Prophetæ &c.

Sed enim extat & alius Libellus, contra Petrum Lombardum editus, qui Joachimo noſtro inſcribitur: merito ab Innocentio III. damnatus; ſic etenim initio Decretalium ſcriptum eſt: *Damnamus, ergo, & reprobamus Libellum, ſive Tractatum, quem Abbas Joachim edidit contra Magiſtrum Petrum Lombardum de Unitate, ſeu Eſſentia Trinitatis &c.* & vid. etiam Decret. Gregorii IX. *Lib. I. Cap. II., & ibi Gloſs*, Petavium *Lib. IV. Theolog. Dogmat. Cap. XIII., & Tom. II. Lib. VI. Cap. XII.* & alios. Verum Libellus hic facili argumento in odium Joachimi ſubdole interpolatus evincitur; quando nimirum Is in reliquis Operibus ſuis ſemper, & ubique de Trinitatis Myſterio recte ſentiiſſe probatur: Nec uno cum Libello Auctor damnatus ſit, qui omnia ſua Opera judicio, & examini S. M. E. ſubjeciſſe, non deſiit.

Quo argumento faceſſant Guido Perpinianus in *Summ. de Hæreſib.* quique illum ſequuntur Alphonſus de Caſtro in *Lib. Adv. Hæreſ.*, Prateolus *pag.* 230., Bernardus Lucemburgenſis *Lib. II. Catal. Hæret.*, & Alii, atque ignoſcat Baronius *ad An.* CIↃCXC. qui Joachimum, vel Hæreticis annumerant, vel tanquam Vaniloquum contemnunt; Non perinde enim de eo cenſuerunt Rogerius Hovedenus, Vincentius Bellovacenſis, S An-

to-

Digitized by Google

tonínus, Leonicus Calcondilas, Schedelius, Anſelmus Bocthurnius, Paulus Æmilius, Henricus Erfordienſis, Albertus Abbas Stadenſis, Pandulphus Collenucius, quorum de Joachimo elogia quia recitat Wolphius in *cit. Lib. Memorab. Lect.* heic repetiviſſe ſupervacaneum putamus.

Sed et Guilielmus Pariſienſis in *Lib. De Virtutibus Tom. I. Cap. IX. Donum intellectus*, ait, *tantæ claritatis eſt, & acuminis in quibuſdam, ut valde aſſimiletur Spiritui Prophetiæ, qualem crediderunt nonnulli fuiſſe in Abbate Joachim, & ipſemet de ſe ipſo dixiſſe dicitur, quia non erat ei datus Spiritus Prophetiæ, ſed Spiritus intelligentiæ: Si quis autem inſpexerit Libros ejus, quos ſcripſit ſuper Apocalypſim, & ſuper Concordiam duorum Teſtamentorum mirabitur donum intellectus in eo.* Hæc ille; ſed non ſic omnino Matthæus Palmerius in *Chron. Tom. II. ad An.* CIƆCLVXX. *Joachim Abbas*, inquit, *Vir prophetico ſpiritu plenus, & in Scientia Sacrarum Litterarum doctus floret in Calabria*. Paleot. etiam *in Explic. Sac. Sind. Cap. I. pag. 2. Atque ut hoc futurum credam, vel ob id inducor quod Abbatem Joachim audiam dicentem &c.* Ubi notat Daniel Mallon: *Conſtat, igitur, tanti Viri auctoritatem maximæ eſſe commendationis, ut merito Auctor ejus teſtimonio permotus dicere potuerit: In eo ſe confidere magis quod Abbas Joachim hoc vaticinatus fuerit in Libro, qui ſub Romanæ Eccleſiæ correctione fuerit.* Cardinalis de Bona in Notitia. Auctorum, quos citat in ſua Pſalmodia de Joachimo ſic cenſuit: *Joachimus Abbas Ordinis Ciſtercienſis Vir prophetici ſpiritus, & ſcientiæ non vulgaris.* In idem concinit Sixtus Senenſis *Lib. IV.* & denique omiſſis de Joachimo elogiis Danthis *in Paradiſo* ubi Landinus, Henrici Cornelii Agrippæ *Cap. XXVIII. De Vanit. Scient.* Giſberti Voetii, tametſi Calviniani, in *Diſput. Theolog.*, & Wolphii eſto Lutherani; horum enim elogia parum prodeſſe non negamus, audiatur Blaſius Viegas in ſuis *ſuper Apocalypſim Comment.*, cujus verba retuliſſe non gravabimur: *Quamvis*, ait, *Concilium Lateranenſe, ſententiam hanc damnet ut hæreticam, ut revera eſt; ſimul tamen ibidem docet Joachimum hæreticum non fuiſſe &c. Idemque repetit Gloſſa* in Cap. Damnamus de Summa Trinit. & Fid Cath *Extat etiam in Biblioth. Vaticana Epiſtola Honorii III. Rom. Pontificis ad Epiſcopum Lucanen. adverſus Joachimi Obtrectatores. Quare ſatis mirari non poſſum cur Alphonſus a Caſtro tam male de Joachimo ſenſerit, ut eum levitatis inſimulare, Scriptaque ejus omnia carpere non dubitet &c. Et quidem quod ad rem præſentem attinet, illud non mediocriter facit ad exiſtimationem Joachimi, quod ad Joh. Apocalypſim ſuis Commentariis illuſtrandum, trium Summ. Pontificum, ut diximus, auctoritate fuerit, & exhortationibus incitatus. Quæ omnia eo commemoravimus, ut Virum ſua ætate celebratiſſimum ab hæreſis nota, cum Concilio Lateranen., cujus hac de re declaratio multo amplior refertur a Franciſco Pegna in Comment. ſuper Directorium Inquiſitorum Fratris Nicolai Eymerici, ſimulque ab Adverſariorum calumniis vindicemus &c.*

Quam vero Blaſius memorat Honorii III. Epiſtolam invenies apud Poſſerin. *Tom. II. Apparat.* in hæc verba conſcriptam: *Ad Audientiam noſtram noveritis perveniſſe, quod cum Abbatem, & Monachos Ordinis Floris de Crimine hæreticæ pravitatis infamas, & a tuis permittis Subditis infamari, ſumens occaſionem ex eo quod fel. mem. Innocentius Papa prædeceſſor noſter Libellum, ſive Tractatum, quem Abbas Joachimus ejuſdem Ordinis Inſtitutor edidit contra Magiſtrum Petrum Lombardum de Unitate, ſeu Eſſentia Trinitatis, generali approbante Concilio damnavit. Cum, igitur, idem Prædeceſſor noſter in Sententiæ prædictæ damnationis expreſſerit, quod per hoc Florenſi Monaſterio nolebat aliquatenus derogari, quoniam & in eo Regularis eſt Inſtitutio, & obſervantia ſingularis. Idemque Joachimus omnia*

Scri-

Digitized by Google

*Scripta ſua ipſi Prædeceſſori noſtro aſſignari mandaret, Apoſtolicæ Sedis approbanda Judicio, vel etiam corrigenda, dictans Epiſtolam, cui propria manu ſubſcripſit, in qua firmiter confitetur, ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ diſponente Deo, Mater eſt cunctorum Fidelium, & Magiſtra: Fraternitati tuæ per Apoſtolica Scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus Fratres Ordinis ſupradicti ſuper hæreſeos crimine nec ipſe infamare præſumas, nec a Subditis tuis permittas, ſeu aliquatenus diſſimules infamari. Dat. Romæ apud S. Petrum IV. Non. Decemb. Pon. N. An. I.* Videatur & altera ejuſdem Honorii Epiſtola pro Joachimo ipſo ad Conſentinum Archiepiſcopum ſcripta, quam refert Eymericus in *Direct.* edit. Romæ CIƆIƆLXXXVII., in qua inter cætera extant hæc verba: *Mandamus quatenus per totam Calabriam faciatis publice nuntiari, quod cum Virum Catholicum reputamus, & Regularem Obſervantiam, quam inſtituit, ſalutarem.*

Obiit Joachimus in præfato Monaſt. Florenſi An. CIƆCCI. In cujus Tumulo hæc inſcripta leguntur:

*Si licet aſtra Viros ſuper almos Carmine Vates*
*Ferre: Joachim jam conſidet Empireo:*
*Cœlicolus naſcens, parvulus magnalia geſſit,*
*Mundi dum vixit ſecula fretus homo.*
*Hic decus, & virtus Calabrum, quem corde cupita*
*Expulit ad Dominum maxima Religio.*
*Parturiens Orbi mirum Ciſtertia proles,*
*Ordinis in fontem protulit alma Virum.*
*Florenſis genitor (quondam Curatia dona)*
*Floribus inſignis florida Templa dedit.*
*Quæ tanta haud repulit verax, & cuncta fovendo*
*Aſſumpſit Mater tempore læta tuo.*
*Filius, & genitor; vitis veneranda propago*
*Alta Joachim ſic maximus Orbe fuit.*
*Quæ cernis donis hominum tum Principis egit.*
*Sanctorum Dominum jam reparanda manent.*
*Nam tam dicta Patrum novit, qui nube fuerunt*
*Protecti, & vidit, quæ peragenda forent.*
*Veridicus Vates prædixit: multa fuerunt*
*Completa, ut monſtrat lumine facta dies.*
*Quæ ſcripſit matris cunctarum (jure) coegit*
*Eccleſiæ pedibus filius ipſe piis.*
*Omnia probantur: quæ vero pauca repellit*
*Dictavit zelans ſimplicitatis amor.*
*Vita, quam tenuit, præclara luce coruſcam*
*In terris, ſedes jubilat Empirica.*

## B. ROGERIUS

*Clar. An. Ch.* 1200.

APrilianenſis ex Diacono Siberenate Monachus Ciſtercienſis Alumnus Abbatis Joachimi, de quo dictum ſupra: Cujus Vitam ſcripſit, quam M. S. extare notat Manriquez *Tom. IV. Annal. Ciſtercien.*

## LUCAS

*Clar. An. Ch.* 1200.

COnſentinus ex Noſtratibus, negante tamen Ughello, qui illum in Campaniæ Provincia natum contendit, Monachus Ciſtercienſis Joachimi Abbatis

Digitized by Google

batis Alumnus: ob doctrinam, & probitatem Archiepiſcopus Conſentinus electus. *Scripſit quædam de Joachimo* Magiſtro ſuo, & *Hiſtoriam* a Natali Domini, uſque ad Annum Milleſimum, trecenteſimum, decimum ſextum, ut Barrius ſcribit, in quo tamen mendum eſſe non dubitandum: Nam Joachimus, ut in eo diximus, obiit Anno CIϽCCI., Lucam igitur ejus Alumnum annis ſaltem CXXV. vixiſſe dicendum eſſet, ſi qui modo hiſtoriam ad Ann uſque MCCCXVI. conſcripſit; quare legendum MCCXVI. Extat & Lucæ Opus M. S. *De Sacra Liturgia* ex Acet.

## JORDANUS RUFUS

Conſentinus Vir exercitiis Equeſtribus famoſus; præſertim vero regendis, & curandis Equis, fama illum undique celebrante, præclarus; quam ob rem a Friderico II. Cæſare arceſſitus, Equorum Magiſter ſufficitur: quo pariter Cæſare inſinuante, celebratiſſimum opus conſcripſit, cui: *De Medicina Equorum* titulum fecit: Cujus Operis M. S. exemplar unum ab Jano Parrhaſio Cardinali Seripando teſtamento relictum, nunc in Bibliotheca Auguſtinianorum S. Joh. ad Carbonar. Neap. ſervatur: in cujus Operis calce legitur: *Omnia, quæ in eo Libro ſunt a Friderico Imperatore Jordanum didiciſſe*. Exemplar alterum inter M. SS. Renati Moræi Medici doctiſſimi extitiſſe, Gallicè traductum notat Labbè in ſua *nova Bibliotheca M. SS. Librorum* pag. CCXVI. ibi: *Jordani Ruffi Equitis, & Maneſcalli Imperatoris de Cura Equorum, Gallice hoc titulo: Jourdaim Ruf Chevalier, & Maiſtre de la Mareſthaucie de l'Empereur de la Mareſchaucie des Chevaux*. Quamvis & inter M. SS. Regis Galliarum idem Opus Italice extare laudatus Labbeus ſcribat; quod & ſic narrat inſcriptum: *Libri di Mareſcalcia di Giovanni, e di Giordano Roſſo di Calabria.* Equidem Noſtrates Scriptores de *Johanne* quoque *Ruſo* meminerunt; quem & Tarſienſem faciunt; Verum, cum excepta ſola Patria, communia de Utriſque commemorent, in re non levi nebula vetuſtatis obducta, Jordanum eundem cum Johanne, & unum de Utriſque feciſſe ſatis habeam. Cæterum de præfato Jordani Opere loquuntur Ducang. in ſuo *Gloſſar.* Thuan. in *Biblioth.* Paſchalis Caracciolus in Opere inſcripto: *Della Gloria del Cavallo*, & Alii bene multi. *Clar. An. Ch. 1250.*

## VERNACIUS

Calaber, Pontificii Sacelli ſub Innocentio IV. Præfectus, dein Anno MCCLIII. a Capitol. Rhegino electus Archiepiſcopus ejus Urbis, & ab eodem Innocentio confirmatus Vir probitate morum, & doctrinæ magnitudine eximius. De Eo in Opere inſcripto *Novelle Letterarie pubblicate in Firenze l'An.* 1747. *Tom. VIII. Col.* 526., & 527. ubi legitur Catalogus Codicum M. SS., quos poſſidet Vitalianus Donà Patavinus, hæc notantur: *Incipit Liber .... florum omnium Modernorum &c. compoſitus per Venerabilem ..... Archiepiſcopum Rheginum, qui in Mundi partibus diverſis ſtuduit ab adoleſcentia ſua; & præſertim ſuum fecit apud Neapolim in Grammaticalibus, & Logicalibus, nec non & quadrivialibus, & Naturalibus: & etiam ſudatus in peregrinatione fertur audiendo a diverſis Magiſtris: In Naturalibus quidem a Magiſtro Petro de Ybernia: in Logicalibus a quondam Magiſtro Alexandro Bergamenſio: in Grammaticalibus a Magiſtro de Gelo de Gaeta ..... Magiſtro Petro de Inſula juxta Ceperanum ſita in Terra Laboris; demum Neapoli deſtructo Studio de mandato quondam Domini Friderici Rom. Imperatoris, poſt depoſitionem ipſius factam per In-* *Clar. An. Ch. 1250.*

no-

Digitized by Google

*nocentium Papam generatione de Janua apud Lugdunum in Generali Concilio . . . . . Rex , cum tribus Fratribus ſuis , ſcilicet Comite Toloſano , Comite Atrebatenſi , & Domino Rege Karulo nunc Jeruſalem , & Siciliæ Rege feliciter. Amen*. Scripſit Vernacius: *Pironiarum Informationum Lib. III.* = *Diſſertationem Geometricam contra Ariſmeticos: Contra Muſicos: Contra Aſtrologos*. Quæ M.S. ſunt Characteris Sæc XIII Obiit An. MCCLIX. cum Rheginæ Eccleſiæ Annis VII. præfuiſſet ex Flor. *Tom. II.*

## H U G O

*Clar. Ann. Chriſti* 1269.

SIberenates , ejuſque Urbis Archiepiſcopus Vir prudentia , & dexteritate in Reip. negociis pertractandis nulli: ſuo ævo ſecundus. Hic Anno MCCLXIX. Legatus ab Rege Neapolitano miſſus legitur , & Regius Procurator ad pacem , vigore compromiſſi eo anno initi in perſonas Udonis de Brayda , & Bertrandi de Montiliis Regiis Legatis, pertractandum inter Epiſcopum Cumarum , Populum Mediolanenſem, ejuſque Rectorem, Neapolionem de Turre, Franciſcum, Aliosque ejus Familiæ Dominos parte ex una , & Poteſtatem , Clerum , & Populum Brixianum parte ex altera ut ex *Regeſt. Reg. Sicil. D.* 121. ſatis conſtat.

## S. THOMAS DE AQUINO

*Clar. An. Ch.* 1270.

BElcaſtrenſis Ordinis Prædicatorum: Calabriæ, Regni Neapolitani , ac univerſæ demum Italiæ eximium decus, inſigne ornamentum ; de quo tacuiſſe præſtat , quam pauca dixiſſe . Landulpho Patre Belcaſtri Comite, & Theodora Matre Neapolitana natus Anno MCCXXIV. , cum mox quinquageſimum vitæ ſuæ annum non excederet, terrena relinquens Anno MCCLXXIV. brevi temporis curſu , non ſuo duntaxat ſæculo , ſed futuris omnibus, quod & ipſe fatetur Eraſmus *in* 1. *ad Rom.*, Sanctitate, & doctrina Magnus evaſit.

Enim verò ab Johanne XXII. Anno MCCCCXXIII. merito in Sanctorum albo conſcriptus eſt ; & quâ doctrinam ejus ſpectat hæc quoque in illo brevi vitæ curriculo maximi, & altiſſimi ingenii ſui monimenta Poſteritati univerſæ admiranda, & veneranda reliquit, ſeptemdecim Tomis in *fol.* comprehenſa : Cum Commentariis partim Thomæ de Vio Cardinalis Cajetani , & partim Franciſci Ferrarienſis . Nuper verò in poſtrema dictorum Operum Editione Veneta de Anno MDCCXLV. apud Battinellum, pluribus Tomis in 4. Cum Notis Bernardi Mariæ de Rubeis Veneti Ord Præd. S.T.M. prodierunt, & ſunt &c.

„ Tom. I. Vita D. Thomæ a diverſis collecta = Expoſitio ( imperfecta tamen) in primum, & ſecundum per Harmenias, cum duplici Textus interpretatione antiquo, & Argyropoli = Expoſitio in primum , & „ & ſecundum Poſteriorum Analyticorum , cum interpretatione Antiqua, „ & Argyropoli.

„ Tom. II. Expoſitio in VIII. Libros de Phyſico Auditu cum Textu „ antiquo, & Argyrodoli = Commentaria in IV. Libros de Cœlo, & Mundo, Cum Tex. Antiquo Argyropoli. In prim. & ſecund. de generatione, „ cum verſione antiqua, & Franciſci Vatabli.

„ Tom. III. Expoſitio in IV. Libros Meteororum , dum verſione antiqua, & Franciſci a Vico mercato = In III. Lib. de Anima, cum verſione antiqua, & Michaelis Sophiani = In parva naturalia cum verſione antiqua, & Nicolai Laonicæni.

„ Tom. IV. Expoſitio in XII. Lib. Metaphyſicos , cum verſione anti- „qua,

Digitized by Google

„ qua, & Beſſarionis Cardinalis Nicæni = In Tractatum de Ente, & „ Eſſentia, cum Comment. Thomæ de Vio Cajetani Cardinalis S. Sixti = In Librum de Cauſis = Tom. V. In X. Lib. Ethicorum ad Nicomachum, cum Verſione Antiq., & Joh. Argyrop. = In VIII. Lib. Polit. cum Verſione Antiq. per Sect. propriis reſtituta locis, & Leonardi Aretini = Tom. VI. In I., & II. Sentent. Magiſtri Petri Lombardi = Tom. VII. Scriptum in III., & IV. Petri Lombardi = Tom. VIII. Quæſtiones diſputatæ, & Quodlibetales, vel Placitorum S. Thomæ = Tom. IX. Summa Catholicæ Fidei contra Gentiles, cum Comment. Franciſci Ferrarienſis = Tom. X. Prima pars Summæ Theologiæ cum Comment. Thom. de Vio, & = Expoſitio in Lib. Dionyſii de Divinis Nominibus = Tom. XI. Prima ſecundæ, & Secunda Secundæ, cum Comment. Th. de Vio = Tom. XII. Tertia pars Summæ Theologiæ, cum Comment. ejuſdem = Tom. XIII. Comment. in Job in primam Quinquagenam Davidis, In Canticum-Canticorum, & Eſaiam, & Jeremiam in lamentationes ejuſdem, ſeu Threnos = Tom. XIV. Comment. in S. Jeſu Chriſti Evangelium, ſecundum Matthæum, & ſecundum Johannem = Tom. XV. Catena Aurea in IV. Evangelia ex dictis SS. Patrûm miro artificio connexa = Tom. XVI. Comment. in omnes D. Pauli Epiſtolas, & Sermones pro diebus Dominicis, & pro SS. Solennitatibus per annum = Tom. XVII. Opuſcula omnia, & alia quædam, & Scriptum, ut dicunt, ſecundum in IV. Lib. Sentent. ad Anibaldum Cardinalem = Anno quoque CIƆIƆXCVI. procurante Stephano de Sampayo, prodierunt, ſub nomine D. Th. *Commentarii ad Libros Machabeorum* Lutetiæ in 8. = Sed enim Opuſcula D. Thome, quæ legitimi eſſe ipſius fœtus exiſtimantur, hæc ſunt: Contra Errores Græcorum ad Urbanum Pont. Max. = Compendium Theologiæ ad Magiſtrum Reginaldum Socium ſuum = Declaratio quorundam Articulorum contra Græcos, Armenos, & Saracenos ad Cantorem Antiochenum = De duobus præceptis Charitatis, & de dem Legis Præceptis = De articulis Fidei, & Sacramentis Eccleſiæ = Expoſitio ſuper Symbolum Apoſtolorum, ſcilicet: Credo in Deum = Expoſitio Orationis Dominicæ = Expoſitio Salutationis Angelicæ = Reſponſio de Articulis CVIII. ſumptis ex Opere Petri de Tarantaſia ad Fr. Joh. Vercellenſem Generalem Mag. Ord. Præd. = Reſponſio de Articulis XLII. ad eundem = Reſponſio de VI. Articulis ad Lectorem Biſuntium = Differentia Divini Verbi, & humani = De Natura Verbi intellectus = De Subſtantiis ſeparatis, ſive de Angelorum Natura ad Fr. Reginaldum &c. = De Unitate Intellectus contra Averroiſtas = Contra peſtiferam Doctrinam retrahentium homines ab Religionis ingreſſu = De Perfectione Vitæ Spiritualis = Contra impugnantes Dei Cultum, & Religionem = De Regimine Principum ab Regem Cypri = De Regimine Judæorum = De forma Abſolutionis = Expoſitio primæ Decretalis = Expoſitio ſuper ſecundam Decretalem = Tractatus de Sortibus = De Officiis Aſtrorum = De Æternitate Mundi = De Faſto = De Principio individuationis = De Principiis Naturæ = De Ente, & Eſſentia = De Natura Materiæ, & dimentionibus interminatis = De Mixtione Eleementorum = De Occultis Operibus Naturæ = De Motu Cordis = De Inſtantibus = De Oppoſitis = De Demonſtratione = De Fallaciis = De Eruditione Principum. Qui quinque Libri in Bibliotheca Vaticana reperti ſunt. Horum autem omnium D. Thomæ Operum, inter univerſa Scriptorum Elogia, quotquot de eiſdem meminerunt, unum illum retuliſſe ſatis ſuperque fuerit, quod ipſa Summa Sapien-

tia Chriſtus Dominus: Thomam de ſe bene ſcripſiſſe miraculoſe pronunciarit; ejuſque in Terris Vicarius dicto huic accinens: Thomam tot miracula peregiſſe cenſuerit, quot Volumina ſcripſerit = Cæterum pro ſuſcepti argumenti ingenuitate, quam initio ſtatim præſentis Lucubrationis velle nos profiteri diximus, haud heic hæremus fateri a Nicolao Verniate Thomam appellatum eſſe Theatenſem: *in Quæſt. de Intellect.* A Cæſare Engenio, & Nicolao Toppi *in Biblioth.*, Neapolitanum: A Carafa *Lib. I. Hiſt. Neap.* Lucanum: Ab Joh. Antonio Campan *in Orat.* Aquinatem. Verum irrefragabilia ſunt momenta, quibus ſuffulcti, ſtant a Belcaſtro, præter Noſtrates Scriptores, ex Alienigenis Paulus Freher *In Theatr. Viror. Illuſtr. Tom III.*, Aubertus Miræus *in Polit. Eccleſiaſt. in Indic.*, *&* *Lib. I. Cap. III.*, Joh. Andreas Quentad *De Patr. Vir. Illuſtr.*, Joh. Bapt. Nicoloſius *in Hierolex. V. Belcaſtrum*, Ferdinandus Ughell. *in Ital. Sac.* & alii. Scimus, dum hæc ſcribimus, Diſſertationem *Pratilli* Canonici Capuani prodiſſe, qua Thomam Calabris conatur eripere, ac conviciis ea in re, ut fere qui juvenantur, aſſolent, in eorundem Noſtratûm Scriptorum manes invehitur; ſcimus tamen, & Epiſtolam pariter fuiſſe excuſam. Patruo noſtro Antonio Zavarroni Epiſcopi Tricaricenſi Autore conſcriptam, ut in eo heic dicemus, qua Platillus apte refutatur, & Thoma ſolidis argumentis Patriæ ſuæ vindicato, Conterraneorum Scriptorum fama defenditur. Quamobrem, cum alioquin & exufflando Platillo Platone, ut ſic dixerim, Calabria non egeat; jamque Liber extet, quo Noſtris, Thomas aſſeritur, a præfatis argumentis, momentiſque quibus laudati Scriptores tum Noſtrates, tum Alienigenæ utuntur, jure merito faceſſimus: Unum pro dictis Conterraneis Scriptoribus, quorum hoc Opere honoranda memoria refricatur, nupero Capuano Scriptori regeſſiſſe ſatis ſit, quod ſi viverent, & ipſi fortaſſe, regererent = *Βαλλετε νοῦ μετὰ πότμον δέμα, ὅτι καὶ αὐτοὶ = Νεκρῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίχυσι λαγῳοι.*

## BRUNO

Clar. An. Ch. 1280. Longoburgenſis Medicus in Re Chirurgica nulli ſecundus: Cujus M.SS. reperiuntur Lypſiæ in Biblioth. Paulina pag. CCLI: in Roſtgardian. pag. IↃXXIV. Ex Codice Membranaceo Romæ in Bibliotheca Ottoboniana *num.* 2059. *in fol.* hæc habentur: *Chirurgiam Magiſtri Bruni Longoburgenſis ſcript. A. D.* CIↃCCLXXXV. Et ad calcem ejuſdem: *Anno ab Incarnatione Domini* CIↃCCLII. *Menſe Januar. Indict. X., apud Civitatem Paduæ in loco S. Pauli. Ego Brunus gente Calabrica, & Patre* (fortaſſe Patria) *Longoburgenſis, ſub ſpe Divini favoris, per omnia veſtigia Veterum Sapientum perſecans huic Operi debitum, finem impoſui. Suſcipias, ergo, gratanter, Amice cariſſime, & non erubeſcas, neque eſitis operari cum eo; nam apud compoſitionem ejus non fui promptus ad aliud, niſi ut colligerentur flores ex Secretis Veterum, quos ante inveſtigaveram exercitio magno, & ipſos aggregarem in eo. Neque etiam animus meus quievit, ut ſolum illud exciperem, quod in Libris erat depictum; imo illud, cum quo experimento, & ratione perpenſa, cognitionem decrevi. Quare non alienes animum tuum a fiducia præſentis Operis: quoniam eſt radix, & fundamentum totius artis, & ſecretum occultum. Et obſerva Te, Amice, ſecundum prudentiam tuam ab omni via dubitationis; neque cupiditas lucri inducat Te ad illud, apud quod eſt ignorantia tua, & artium prohibitione fama tuæ bonitatis turpibus maculis denigretur. Sed declina ad viam producentem ſalutem, & dimitte ægritudines terribiles, in quibus non eſt fiducia ſanitatis. Ex hoc enim veniet ſuper Te ſucceſſio laudabilis, fama, & gloria magna.*

*Deus*

Digitized by Google

*Deus Omnipotens inſpiret Tibi gratiam ſuam, Teque ad cognitionem vitæ melioris perducat. Deo gratias ſemper. Amen.* Prodierunt ejus Scripta cum Guidonis Theodorici &c. Scriptis Chirurgicis. *Venet. apud Octavian. Scotum* CIϽCCCCXC. *in fol.* Apud Jontas CIϽIϽXLVI. *in fol.* Et apud Bernardinum Venetum CIϽIϽCLIX. *in fol.* Opus ſuum Bruno inſcripſit Andreæ Vincentino, quem *Venerabilem Amicum* appellat. De ea meminerunt Joh. Albertus Fabricius *Tom. II. Biblioth.* & in *Elench. Medic. Vet. Tom. XIII. Biblioth. Græc.*, Johannes Antonides *Lib. I. de Script. Medic.*, Juſtus *in Chronolog. Medic.*, Chirurgia Magna, & Parva, & alii.

## F U L C U S

CAlaber Poeta Italico Carmine Inſignis ex Allat. *in Catal. Poet. Vet. fol. XLIII.* Meminerunt de eo pariter Topp. *in Biblioth.* Joh. Maria Creſcimben. *Vol. IV. Lib. I.* Operis inſcripti: *Commentarii intorno all' Iſtoria della volgar Poeſia*, & alii. Claruit An. CIϽCCXCVII. *Clar. An. Ch.* 1290.

## B A R L A A M U S

SEminarienſis ex Leone Allatio *Lib. II. Cap. XVII. De Eccleſ. Occid., & Orient. perpet. conſenſu.* Inſtituto Monachus S. Baſilii, Abbas S. Salvatoris in Urbe Bizantio, promovente tamen Andronico Cæſare ex Maimburg. infra citando; dein Ann. CIϽCCCXLII. Hieracienſis Epiſcopus: Vir in utraque Lingua valde eruditus, & in Græca quidem Franciſci Petrarchæ Magiſter; ut idem Petrarcha *in Epiſt. XI. Rerum Senilium* ad Hugonem Siberenatem ſcribit: *Aliquot*, ait, *Græcæ Linguæ doctiſſimos Homines noſtra ætate Calabria habuit, in his duos Barlaam Monachum, & Leontem, ſeu Leontium Theſſalonicenſem, uterque mihi familiaris: primus etiam & Magiſter fuerat*: porro Leontem hunc, ſive Leontium Pylatum, quem Theſſalonicenſem (ſolius forſitan Originis ratione, nam illum noſtris Taſurus annumerat) dicit. Petrarcha, & ipſum Barlaæ Diſcipulum fuiſſe, tum etiam Johannis Boccatii in Græcis Artibus Præceptorem, ita poſtremus hic in *XV. Lib. de Geneal. Deorum Cap. VI.* deſcribit: *Poſt hos, & Leontium Pylatum Theſſalonicenſem Virum, & ut ipſe aſſerit, prædicti Barlaæ Auditorem, perſæpe deduco: qui quidem aſpectu horridus Homo eſt: turpi facie, barba prolixa, & capillitio nigro, & meditatione occupatus aſſidua: moribus incultus, nec ſatis urbanus Homo; verum, uti experientia notum fecit, Literarum Græcarum doctiſſimus, & quodammodo Græcarum Hiſtoriarum, atque Fabularum Archivum inexhauſtum; eſto Latinarum non ſatis adhuc inſtructus ſit: Hujus ego nullum vidi opus, ſane quicquid ex eo recito, ab eo viva voce referente, percepi; nam eum legentem Homerum, & mecum ſingulari amicitia converſantem, fere tribus annis audivi; nec infinitis ab eo recitatis, vergente etiam alia cura Animarum, acrius ſuffeciſſet memoria, ni cedulis commendaſſem.* Hæc ille, quæ retuliſſe placuit, tum quia doctrinæ gloria Leontii Diſcipuli, ſive is nativitate Calaber ſit, ſive Theſſalonicenſis, ad Barlaamum Præceptorem redit: redeunt enim ad Semina Cauſſæ. Quando etiam Leontio huic demandata ſibi a Petrarcha Iliados Homeri, & XVI. Dialogorum Platonis verſio debetur: eoque Boccatium in opere, quod laudavimus modo *De Geneal. Deorum* uſum eſſe: a quo primus didiciſſe cœperit Homericos verſus Latinis ſcriptis inſerere, & Græcos Titulos Latinis Libris imponere; unde illi Græcæ Linguæ Cathedram Florentiæ obtinuerit, dictum alibi nobis in noſtra *Hiſtor. Corſin. Colleg.* Tum etiam quia inde arbitror affinitatem nominis inter Leontium, *Clar. An. Ch.* 1340.

 & Pon-

& Pontium Pylatum ſabellam de Pontio Pilato in Calabria aliquandiu commorante; unde etiam tortores Chriſti in Judæam ſecum perduxerit, natam eſſe; ſicut & affinitate pariter nominis inter Iſcariotam, & Scaliotam, altera eſt ipſa Anilis Fabella de Juda, quod Scaleota fuerit, defluxit, quæ Lucanos apud Sectanum infamat: ſed ad Barlaamum, a quo digreſſa eſt, redeat Oratio: De eo igitur ſcribit laudatus Boccatius loco cit. *Traho prǽterea aliquando Barlaam Baſilii Cæſarienſis Monachum, Calabrum hominem, olim corpore puſillum, prægrandem tamen ſcientia, & Græcis adeo Eruditum, ut Imperatorum, & Principum Græcorum, atque Doctorum Hominum privilegia haberet teſtimonia: Nedum his temporibus apud Græcos eſſe, ſed nec a multis ſeculis citra fuiſſe Virum tam inſigni, tamque grandi ſcientia præditum. Nonne, ergo, huic, & potiſſime in rebus ad Græcos ſpectantibus ego credam? &c.* Ab eo quoque Paulum Peruſinum, & ipſum Barlaami in Græca Lingua auditorem, in collectanea ſua conficienda, profeciſſe notat, poſt laudatum Boccatium loc. cit., Volaterranus *in Antropol. Eodem fere tempore Barlaam Calaber quidam S. Baſilii Monachus, utraque lingua eruditus, multas, quæ ad has pertinent, diſciplinas uno volumine coegit. Quem imitatus Paulus Peruſianus Juriſperitus ejus Diſcipulus, Præfectus Bibliothecæ Roberti Siciliæ Regis, cum plane literatus eſſet, multa, & ipſe Collectanea reliquit.*

Scripſit Barlaamus multa et varia, pro ſuæ mentis vertigine, et varietate. Nam primo quidem Conſtantinopolim veniens, Græcorum erroribus ſcriptis ſuis favere cœpit: dein in ſe primum, et mox in Italiam reverſus, ac Hieracenſis Epiſcopatus dignitate, et honore potitus, queis faverat, Græcorum errores recantando, exufflavit. Ex quo æquivocum de duplici Barlaamo apud Eruditos irrepſit, qui tamen, Allatio teſte, nugantur: *Hinc plane*, ait, *nugari videntur, qui cum non intelligant quemadmodum unus, idemque, & pro Rom. Eccleſia contra Græcos, & pro Græcis contra Rom. Eccleſiam ſcripſerit, duos Barlaamos conſtituunt; & ea, quæ contra Latinos ſunt ab Hieracienſi iſto ſemovent, & aliis, neſcio quibus, quos nec ipſi ſciant, vendicant. Diſtinguant tempora. Barlaamus Conſtantinopoli degens, doctrina, & favore Principum, & ſpe rerum novarum lactatus, Græcorum erroribus favens, Latinos oppugnat. Ejectus, diffamatuſque in Græcia, in Italiam reverſus, & dignitatibus auctus, ne ingratus eſſe videretur, & forte etiam vere firmiterque ſapiens in defenſos a ſe primum Græcos invehitur, & Latinos a ſe lingua, ſcriptoque prius laceratos, defenſat.* Cit. Lib. II. Cap. XVII. pag. IↃCCCXXXIX. Porro Johannes Catacuzenus Græcus Auctor *Lib. II. Cap. XXXIX.* contra Barlaamum propter ejus palinodias invehitur: *Monachus quidam*, inquit, *e Calabria profectus Latinorum moribus, & Legibus educatus, nomine Barlaamus, acutus alioqui, & perſpicax, & ad intelligentiam explicandam diſertiſſimus: inſuper in Euclide, Ariſtotile, Platone volutatus, & ob id illuſtri fama, ad calamitatem Rom. Imperii, Theſſalonicam advenit; multis enim, magniſque ſeditionibus Eccleſiam pacatam implevit. Qui cum ſe Latinorum dogmata profligaturum ſimulaſſet, Libellis adverſus illos compoſitis, concluſione rationum demonſtrabat eos in Religionis doctrina hallucinari, ac labi, noſtriſque gaudebat Inſtitutis, & Legibus, & a ſe Latinorum cœremonias, atque dogmata ex animo damnari apertiſſima dabat indicia, ut apparebat &c.* Pene eadem Nicephorus Gregoras *Lib. XI.*: tantoque in odio Græcis eſſe cœpit, poſtquam ab eis receſſit, ut eodem Allatio teſte ubi ſupra, Conſtantinopoli, celebrata Synodo, Barlaamus condemnaretur: *Barlaamus, quamvis propitium Imperatorem* (Andronicum Juniorem) *nactus, rebus tamen Græcorum, & Monachis iniquior* ( de ejus cum Monachis Montis Athos jurgiis

Digitized by Google

giis videndus Maimburg. l.c.) *quos acerrimo odio proſequutus, exagitavit; ideoque celebrata Synodo in Magno Sacræ Sapientiæ Templo, præſente etiam Imperatore, cum Senatus Principibus, & doctiſſimis aliis Viris condemnatus eſt*. Sed & idem, qui ſupra Catacuzenus: *Poſtremo Imperator, & Patriarcha utroſque de pace, ut oportebat, alloquuti, Synodum dimiſerunt. Barlaamus haud longum tempus Bizantii moratus, Imperatore brevi defuncto, æque, ut prius de Dogmatis litem movit, judicium valde claudicaſſe clamitans; & aufugiens in Italiam, cum Latinis, ut antea, ſentiit, ab eiſque Hieracis Epiſcopus creatus eſt*. Ex quo aſſertum de duplici Barlaamo labore manifeſte colligit Maimburgus: *Ce Barlaam, qui eſt encore maintenant un grand probleme entre les ſçavans dont les uns veulent qu'il ſoit Schiſmatique, & los autre Catholique, etoit un Moine Calabrois, qui dans la verité fut l'un, & l'autre, parce qu'il changea trois fois de Religion &c.* ſequiturque late damnatus Autor de eodem multa narrare in ſua *Hiſtoire du Schiſme des Grecs Tom. II. pag. CCX.*

Quos ergo, Barlaamus Græcos ſectatus, pro eis Libros conſcripſit, hi ſunt ex Allatio: quî cum initia eorundem Librum, Latine duntaxat, non græce, prout ſcripta ſunt, referemus, ut referamus ſemel; ſic enim notat Allatius loc. cit. *Barlaamus multa ſcripſit, quibus Græcorum Dogmata, & de Proceſſione potiſſimum ſtabilire conatur, Latinorum evertere. Eorum, quæ ipſe perlegi, Catalogus hic fuerit*: I. De Proceſſione Spiritus Sancti. „ II. Suppoſito ex prima ſola cauſa Spiritum Sanctum exiſtentiam habe„ re, non tollitur identitas ſecundum eſſentiam Patris, & Filii. III. Sup„ poſito ex ſolo Patre Sp. Sanctum procedere, non tolluntur perſonales „ differentiæ trium Perſonarum ad invicem. IV. Suppoſito ex ſolo Patre „ Sp. Sanctum procedere, non tolluntur Theologica dicta. V. Suppoſito „ etiam ex Filio procedere Sp. Sanctum, multa ex iis, quæ confitemur, „ tolluntur, et multis dictis Sanctorum adverſatur hoc argumentum. „ VI. Suppoſito ex ſolo Patre procedere Sp. Sanctum nullum omnino ab„ ſurdum ſequitur, nec aliquid ex iis, quæ confitetur Eccleſia, dogmati„ bus deſtruitur. VII. Non eſſe ſimplex argumentum exiſtimare ex ſolo „ Patre Sp. Sanctum procedere, ſed neceſſe eſſe, qui prius dici vult, ex „ ſola prima cauſa educere, quæ inde ſine tempore eluxerunt, et com„ pendioſa noſtri dogmatis traditio. VIII. Dogma Latinorum ſcriptum „ ab Oratoribus Papæ. Sequitur ejuſdem confutatio. IX. Legatus, ſive de „ Spiritu Sancto. X. Contra Thomam dicentem non per ſolam Relatio„ nem differre inter ſe Divinas Perſonas. XI. Ad eo, qui dicunt ſolam „ Paternitatem conſtitutivum eſſe hypoſtaſeos primæ cauſæ, ingenitum „ vero nequaquam. XII. Ad Oratores contrariis eos implicari ſententiis. „ XIII. Ad Oratores communis refutatio omnium Syllogiſmorum, quos „ afferunt Latini de Proceſſione Sp. Sancti. XIV. Ad Oratores demon„ ſtratio Sanctos PP. noſtros, qui Apoſtolos ſubſequuti ſunt, ex ſola pri„ ma cauſa cauſata habere eſſe exiſtimaſſe. XV. Reſponſio ad argumen„ ta, quæ ad ipſum protulit Boſpori Archiepiſcopus de Proceſſ Sp. Sancti. „ XVI. Oratio compoſita ex diverſis Orationum Theologi ſectionibus, „ nec non, et Magni Baſilii opportune etiam ad Sapientes Latinorum recita„ bitur. XVII. Ad Contradictores Latinos impoſſibile eſſe dum ipſi cum „ Græcis ſermonem conferunt per ſyllogiſmos demonſtrare non eſſe ſolum „ Patrem principium, et fontem Deitatis. XVIII. Ad præcipua Latinorum „ argumenta, quibus ſe demonſtrare exiſtimant Spiritum Sanctum etiam „ ex Filio exiſtentiam habere. XIX. Conſultatoria Oratio de Concordia „ ad Latinos, et Græcos. XX. Ad Synodum de unione cum Latinis. „ XXI. Ad Archiepiſcopum Nicolaum de Papa (*Nicolaum hunc Cabaſi-*

„ *lam*

„ *lam fuiſſe ſuſpicatur Salmaſius, qui librum hunc in Bibliotheca Regia Lon-„ dinenſi dicit extare*) XXII. Ad eundem de Primatu Papæ. XXIII. De „ Primatu Papæ. Qui poſtremus Liber in Anglia primum ex verſione Johannis Luidi apparuit, editus Oxford CIↃIↃXCII. Dein Claudius Salmaſius illum bis cudendum curavit, ut notat Labbè *Tom. I. De Script. Eccleſ.* ubi in errorem, quem dicebamus, de duplici Barlaamo, cum Oleario ſimul in *Abæc. PP.*, *&* *Script. Eccleſ.* incidiſſe comperiuntur. Edituoque eſt etiam Liber hic poſtremus Barlaami Hannoviæ CIↃIↃCVIII., & demum Lugduni CIↃIↃCXLVI. in 4. Scripſit præterea, cum nec adhuc mente conſtaret *Tractatum* ſuper Anili fabula *De Papa Fœmina*, ex eodem Allatio, qui propterea loc. cit. jure ac merito in eum invehitur.

Hos ergo Libros ſcripſit Schiſmaticus Barlaamus; ſed idem mox Catholicus, et ad ſanam mentem reverſus: *Scripſit*, notat laudatus Allatius, *adverſus Græcos Epiſtolas: Primam ad amicos in Græcia: De Unione Sacroſanctæ Rom. Eccleſiæ: Secundam ad eoſdem: De Primatu Eccleſiæ Romanæ, & de Proceſſione Spiritus Sancti. Tertiam ad Demetrium Theſſalonicenſem, ubi reſpondet ad illius petita, hortaturque eum ad Unionem S. R. E. Quartam ad Alexium Colochetum, in qua oſtendit Græcos non obedientes Rom. Eccleſiæ eſſe non ſolum Schiſmaticos, ſed etiam Hæreticos. Quintam, in qua probat per Sac. Scripturam Spiritum Sanctum ex Filio eſſe quemadmodum ex Patre*. Meminit de his Epiſtolis Bzorius ad Ann. CIↃCCCXXXI., & CIↃCCCXXXIII. §. II. V. XIII. & LIX.

Extant ex eo *Λογιστικὸς*, ſive *Arithmeticæ Algebraicæ Libri VI.* Græco-Latini edit. Argentinæ CIↃIↃLXXII. in 4. & Pariſiis CIↃIↃC. in 4. cum Scholiis Chaberi. Item *Orationes pro Unione Græcorum cum Rom. Eccleſia ad Benedictum XII. Papam Avenione habitæ* ex citat. Bzovio ad An. CIↃIↃXXXIX. §. XXV. Barlaamus enim ad eum Pontificem Legatus Andronici Cæſaris veniſſe proditur Maimburgo loc. cit. fol. 216. Scripſit denique: *De Ethica ſecundum Stoicos Libros II.* ex Caniſio *in Bibliotb. PP.* = *Epiſtolas ad Nilum De Lunari defectu* = *Diatriba de Georgiis* = *Commentaria ad Lapitham Cyprinum*, & = *De Re Mathematica* ex cit. Allat. Extant autem aliquot ex his M. S. Viennæ Auſtriæ in Bibliotheca Cæſarea.

Meminerunt de Barlaamo Gregoras Nicephorus, qui illum detegiſſe dicit, atque apud Græcos impugnaſſe Hæreſim Palamas, ab eo Palamitarum nuncupatam, Voſſius, Sampilius, Goldaſtus, Jacobus Gaddus, P. Pontanus, Blondellus, Mareſius, Ughellus, Philippus Cyprius, Philippus Bergomas, Berninus, & alii, præter eos, quos ſupra nominavimus.

## HUGO

*Clar. An. Ch.* 1350. SIberenates Vir Græcis Litteris, ac Diſciplinis Eruditiſſimus ex Petrarcha in Epiſtola ad eum ſcripta, qua eidem Juvenem quendam Græcam Linguam diſcere cupientem, commendat, ut illum inſtitueret; nam Univerſam Græciam, inquit, cum Græcarum Litterarum deſiderio peragraſſet, ſi forte uſpiam inveniret, a quo eas diſcere potuiſſet, nullibi invenit. Floruit Hugo An. Ch. CIↃCCCL.

## PETRUS CAPUTUS

*Clar. An. Ch.* 1350. PAternenſis Eremit. S. Auguſtini Theologus ætate ſua, quæ ad annum fertur CIↃCCCL. valde celebris. Extat hujus Viri memoria apud Philippum Elſium in Opere inſcripto: *Encomiaſticum Auguſtinianum*, in quo

Digitized by Google

quo Petro huic, quem *de Paternis* appellat opus adjudicat *De Sufficientia*, *& Neceſſitate Vitæ Humanæ*, quod M. S. in Bibliotheca Colbertina dicit extare.

## THELESPHORUS

*Clar. An. Ch.* 1370.

Conſentinus Presbyter ſanctitate, & doctrina conſpicuus *Teolophorus* alias dictus apud Flor. in *Calab. Sac.* qui in Eremum ſedens ſoli Deo vocare inſtituit. *Hic*, ſcribit Barrius, *Lib. II. Cap. VII. res futuras noſſe percupiens apud Thebas Calabriæ Urbem, nunc* Lucii *dictam admodum ſupplex, & mœrens jugibus Orationibus, & lacrymis die, ac nocte, nec non & jejuniis Deum præcabatur, quo mala Eccleſiæ imminenti ſibi revelare dignaretur. Vix tandem a Virgineo partu An. CIƆCCCLVI. diluculo Reſurrectionis Dominicæ ei leviter dormienti Angelus Domini virginei vultus, altitudinis cubitorum duorum, duabus longe nitentibus alis ornatus, candida, talarique veſte amictus apparuit. Atque ipſum dulcibus alloquens verbis, quæ jamdudum ſcire concupiverat, ſibi aperuit. Invenit etiam apud Thebas inter cætera Libellos Cyrilli; & Johannis Joachimi, & Lucæ Præſulis Conſentini Hiſtorias. Edidit de Statu Eccleſiæ, & Tribulationibus futuris Librum.* Apud Geſnerum hæc extat Librorum ab eo editorum ſeries = *De Devotione Religionis Librum I.* = *De futuris Eccleſiæ Schiſmatibus Lib. I.* = *Explicationum Apocalypſis Lib. I.* = *De magnis Tribulationibus, & de Statu Eccleſiæ, vel de cauſis præſentis tunc ſchiſmatis ex Joachimo, Cyrillo, atque aliis Lib. I.* Prodierunt Venet. apud Bernard. Benalium CIƆIƆLXX. in 4. Meminerunt de eo Ughell. Tom. IX. Acet, Amatus, & multa blaterat Burchardus Menchen. Obiit An. Ch. CIƆCCCLXXVIII. ſenio confectus.

## NICOLAUS THYLESIUS

*Clar. An. Ch.* 1380.

Conſentinus J. C. multi nominis, & Poëta elegantiſſimus. Clar. Ann. CIƆCCCLXXX. multa latino carmine cecinit gratiſſima Muſis: inter quæ extat Poëma quoddam breve: *De Venetiarum Laudibus. Nicolaus* (ſcribit Fabricius Maurellus in ſuo Opere *De Patricia Conſent. Nobilit.*) *Inſignis Juriſconſultus, ac non infima eruditione præditus. De Venetiarum Laudibus Opus Heroico Carmine exaravit.* Meminit de eo Amatus *in Pantopol.* pag. CXXVI. An autem hoc Nicolai opus fuerit Typis excuſum ignoramus.

## CICCUS

*Clar. circa An. Ch.* 1400.

Miletenſis Poeta Celebris, de quo mentio extat in Codice Buccoliniano, ut notat Acet. *ad Barr. Lib. II. Cap. XIV. num. IV.*

## FRANCISCUS ARCERIUS

*Clar. An. Ch.* 1430.

Catacenſis Epiſcopus Scylaticus Juriſconſultus ſuo ævo clariſſimus, Ferdinando Regi valde acceptus. Scripſit *De Fide Catholica* ex *Act.* Præfuit Eccleſiæ Scyllaticæ Annis LVIII. obiit An. CIƆCCCCLXXVI. ex Flor. *Tom. II. Lib. II. Cap. I.*

## NICOLAUS

*Clar. An. Ch.* 1420.

Crypterienſis Medicus Clariſſimus. Floruit An. Ch. CIƆCCCCXXX. Hic invenit antidotum contra peſtem ex Floravant. & M. S. Gualt. apud Acet.

PE-

## PETRUS

Clar. An. Ch. 1439.

PEnredactylenſis Monachus S. Baſilii Abbas Cryptæferratæ. Clar. Ann. CIϽCCCCXXXIX. quo anno interfuit Synodo Florentinæ ſub Eugenio IV. in qua pro Catholica veritate doctiſſime diſputaſſe proditur in Act. ejus Synodi. *Opus ſane egregium*, ſcribit Barrius *Lib. III. Cap. V. abſolvit, multa ad utramque Linguam attinentia, continens. Quædam ejus Opuſcula reperiuntur, ut Epiſtolæ Logiſtices Libri, Arithmetica, De Numeris, Geometria, ſuper inventione Feſti Paſchæ, Theologica ſpeculatio*. Meminit de eo David Romæus *in Sanctilog. Regni* apud Topp. in *Biblioth.*

## MARTIUS ALTILIUS

Clar. An. Ch. 1445.

MArcopolitanus, dictus etiam Marcus Altilius Medicus celeberrimus, & Regius familiaris ex Topp. in *Biblioth.* Clar. An. CIϽCCCCXLV.

## HIERONYMUS TALLAVIA

Clar. An. Ch. 1445.

CAlaber Vir in Mathematicis ſtudiis ætate ſua, quæ in Annum incidit CIϽCCCCLV. excellens, & antiquis renovandis Paradoxiis plus æquo ſubtilis: Philolai Pythagorici amplexus Hypotheſim Solis in Univerſi medio quietem, et Terreni Globi circularem motum edocuit: Aſtronomorum decus futurus, niſi ea in re, cum aſtris ſimul et ipſe mentis vertigine circumageretur; non ſolum enim a communi Hominum ſenſu Hypotheſis ipſa abhorrebat, quam et Ariſtarcho Samio acceptam referunt; ſed quod multo maximum eſt, Scripturis Sanctis acerrime repugnat; illam tamen uno ſeculo poſt, Copernicum a noſtro Hieronymo excepiſſe, ac feciſſe propriam: ſerio confirmaſſe; pervicaciterque ſuſtinuiſſe, cui poſtremi hujus opus novi, ac ſtupendi argumenti, nondum impreſſum; vix tum enim Typographica Ars Johanne Guttembergio auctore cœperat in uſu eſſe, in manus pervenerat, inſignis Thomæ Cornelii teſtimonio *in Progym. III. de Univerſit.* compertum eſt, ubi ſcribit: *Hæc ſententia* ( De Motu Terreni Globi Circulari ) *apud Pythagoreos Incolas noſtros primum nata, atque alta, multis ferme ſeculis obliterata, & ex Hominum memoria pene deleta jacuerat, donec illam ab oblivione, atque ſilentio vindicavit Nicolaus Copernicus Boruſſus, qui cum omnem diſciplinam, inſtitutionemque, tum Hypotheſeos bujus abſolutam cognitionem uni debet Italiæ. Nam præterquam quod multa Cardinalis Cuſanus De Motu Terræ memoraverat, fama eſt Hieronymum Zallaviam Calabrum plurima ſecum animo agitaſſe, & nonnulla etiam de hoc ſiſtemate conſcripſiſſe; & illius tandem fato prærepti Adverſaria in manus Copernici perveniſſe*. Hactenus Cornelius. Eadem quoque vide apud Auctorem *Deſcript. Neap. in Theatr. Proreg.*

## LAURENTIUS DARDANUS

Clar. circa An. Ch. 1450.

TRopenſis. Hunc ſcripſiſſe quoddam Volumen, dicit Marafiotus *Lib. II. Cap. XVIII.* exque eo Volumine fragmentum adducit, continens quandam fabulam ſatis ridiculam, quam vide apud eundem Marafiotum, qui eam excepit, & nimia credidit facilitate. Nos Dardanum in Marafioti fide, & verbo inter Scriptores aſcribimus; cæterum qui ejus Volumen contineat ignoramus. An autem Dardanus ipſe extiterit Ἴττω ζεύς.

AN-

Digitized by Google

## ANTONIUS ROCCHUS

CAtacenſis Philoſophus, & Medicus eximius Alphonſo I. Regi acceptiſſimus: a quo munera peritiæ ſuæ digna accepiſſe narrat Toppius *in Biblioth.* Clar. An. CIƆCCC. *Clar. An. Ch.* 1450.

## FRANCISCUS SIMONETA

CAcurienſis dictus *Ciccus Calaber* J. C., & V. Clariſs. Floruit Ann. CIƆCCCCL. Hic doctrina, & prudentiâ ſingulari magnam apud Franciſcum Sphortiam Mediolanenſium Ducem auctoritatem nactus, ac Mediolani Prætor creatus; ſuſceptiſque pro Duce ipſo laboribus arduis, tandem inſidiis invidiæ petitus, quod plerumque Aulicis contingit, capite obtruncari ſeptuagenarius juſſus eſt An. CIƆCCCCLXXX. Papiæ ſepultus in Templo Divi Dominici, in quo ſequentes leguntur Inſcriptiones. *Clar. An. Ch.* 1450.

Quarum altera eſt:

*Principis Inſubrium fidus, quia ſceptra tuebar*
*Acephalon tumulo gens inimica dedit.*
*Me cæcum dicunt, vidi quia multa ſuperſtes:*
*Crede mihi, ſine me Patria cæca manes.*

Altera vero eſt:

*Dum fidus ſervare volo Patriamque, Ducemque*
*Multorum inſidiis proditus interii.*
*Ille, ſed immenſa celebrari laude meretur,*
*Qui vult vita, immo quam caruiſſe fide.*

Nos de eo multa diximus in noſtris *Icon. Calab.* Interim vide plura apud Raynald. ad An. CIƆCCCCLXXXVII. Cor. in *Hiſt. Mediolan.* & lege Epiſtolas bene multas ad eum a Franciſco Philelpho datas.

## JOHANNES SIMONETA

CAcurienſis Franciſci Frater, Vir magni ingenii, & bonarum Litterarum peritiâ nulli ſecundus. Claruit magna apud Franciſcum Sphortiam Mediolanenſium Ducem exiſtimatione Ann. CIƆCCCCL. Scripſit opus ingens unius, & triginta Librorum De Rebus geſtis ejuſdem Franciſci Sphortiæ; cui Titulum fecit: *Commentar. Rerum geſtarum Franciſci Sphortiæ Mediolanenſium Ducis.* Quod opus Chriſtophorus Landinus in Etruſcum ſermonem vertit: idemque præſtitit Sebaſtianus Fauſtus; qui tamen in ſua Verſione edit. Venet. apud Curtium Trojanum de Navo CIƆIƆXLVIII. in 8. de plagio cogitans, & Auctoris nomen ſuppreſſit, & illum aliquatenus carpere non eſt veritus, quem interim univerſi laudaverunt. *Clar. An. Ch.* 1450.

Complectitur hæc Hiſtoria, quæ Mediolani primum apud Antonium Zarottum IX. Kal. Oct. CIƆIƆCLXXXVI. impreſſa prodiit, tempus ab primo Alphonſi in Italiam adventu, & ab quarto, & viceſimo ſupra quadringenteſimum, & milleſimum An. a Natali Chriſt. ad ſextum, & ſexageſimum uſque Annum, non ſolum Franciſci Sphortiæ, ſed omnium etiam Italicorum Populorum, Regum, & Rerump. facta domi, foriſque continentur: tanta fide, & religione litteris prodita, ut nihil gratiæ, atque adulationi datum eſſe conſtet: *Simoneta Calaber*, ſcribit Matthæus Toſcanus, *Mediolanenſis Ducis Sphortiæ res geſtas Hiſtoriæ commendavit ea ſinceritate, ut de veritatis fide nemo jure dubitare poſſit: ea enim ſcripſit, quibus*

*aut ipſe interfuit, aut quæ a certiſſimis teſtibus accepit*. Et ſequitur: *Hujus fratrem optimæ ſpei adoleſcentem* (non bene heic Toſcanus ſeptuagenarium appellat adoleſcentem) *ingratiſſimus Ludovicus Sphortia Franciſci Filius indigna cæde ſuſtulit, fraternis precibus, ac lacrymis haudquaquam exorabilis*. Hinc in ſuo *Pepl. Ital. pag. XV.* recte ceciniſſe legitur:

*Bellica dum vivet virtus, Dux Sfortia vivet,*
*Quique dedit chartis fortia facta Ducis.*
*Aſt alter Simoneta perit florente quod ævo*
*Sævitiæ culpa eſt hæc Ludovicæ tuæ.*
*Cur vitam in paucos fratri non imperat annos*
*In multos Patri quam dedit ipſe ſuo?*

Laudant præterea inſigna Opus Sabellicus *De Latin. Ling. reparat.*, Volaterran. in *Antropol. pag. CCCXC.*, Franciſcus Philelph. *in Epiſt.*, Geſner. *in Biblioth.*, Voſſius *de Script. Latin. fol. IↃCXXV.*, Jovius *in Elog. fol. CCXXXI.* Philipp. Bergomas; Raphael du Frenze, Johannes de Flore lib 1. Calabriæ Illuſtratæ Par. II. Cap. 5. n. 294. Dominicus Martyre in M. S. Calabriæ Sacræ, & profanæ tom. 1. lib. 4. Cap 1. n. 3. Rutilius Benincaſa in Almanacco tract. 7. Cap. 10. Gualterius in M S. Muratorius in Tom. XXI. Rer. Ital. Scriptores fol. 167. & 168., Nicodemus, & alii.

Ex hac Familia, quæ Mediolani deinde propagata eſt, nati ſunt *Jacobus Simoneta* J. C. & in Divinis Litteris egregie eruditus, propter quas animi dotes a Paulo III. S. R. E. Cardinalis creatus eſt, & *Ludovicus Simoneta*, & ipſe a Pio IV. in Cardinalium albo conſcriptus: qui in Tridentina Synodo Legatus bonam, & proficuam pro Catholica Religione Operam navavit. Quamvis *Angelus Simoneta* Johannis frater, & ipſe propterea Cacurienſis etiam doctiſſimus extiterit, & a Franciſco Sphortia Orator ad Alphonſum Regem, & ad Remp. Venetam miſſus perhibeatur. Ex Joh. fratre ſuo *in VIII. Sphortiad.*, & ex Cor. *in Hiſt. Mediolan.*

## ANTONIUS POERIUS

*Clar. An. Ch.* 1457. TAbernenſis Juriſconſultus multi nominis, quem propterea Nicolaus Toppius in ſuam retulit Bibliothecam. Clar. An. CIↃCCCCLVII.

## NICOLAUS

*Clar. An. Ch.* 1460. RHeginus Medicus. Clar. An. CIↃCCCCLX. Hic omnia Galeni Opera in Latinum vertit: quorum aliqua excuſa ſunt Venetiis apud Juntas. Vertit etiam in Latinum Opera Medica Nicolai Alexandrini, prodieruntque Ingolſtadii CIↃIↃXLI. dein Venet. apud Andream Arrivabenum. Cæterum pauca extant ex operibus ab eo translatis. Scripſit Librum de *Cemate*, qui Græcè deſideratur = *Collationem Locorum Galeni, & Hippocratis emendatiorem*. Vid. Geſner. *in Biblioth. fol. IↃCXXXI.*, & Barr. *Lib. III. Cap. IV.*

## HENRICUS DE MOJO

*Clar. An. Ch.* 1480. CRopanenſis Congregat. Floren. Monachus, ex Abbate Calabro-Mariæ, ſive Altiliæ Archiepiſcopus Siberenas Ann. CIↃCCCCLXXXIII., Alphonſo I., & Ferdinando Regibus acceptiſſimus. Hic inter valde doctos numeratur ab Ughell. *in Ital. Sac. Tom. IX. fol. IↃCLXXXV.*, & Topp. *in Biblioth.*

JOH.

Digitized by Google

## JOH. BAPTISTA DE SANCTO BLASIO

CAſtroveteris, ſive Cauloniata, quæ Urbs nunc Caſtrovetum dicitur, Philoſophus, & Juriſconſultus celebris: in Patavina Univerſitate Utriuſque Juris Cathedraticus primarius. Clar. Ann. CIƆCCCCXC. Hunc Philippus Bergomas ad eum annum Patavium repetit; ſed certe domicilii cauſa, non originis, vel nativitatis. De eo vid. Flor. *Lib. I. Cap. IV.* *Clar. An. Ch. 1490.*

## BERNARDINETTUS FRANCHUS

COnſentinus Clar. circ. An. CIƆCCCCXC. Scripſit *De Rebus Calabris, & de earum viciſſitudinibus* ex Franciſco Zazzera de *Fam. Conſtan.* *Part. I. De Nobil. Ital. fol. CXXIV.*, & vid. de eo *Termin.*, & alios. *Clar. circa An. Ch. 1490.*

## JULIUS POMPONIUS LÆTUS

AMygdalarienſis in Domeſtico Feudo natus: alias dictus *Julius Pomponius Fortunatus*, & poſt mortem Pauli II. Pont. Max. Mœcenatis ſui: *Infortunatus*, & *Pomponius Sabinus*. Apud Pope-Blount in *Cenſ. Celeb.* dicitur: *Petrus Calaber*: apud alios *Bernardinus*: quod nomen ipſe deinde mutavit. Atque heic illud initio ſtatim ſuccurrit, quod narrat Majoragius *in Orat. pro ſeipſo ad Senatum Mediolanenſem*: apud quem de mutatione nominis fuerat accuſatus: *Pomponius Lætus*, ait, *Vir ſumma eruditione, atque dicendi elegantia clarus, cum a Paulo II. Pont. Max., cujus conſuetudine familiariter utebatur, molli quodammodo brachio reprehenderetur, quod mutato nomine, cum ante Bernardinus diceretur, ſe Pomponium Lætum vocari juberet: Quid hoc, inquit, ad te Pontifex Maxime? An ſi me Fœniculum appellari voluiſſem id reprehenderes? Riſit ad hanc reſponſionem Pontifex; neque illum impediendum eſſe cenſuit, quominus ſuo ſibi arbitrio nomen adoptaret*. (*fol. LXIX. edit. Venet.* CIƆIƆLXXXIII. *Clar. An. Ch. 1490.*

Pomponius, igitur, *Romæ*, ſcribit M. Antonius Sabellicus, ejus Vitæ Scriptor, & Diſcipulus, *Petro Monopolitano aliquandiu dedit operam Poetæ, & Oratori ſuæ ætatis clariſſimo. Mox ſub Laurentio Vallenſi tantum profecit, ut eo defuncto, continuo in magna nominis celebritate eſſe cœperit, ut qui ex omnibus illis affectatoribus, unus omnium prædicatione dignus haberetur, qui in defuncti locum ſuccederet. Itaque Romano Gymnaſio omnium favore collocatur; principemque locum ab initio adeptus, duo ferme de triginta annos, neſcias majore gratia, an auctoritate illum tutatus eſt* (*In Vit. Pompon.*). Docuit autem tanto concurſu, ut ipſum crepuſculo proficiſcentem Romana Joventus poſt gallicinium præoccupandis ſubſelliis præveniret. Ipſe vero e Quirinali ſæpe ſolus laternam præferens ad Gymnaſium proficiſcebatur. In Quirinali quoque Academiam inſtituiſſe omnium bonarum artium, ex qua, veluti ex Equo Trojano innumera pene ingenia prodiiſſe; Viroſque doctos undique convenientes hoſpitio liberaliter excipere ſolitum domi ſuæ, quam cultiſſima Bibliothecâ, vetuſtiſque Marmoribus, & ſignis exornaverat, narrat Joh. Matthæus Toſcanus *Lib. I. Pepl. Ital. fol. XXIV.*

Claruit ſub quattuor Summis Pontificibus: Paulo II., Xiſto IV., Innocentio VIII., & Alexandro VI. a quo poſtremo in Germaniam miſſus veterum Auctorum Libros perquirere, multos Romam advexit: ac veteres Hiſtorias diligenter ſcrutatus, ut Voſſius ait, factus eſt omnis vetuſtatis peritiſſimus: *Præceptor meus*, ſcribit citatus Sabellicus *in Schol. ad Sueton. Vitell. Cap. III.*, *Pomponius Lætus omnium, qui ætate noſtra fuere, omniſve*



Digitized by Google

*vetuſtatis peritiſſimus*. Quod & idem dicunt Alex. ab Alex. *III. Genial. XI.*, Angelus Politianus *Miſcellan. Cap. LXXIII.*, Gyrardus *De Antiq. Poet. Dial. IV.* Leander Albertus in *Ital.*, Beatus Rhenanus *in Epiſt. ad Theodor. Greſmund.*, & alii.

Jam vero in Romani ſermonis elegantia princeps evaſit, ipſo pariter Ludovico Vives teſtante *in Lib de Conſcrib. Epiſt.*, a quo alioquin in *Lib. de Trad. Diſcipl.* male Pomponius audierat. Sed & Ludovico ſuffragantur Franciſcus Floridus Sabinus *in Apolog.*, Antonius Maſorg. *Orat. X.*, nec dedignatur Eraſmus his verbis, ſuum pariter addere calculum: *Pomponius Lætus*, ait, *elegantia Romani ſermonis contentus nihil affectavit ultra*. Revera ille, quem nominavimus, Vives hæc ajebat: *Pomponius Lætus Romanæ puritatis adeo ſtudioſus, ut nec Græcè quidem ſcire voluerit, ne quid alienum ſonaret, aut admiſceret linguæ illi. Ita, & verba habet electa, & dictionem ſatis caſtigatam*. (*cit. Lib ult. de Conſcrib. Epiſt.*)

Scripſit Pomponius I. *Librum de Mahomete* edit. Baſileæ apud Henric. Petrum CIↃIↃLX. in 8. Ex quo forte audit: Religionis Paganæ admirator. II. *Compendium Hiſtoriæ Romanæ*, in quo de Cæſaribus agit edit. Venet. CIↃCCCCXCIX. in 4. III. *De Magiſtratibus Romanis*. IV. *De Arte Grammatica*. V. *Epiſtolas Varias*. VI. *Antiquitates Urbis Romæ*. VII. *Statii, ejuſque Patris Vitam*. VIII. *Emendationes Salluſtii, ejuſque Vitam*. IX. *Emendationes in Varronem*. Quæ partim Venetiis, partim Romæ, & Pariſiis impreſſa ſunt, & omnia ſimul Argentinæ An. CIↃCIXV. in 4. apud Schurerium. X. *Librum de Legibus*. XI. *De Sacerdotiis, & Juriſperitis*. XII. *Vitas Cæſarum ab interitu Gordiani Junioris, uſque ad Juſtinum III.* XIII. *Autographum in Quintilianum, Martialem, & alia ejuſmodi*, quæ & ipſa cum ejus Operibus M. S. extare in Muſæo Laurentii Pignorii Thomaſino notatum, & Voſſio. XIV. *Gloſſarium Medicum*. Sed &: *Non pauca quoque*, ſcribit Toſcanus ibid., *ejus ſcripta ſuperſunt, magnam Romanæ Hiſtoriæ, totique antiquitati lucem ferentia: plura tamen in direptione domus per civilem ſeditionem ſub Xiſto Pontifice intercidiſſe creduntur*.

Obiit Pomponius ſeptuagenarius, Alex. VI. Pontifice, gelidiſſimi vini potu ventriculi opprimente calorem: elatuſque eſt, ſcribit Jovius *in Elog.* Eruditorum inſignium piis humeris, honeſtante funus familia purpuratâ Alexandri Pontificis, & laudante Marſo Oratore. Cum autem variis Elogiis Tumulus ornaretur, hoc Epigramma Pontani, locum conſenſu publico obtinuit:

*Pomponi, tibi pro tumulo ſit laurea ſylva.*
*Oſſa, Maris rores, myrteaque umbra tegant:*
*Teque tegant, artuſque tuos violæque, roſæque*
*Ver habeat, Zephyros ſpiret, & ipſe cinis.*
*Stillet, & ipſe cinis, quas, & Parnaſſus, & antra*
*Theſpia, & ipſe ſuas, Aſcra miniſtret aquas.*

Non heic illud præteriiſſe noſtræ fuerit ingenuitatis Jovium, ſcilicet & Toſcanum hallucinari, dum alter Pomponium noſtrum Picenum facit: alter Salernitanum: cui poſtremo Toppius, cum de more Calabriæ noſtræ adverſetur, libenter adhæret. His omnibus exufflandis præſto ſit nobis unus teſtis Pomponii Synchronus: Pomponii Diſcipulus, qui patriam Magiſtri ſui noſſe poterat melius Jovio, melius Toſcano. Unus, inquam, & idem, ut ſic dixerim, inimicus, qui nimirum Calabriam alioquin vellicet, & ex ea habuiſſe Magiſtrum quodammodo dedignetur: Marcus Antonius Sabellicus is ſit, qui in Vita Pomponii Læti ſic ſcribit: *Ortus eſt Pomponius Lætus in Calabris quibus dempto Græcorum Commento, nihil eſt tota Italiâ ſimplicius &c.* Ita Sabellicus. Igitur miſſis aliis Scriptoribus: Thoma

Digitized by Google

ma Pope-Blount *in Cenſ. Celeb. Auct.*, Paulo Merula *Coſmogr. in M. Græc.*, Philippo Borgomate *in ſupplem.* Leandro Alberti *in Ital. Reg. IX.*, Ferdinando Ughello *in M. Græc.*, Auctore Novi Atlant. *Lib. IV.*, Theophilo Raynaldo *Tom. VIII. fol. CCLII.*, & *IↃLVI.* aliiſque innumeris, cui magis credendum ſit in hac re Sabellico, an aliis? Oculato Teſti, an aurito? ſaltem Pragmatici judicent; ac imprimis Toppius, dum propio ſervit affectui, prius fidem, & teſtimoniorum momenta perpendat, quam contra Calabriam noſtram calculum ſuum injiciat in Urnam.

## A N G E L U S

CAlaber. Scriptorem hunc Anno Chriſti CIↃCCCCXC. florentem Calabriæ noſtræ aſſerit Joh. Albertus Fabricius in Indic. Generali ſuæ Biblioth. Græc. Litt. A. his verbis: Angelus Calaber Abbas, Conſtantini Laſcaris Byzantini Diſcipulus. Ejus Homilia Εἰσα Βαΐα in Ramos Palmarum incipit: Εγω δὲ ωσει ἐλαία apud Illuſtriſſimum Carolum de Montehal. hactenus Joh. Fabricius. Reliqua de Angelo perinde ſcio cum ignaviſſimis. *Clar. An. Ch. 1490.*

## S. FRANCISCUS DE PAULA

PAulæ ex Jacobo Martolilla, aliis: Martorella Conſentino Patre, & Vienna a Fiſcaldo Matre natus Ann. CIↃCCCCXVI., & hic veræ Sapientiæ Sectator, inter humanæ Sapientiæ Profeſſores aſcribi non dedignabitur. Quippe qui Ordinis Minimorum, quos ita dictos voluit, *ut*, quemadmodum Hieronymus ſcribit *in Epiſt. ad Ruſtic. primi omnium fierent*; Inſtitutor, & Patriarcha, Fratribus ſuis ſcripſit Italice = *La Regola de' ſuoi Frati*, quam ter ab eo reformatam, eâ nunc demum, quam poſtremam conſcripſit, utuntur = *Quella delle Moniche del ſuo Ordine*, *& anche del Terzo Iſtituto*, & = *Il Correttorio*, *& il Ceremoniale.* Nam de ejus Epiſtolis, quas Romæ edidit Franciſcus Præſte dictus a Longobardo, illas Apocryphas eſſe cenſuit *S. C. Indic. Rom.* tametſi eſſe alioquin quaſdam Epiſtolas ab ipſo S. Patriarcha vere conſcriptas non dubitaverim. Sed enim Italico carmine Epicæ Poëſeos genere, quod nos octonis verſibus uſurpamus, *Dominicam Paſsionem* illum pariter ſcripſiſſe, & hoc ejus Poema M. S. in una ex primoribus Europæ Bibliothecis ſervari a doctiſſimo Viro Amico, & Mecœnate noſtro Ignatio Maria Como, de quo ſupra dictum eſt, accepimus. Hinc merito a Poſſerino in ſuo *De Eccleſiaſt. Scriptorib. apparat.* annumeratur inter Scriptores Eccleſiaſticos. Obiit Turone in Gallia unum, & nonageſimum annum agens. De eo nos in noſtris *Icon. Calab.* plura dicemus. *Clar. An. Ch. 1490.*

Illud heic non prætermiſerim, quod Volaterranus Franciſcum Siculum dicit: quod vel ea, quæ de Siciliæ nomine Calabriæ juxta, atque Siciliæ Inſulæ communi non uno in loco in noſtra hac Bibliotheca ſunt repetita, confirmat: vel ſi rem ad Inſulam pertrahi ex falſa opinione Volaterrani, quanta apud nonnullos Scriptores Calabria noſtra indigno livore laboret, ab uſque Ciceronis ævo defluxo, dilucide oſtendit. Quando Cicero dedignatus quodammodo a Calabris, & a Pythagoræis præſertim, de quibus loquitur, non modo reliquam Italiam, & Orientalem Græciam, ſed ipſos quoque Romanos Inſtitutis, ac diſciplinis fuiſſe eruditos, velle ſe hoc ſubticere, ait: *ne ea quæ peperiſſe ipſi putamur, aliunde didiciſſe videamur.* Ita Tullius *in IV. Tuſc.* At præſtat invidiam pati, quam invidiam agere: oderint Calabros, ut velint: in hujuſmodi exteros labi non eſt inſolens: interim ad doctos noſtratûm virorum voces aures obſtruere non poterunt; &

ve-

Digitized by Google

velint; quot Viros Calabria peperit, turpi plagio ſubripuiſſe poterant: jure vindicaſſe non poterunt.

## BERNARDINUS BERNAUDUS

*Clar. An. Ch.* 1490.

COnſentinus Patriæ, ſuæque Nationis decus, & ornamentum: qui Curiæ natus, & Aulæ Alphonſo II., Ferdinando, & Friderico Aragoniis Regibus, politicæ Dexteritatis ergo tali in loco erat, ut Primus petendis ab Rege Catholico adverſus Gallos auxiliis: & Poſtremus ſarcienda cum Rege Gallorum amicitia eo Legato uterentur. Cantalicius in ſua *Conſalvia*.

*Miſſus abit Galli Calaber Bernaudus ad oras,*
*Credita qui ſemper ſecreta negotia geſſit*
*Fidus Aragonidum : quo non ſolertior alter*
*Regis ad obſequium, rerumque capacior alter.*

Et addit:

*Ut ſi res omnes, velut ille inſtruxerat, iſſent*
*Tutus in his Regnis, Rex o Federice maneres.*

Sed enim illum non minus Politices, quam eloquentiæ laude concelebrat

*Ille etiam* (ait) *Scythicas ſcribent, qui flectere cautes*
*Atque etiam ſcopulos poterat mollire Sicanos.*

Nobis quidem unus vix ſupereſt ingenii ſui fœtus: *Epiſtola* quam *ad Jovianum Pontanum* conſcripſit, quæ una cum Zotica Joh. Mariæ pariter Bernaudi prodiit Neap. CIƆCICVI. apud Joh. Jacobum Carlinum in 4. Reliqui interciderunt. Cæterum obiit Bernardinus Neap. CIƆIƆIX. divitiis, & honoribus cumulatus. Vide plura de eo tum in *Zotica* laud., tum in Biblioth. Cornelii.

## GALEATIUS DE TARSIA

*Clar. An. Ch.* 1500.

COnſentinus Poeta Cl., qui primus omnium Lyricà Etruſci Carminis lenitate relicta, quæ Petrarcham Parentem habet, ſublimiorem, & nervoſiorem ejus Carminis, ætate ſua, quæ in annum incidit CIƆIƆ., ſtylum invexit: quem mox ab eo Joh. de Caſa omnimoda cura excepit, pari honore. Hinc Carolus Nardi jure de eo, in ſuis *Poemat.* cecinit:

*Cingite Crathigenæ vaga Numina Nymphæ*
*Promeritas flavo, cingite honore Comas.*
*Primus is altiſonis nervis, fidibuſque canoris*
*Inſtruit Italicam, te auſpice, Phœbe Lyram.*
*Pectineque audienti, Muſis mirantibus ipſis,*
*Sublimi argutum perſonat ore melos.*
*Quem mage concinnis, ſi fors dein æmulus alter*
*Pone ſubit Vates, proſequiturque modis.*
*Prima quidem illum fama: Caſam manet altera, per quos*
*Itala blanda Chelys facta ſonora tuba eſt.*

Extat nunc, inter multa, quæ interciderunt tanti vatis Carmina, *Libellus* unus *Carminum Italicorum*, a quo velut ab ungue, poterit cupidus Lector noviſſe Leonem; editusque eſt Neap. Anno CIƆIƆCCXV. apud Parrinum in 16.

Fuit, & Tiberius de Tarſia, qui Galeatium germanum fratrem ingenii magnitudine exhibuit, & præterea amœnitate Poeſis aliquatenus ſuperavit. Vid. de eis Simon. de Mont., Topp. & Noſtrat.

CEL-

Digitized by Google

## CELSUS MOLLUS

COnſentinus Philoſophus, Medicus, & Poeta celebris ex Scipione de Mont., qui aliquot ejus Poemata in laudem Johannæ Caſtriotæ collegit. Clar. An. Ch. CIↃIↃ. Hunc mire celebrat Quattrim. in Epiſtolis, ex quibus colligitur plura illum ſcripſiſſe, cujus duo tantum M.S. in Muſæo Seraphini Biſcardi reperta ſunt: Alterum *De moribus Sporadibus*: Alterum *De Curat. Elephantiaſis*. *Clar. An. Ch.* 1500.

## EVANGELISTA TORNEFRANZA

CAtacenſis ex Vic. Generali Archiepiſcopi Neapolitani Patriæ ſuæ Epiſcopus creatus An. CIↃIↃV. Hunc inter doctiſſimos ſui ævi numerat poſt Ughell. in *Ital. Sac. Tom. IX.* Topp. in Biblioth. *Clar. An. Ch.* 1500.

## JOHANNES CRASSUS

SErræ Pedatienſis. *Vir*, ut notat Barrius *Lib. II. Cap. VIII.*, *utraque Lingua ſatis eruditus, Poeta, & Orator Clarus, ingenii acumine, & memoriæ tenacitate pollens: fuit & accumulatæ virtutis Vir*. Edidit *Ad Auguſtum, & Invictiſſimum Carolum V. Cæſarem pro Tunetana Expeditione Epinicion.* Romæ apud Minutium Calvum CIↃIↃXXXV. in 8. Prodiit & Norimbergæ poſt Tragædiam Antonii Thyleſii quæ *Imber Aureus* inſcribitur. In Templo S. Dominici ejus loci extat Icon cum Epigraphæ: *Clar. cir. An. Ch.* 1500.

*Culmen ad Empyreum Craſſus dum ſcanderet aras*
*Condidit has cælebs, quæ ſua membra tegat.*

Meminerunt Læander Albertus, Acetus, & alii.

## LAURENTIUS A CALVO

REginenſis Ord. Minim. S. Franciſci de Paula Diſcipulus; *præſtantiſſimi Vir ingenii*, ut de eo ſcribit Lanovius, *exploratæ prudentiæ, & ſingularis ſanctitatis, quem B. P. litteris ad Illuſtriſſ. Dom. Petrum de Lucena olit plurimus commendat* (*In Append. Oper. de Script. Ord. Minim.*) Sic autem S. P. Epiſt. de Anno CIↃIↃI. ſcripſiſſe invenimus: *Scribo Fratribus meis F. Laurentio, ut ſi eſt diſpoſitus veniat viſitare vos, quia eſt perſona ſcientifica, taliter quod ab eo poſſit omnis conſolatio & ſpiritualis, & temporalis hauriri*. Claruit, igitur, Laurentius eadem ætate cum S. Franciſco, quicquid blateret Papebrochius, qui illum prædeceſſiſſe contendit: primuſque fuit, qui preſſo nomine Auctoris, *Vitam ejuſdem S. Franciſci ſcripſit*: quæ ex Italico, Gallice primum, dein Anno CIↃIↃCXXXVII. Latine reddita eſt; prodiitque Auctori ſuo reſtituta, Notis, & Diſſertationibus illuſtrata ab Joſepho Maria Perrimezzi. Romæ apud Bernabò CIↃIↃCCVII. in 4. Aſtitiſſe Laurentium compilationi Proceſſus pro Canonizatione S. Franciſci; multoſque pro ea re labores ſuſtinuiſſe teſtantur tum Epiſtola Reginenſium ad Sum. Pont. pro eadem Canonizatione conſcripta, quæ extat in Vita ejuſdem S. Patris, tum etiam Mangiull. *in Vit. Venerabilium Ord. Minim.*, & alii. Vid. plura apud cit. Lanov. ad An. CIↃIↃXVI. Perrimez. *in Vit. S. Franc.* Taſur. in Scriptoribus Regni Neapolitani, & alios. *Clar. An. Ch.* 1500.

AU-

## AULUS PYRRHUS CICADA

Clar. An. Ch. 1500. COnſentinus Poeta Elegantiſſimus, Academiæ Celeberrimæ, quam Cl. Pontanus inſtituerat, Muſa inſinuante cooptatus. Claruit Ann. Ch. CIϽIϽ. Prodierunt ejus Latina Poemata ſub Epigraphe: *Auli Pyrrhi Cicadæ Adoleſcentis Patricii Conſentini Poemata*. Neap. CIϽIϽII. quibus ingenioſa Auctoris Elegantia egregiâ laude commendatur.

## JANUS PARRHASIUS

Clar. An. Ch. 1500. COnſentiæ Patriæ ſuæ decus, & ornamentum: tunc dictus *Aulus Janus Parrhaſius*, cum ea mentis vertigo Litteratos invaderet, ut nomen mutarent. Qua de re vide quæ docte ſatis, & erudite congeſſit Carolus Nardi in ſuis *Obſerv. ſuper Sannaz. de Part. Virg.* §. *IV*. Nam proprie dicebatur *Joh. Paulus Pariſius* ex Nobiliſſima Pariſiorum Familia. Natus An. CIϽCCCCLXX. *Vir ſummæ eruditionis*, *ac nulli Profeſſorum Latinæ Linguæ ſecundus*. Ex Matthæo Toſcano *Lib. III. Pepl. Ital.*, & ſane *profunde doctus* ex Bartio *XXI. Animadverſ. X.* Hic Ferdinando II. Regi carus, a quo Domini Titulo honoratus eſt: *Uxorem duxerat*, ut Jovio *in Elog* notatum, *Demetrii Chalcondylis filiam*, *qua felici cognatione & Socer*, *& Gener mutui ſuffragatores in Scholis*, *utriuſque linguæ imperium tenuerunt*; *tanta Parrhaſii fama*, *ut Trivultius ſummæ dignitatis ſexagenarius Imperator*, *inter Juvenes Auditores conſpiceretur*.

Nec Mediolani tantum docuit, ubi Trivultium habuit Auditorem, & Andream Alciatum Celeberrimum J. C. ex Claud. Minoe *in Vit. Alciat.* ſed Romam tunc præſertim ad docendum legitur arceſſitus, cum Leo X. Auream ſui ſeculi eloquentiam in Urbem revocare contenderet. Cujus ad eum hæc extat Bulla, quam originaliter in Bibliotheca S. Joh. ad Carbonariam Neapoli repertam, Toppio in hæc referente, accepimus = *Leo PP. X.* = *Dilecte Fili ſalutem*, *& Apoſtolicam benedictionem* = *Cupientes ut Romanum Gymnaſium Optimis Doctoribus abundet*, *quo ii*, *qui ſe bonis artibus dediderunt ea ex re percipere fructus uberiores poſſint*; *De tua in Studiis mitioribus doctrina certiores facti*, *ad ea docenda*, *profitendaque Romæ publice Te eligimus*, *ſtatuimuſque ut ſingulis annis ducentos aureos haberes*. *Quamobrem hortamur Te*, *ut ad Urbem quamprimum Te conferas*: *libenti enim*, *& paterno animo Te videbimus*. *Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris*. *Die XXVIII. Sept. CIϽIϽXIII. P. An. II.* = *P. Bembus*.

Docuit, ergo, & Romæ ſummo plauſu, donec podagrâ correptus in Patriam rediret, in qua mori voluit, qui ſuis alioquin ſcriptis fuerat in omni ævo victurus. Et quidem *tam feliciter*, *tantaque cum laude in ſcribendo verſatus erat*, notat Henricus Stephanus *in Epiſt.* ad Ludovicum Caſtrovetum, *ut nihil parvum ab eo eſſet expectandum*. Et paulo poſt ait: *Hunc*, *enim*, *præ cæteris fere omnibus*, *qui Poetas Commentariis illuſtrarunt*, *& variâ doctrinâ*, *& judicio*, *& ingenio*, *& memoriâ valuiſſe*, *limaque exactiore uſum eſſe perſuaſum habeo*.

„ Scripſit, igitur, Parrhaſius = In Cl. Claudianum de Raptu Proſer-
„ pinæ Libros Comment., edit. Baſileæ apud Robert. Winter CIϽIϽ.
„ XXXIX. in 4. = In Epiſt. Heroid. Ovidii Comment. apud Johan. Ta-
„ cuin de Tridin. CIϽIϽXXII., Francofurti, & Brixiæ apud Ludovi-
„ cum Brittannicum CIϽIϽLI. in 4. = Compendium Rhetoricæ ex opti-
„ matis utriuſque linguæ Auctoribus excerptum. Baſileæ apud dictum Win-
„ ter CIϽIϽXXXIX. in 8. = Epiſtolas, Orationem, & Annotationes
„ in

„ In Ciceronis Orat. pro Milone. Pariſiis CIↃIↃLXVII. in 8. = Orationem ante prælectionem Epiſt. Ciceronis ad Atticum. Extat in prim. „ Tom. Theſaur. Crit. pag. IↃCCCXX., & IↃCCCXXVII. = In Horat. Flacci Artem Poet. Comment. Neap. cura, & ſtudio Bernardini Martyrani apud Joh. Sultzbach. CIↃIↃXXXI. in 4. = De Rebus per Epiſtolam quæſitis Lib. XX., ut notat Sertorius Quattrimanus in ſuo Libro M. S. *De origine, & principio Civitatis Conſentinæ:* Quorum tres tantum editi ſunt Pariſiis, & Ludovico Caſtroveto nuncupati. Barrius dicit eſſe XXV. Certe in editis extat *Syllage IV. De Rebus per Epiſt. quæſitis*, aliaque ad Rem Criticam ſpectantia, bis edita: primo apud Henric. Stephanum in 8. Secundo apud Gruterum in *I. Tom. Theſauri Crit.* a pag. IↃCCXXI., uſque ad IↃCCCLXXVII. De hoc opere ſic ſcribit Joh. Pierius Ciminus *in Epiſt. ad Coriolanum Martyranum in Caniſ. Grammat.* apud Barr. *Lib. II. Cap. VII. Summopere dolendum eſt, quod neſcio cujus iniquitate ejus opera fuerunt intercepta. Imprimis etiam, deflenda eſt illius Divini Operis jactura.* De Rebus per Epiſtolam quæſitis, *quod ipſe ſæpenumero vidi, quod erat ad editionem paratum; Libriſque conſtabat quinque, & viginti, ubi diverſorum Auctorum loca pene infinita, Platoniſque numeris obſcuriora animata, Divinaque illa dicendi ubertate explicabantur.* Scripſit quoque = Super Ovid. in Ibin Commentarium ex Gadd. *Tom. II. De Script. pag. CLXXXII.* Vel potius *Annotationes* ex Quattriman. *ad Barr. l. c.* = Super Ovidii Metamorf. Annotationes ex Geſner. De his tamen duabus ejus Operibus, cum non appareant. dubitant Eruditi an extent. Item = Lucubrationes in Livium, quas idem Parrhaſius ſcripſiſſe ſe dicit *in Præf. ſuper Comment. Claudian.*

„ Extant præterea Neapoli in Reg. Bibliotheca S. Joh. ad Carbonariam „ ſequentia ejus Opera M.S. in Ciceronis Paradoxa = Liber de Viris Illuſtribus = In Caii Balbi Lib. III. in fol. = Prælectiones in Auctores diverſos = In Cæſaris Commentarios = In Valerium Maximum = Libellus de arte dicendi = In Epiſt. Cic. ad Atticum = De Fragmentis Grammaticæ = Expoſitio ſuper primum Librum Ciceronis de Oratore = Annotata in L. Florum = Annotata ſuper Statii Sylvas = Commentarius ſuper Elegias Tibulli = Commentarius ſuper Satyras Juvenalis = Comment. ſuper Satyras Perſii = Comment. ſuper priores Lib. IV. Æneid. Virgilii = Annotationes ſuper tres Libros Cornelii Taciti = Annotationes ſuper primum Librum Odarum Horatii = Annotationes ſuper Valerium Flaccum = Tractatus de Sybari, Crate, & Urbe Thurio = Liber Epiſtolarum ad varios amicos = Liber ſuorum Poematum = Comment. ſuper Librum Virorum Illuſtrium, cujus Auctorem putat eſſe non C. Plinium, ſed Corn. Nepotem = Liber Poemat. ſuper Libros, quos ipſe in Cathedris expoſuerat = Apologia contra Furium = In Auſonii Senarium Annotationes = De Quæſtionibus Rhetoricis.

„ Sed & Pauſaniam in Latinum vertit, & Fl. Soſipatrum, atque Chariſium Veteres Grammaticos, qui interciderant, ab ſe repertos, idem edendos curavit Neap. apud Joh. Pierium Cyminum CIↃIↃXXXI.

Queritur Barrius l. c., multa, quæ Parrhaſium Auctorem habuerunt, aliorum nomine edita eſſe; ac Plagii Aldum, & Paulum Manutios inſimulat, præſertim propter partem quandam ex Comment. Parrhaſii in Virgilii Æneid., & Libros aliquot ex illis quos de Rebus per Epiſtolam quæſitis conſcripſerat; multiſque argumentis querelam hanc probabilem reddit. Nos ſic cenſemus: profeciſſe quidem Manutios ex Parrhaſii laboribus, ſed eam eſſe ſtyli naturam, ut non diu aliquis cum aliena jactura locupletari queat.

Obiit, nec admodum ſenex Parrhaſius; cujus Elogium Matthæus To-



Digitized by Google

ſcanus ejus pariter Auditor ex laudato Minoe ibidem in hæc legitur conſcripſiſse in Pepl. Italiæ pag. LXIII. & LXIV.

*Ille ſui janus Sæcli Varro, ille veternum*
*Torpentem excuſſit, turba magiſtra, tibi.*
*Abdita Cecropiæ doctrinæ clauſtra refregit,*
*In Latinumque tuas tranſtulit, Hellas, opes.*
*Non ſatis eſt veterum quod vatum ænigmata ſolvit*
*Ille etiam numeros exprimit arte pari.*

## JOH. PIERIUS CIMINUS

*Clar. An. Ch.* 1510. COnſentinus Parrhaſii Auditor. Scripſit *Epiſtolam ad Coriolanum Martyranum in Chariſium Grammaticum*, quæ extat cum Chariſii Libro in Biblioth. Vaticana ex Barr. *Lib. II. Cap. VII.* Vid. *in Parrhaſ.* prodiiſse autem Epiſtolam hanc non Neap. tantum, ut in Parrhaſio dictum, ſed nuper quoque prodiit Genevæ in fronte Fl. Soſipatr. Chariſ. CIↃIↃCXXII. in 4.

## CAROLUS JARDINUS

*Clar. An. Ch.* 1500. MAlatenſis, Parrhaſii Auditor, Vir Græce, & Latine doctus, qui Romæ humanas Litteras publice eſt profeſsus; exceſſitque rebus humanis admodum juvenis, cum ſe in Litterarum ocio mirum in modum accinxiſset ex Barr. *Lib. II Cap. VIII.* Meminerunt de eo Spera *Lib. IV. fol.* CCCCXXV, & Topp. in Biblioth.

## JACOBUS CABALLUS

*Clar. An. Ch.* 1510. AMantheanus Juriſconſultus multi nominis ex Topp. *in Biblioth.*, eumque dicit *Domini titulo* honoratum *in Execut. XVII. CIↃIↃXX. fol. CCXII. in M. Archiv. R. C.*, fuitque M. C. V. Judex ſub Johanna II. ex Amat. *in Pantopol.*

## FRANCISCUS GAROFALUS

*Clar. An. Ch.* 1510. COnſentinus Juriſconſultus clariſſimus ex Topp. *in Biblioth.* Clar. Ann. CIↃIↃVII. Legatione Urbis functus eſt ad Ferdinandum Regem: fuitque M. C. V. Judex ex Amat. in *Pantopol.*

## CHRYSOSTOMUS PALUMBUS

*Clar. An. Ch.* 1510. OPedenſis Cœleſtinus Vir doctiſſimus. Clar. An. CIↃIↃX. Scripſit *Chronicon Monaſterii Cœleſtinorum de Caſaluce* in Campania *ex M. S. Gualter.*

## NICOLAUS DE ROGIANO

*Clar. An. Ch.* 1515. ROgianenſis, ſic enim vulgo Oppidum hoc nominatur, alioquin Vergianum Barrio dicitur. Orator, & Poeta nobilis, Jani Parrhaſii in Rom. Cathedra ſucceſsor. Clar. An. CIↃIↃXV. Scripſit latino carmine *Libros IV. Sylvarum = De Conqueſtu Italiæ, & De Rebus Sacris*, & alia quædam, apud Petrum Angelum Speram *Lib. IV. De Nobil. Profeſſ. fol.* CCCCLI.

FRAN-

Digitized by Google

## FRANCISCUS PYRRHINUS

CEtrarienſis Philoſophus inſignis. Clar. An. CIƆIƆXV. Leonis X. Summo Pont. familiaris. Extat Romæ in Baſilica S. Laurentii in Dam aſo ſequens in ejus Tumulo Inſcriptio: *Clar. An. Ch. 1515.*

*Deo Immo Sacrum.*

*Franciſco Pyrrino a Cetrario Leonis X. Pon. Max. Familiaris. Julii Card. de Medicis a Secretis. Homini & fide eximia, & Litteris, ac moribus cultiſſimis, uſuque Rerum, & Nationum variarum in primis habito, Idoneo ad Principum curas pertractandas. Initio fortuna ſecundioris ex humanis rebus erepto. I. A. Sadoletus ejuſdem Pont. a Secretis Amico Optimo, benemerenti fecit. Vixit An. XLVIII. Neminem unquam, niſi morte offendit.*

## PETRUS PAULUS PARISIUS

COnſentiæ, vel, ut ſcribit Acetus, Filini natus An. CIƆCCC CLXXIII. ex Nobiliſſima Pariſiorum Familia, S. R. E. Cardinalis Tit. S. Balbinæ. Vir Pontificii, & Cæſarei Juris Conſultiſſimus: quod Romæ primum, ſummo plauſu, publice eſt interpretatus: dein Patavii CIƆIƆXXI. & demum, defuncto Carolo Ruino, Bononiæ, ubi Andream Alciatum ſucceſſorem habuit, ex Pancirol. *Lib. II. De Clar. Legum Interpret.*; Namque ejus cum late fama inclareſceret, Romam a Paulo III. Pon. Max. arceſſitus, Apoſtolicæ Cameræ Auditor, dein Epiſcopus Nuſcanus, mox Anglonenſis, & demum An. CIƆIƆXL. S. R. E. Cardinalis creatus eſt; ac biennio poſt, una cum Morono, & Polo Cardinalibus S. C. Tridentini Legatus electus eſt, & Præſes; Iterumque poſt annum, una cum Marcello Cervino Card. S. Crucis ad Carolum V. Cæſarem, Genovæ degentem Legatus mittitur: poſt quam Legationem Signandis gratiæ Libellis præpoſitus Ciacconio proditur, & Oldoino. *Clar. An. Ch. 1520.*

Sed enim ad ejus laudem non mediocriter conducit, quod ſe Præceptore duo Viri Hugo Boncompagnus Bononienſis, & Vincentius Laureus Tropeenſis adeo profecerint, ut alter Pon. Max., Gregorius III. nominatus, alter S. R. E. Cardinalis creari meruerint, quod Flaminius Pariſius Epiſcopus Bitontinus *Lib. I q. 2. de Reſign. Benefic.* notatum reliquit.

Jam vero quæ ingenii Eminentiſſimi hujus Scriptoris Monimenta ſuperſunt, hæc ſunt cedro digna, & æternitate = *Conſiliorum Petri Pauli Pariſii S. R. E. Cardinalis ampliſſimi, Pontificii, Cæſareique Juris Conſultiſſimi Pars I. II. III. & IV. Francofurti* CIƆIƆXC., *& Venet. apud Nicolaum Bevilacquam, & Socios* CIƆIƆLXX. *in fol.* De hoc opere notat Ciacconius: *Scripſit* (Petrus Paulus Card. Pariſius) *Conſiliorum Volumina quatuor, quibus largas ſibi comparavit opes* = *In ſecundum Decretalium lecturas; ideſt in Cap. Præſentia, & in Cap. Quam contra de Probat.* = *De Teſtibus, De Exceptionibus, De Præſcriptionibus* ex Joh. Baptiſta Ziletto *in Indice Lib. in fol. XI. a t.* = *Commentar. in quattuor Juris Civilis poſtmeridianas Lectiones*, ex Ciaccon. laudat. = *Epiſtolas Canonicas ſuper Cod., & Digeſt.*, & = *Additiones ad Bartolum. Ex M.S. Gualt.*

Poſtremo Petrus Paulus, qui prius allegatus uxori ſuſceptum ex ea filium, cum ipſa uxore ſimul amiſerat, mox ingenii ſui, his veluti fœtibus ſuperſtitibus, obiit Romæ V. Id. Maii CIƆIƆXLV. ſepultuſque eſt



Digitized by Google

in Eccleſia S. Mariæ Angelorum ad Thermas : in cujus Tumulo ſequens legitur Epitaphium.

*Petro Paulo Pariſio Conſentino S. R. E. Presbytero Card. Qui ob celebrem Juriſprudentiæ famam in Nobiliſſ. Italiæ Cathedris ſpectatæ a Paulo III. Pon. Max. Bononiâ Romam Accitus, Apoſtol. primum Cam. Auditor, mox in ampliſ. Ord. Aſcriptus; ſignandiſq; gratiæ Libellis Præpoſit. Sac. tandem Conc. Trid. Legatus, ac Præſes electus, ut vivens ætatis ſuæ Chriſtianæque Reip. præſenti conſilio, atque virtute, ita poſt mortem præclariſſ. editis ingenii, atque doctrinæ moniment. plurimum poſteritati profuit. Obiit V. Id. Maii Anno Sal.* CIↃIↃXLV. *Ætat. ſuæ LXXII. Flaminius Pariſius Epiſc. Bituntinus Gentilis ſui, ſtudiorum, & gloriæ Æmulus Patriæ, & Familiæ ornamento fieri Teſtamento mandavit. Qui vixit An. XL. Fabritius Cajeta, & Proſper Pariſius Exequut. Curr. An.* CIↃIↃCIII. *Corpus humo tegitur: Fama per ora volat: Spiritus aſtra tenet.*

De eo meminerunt cum laude Paulus Jovius *Lib. XLII.*, Valentinus Froſter *in Hiſt. Legal.*, Angelus Portinarus *in Hiſt. Patavin. Lib. VII. Cap. IV.*, Toppius, & Nicodemus *in Biblioth.*, Ughell. *in Ital. Sac.*, *& in Appendic. ad Ciaccon.* Michael Juſtinian. ſuper *Conc. Trident. Indict. XIII.*, Pallavicin. *in Hiſt. Conc. Trident. Lib. V. Cap. I. & II.* & alii.

## AURELIUS GAUDERINUS

*Clar. An. Ch.* 1520.

SYllanenſis Vir multæ, & variæ eruditionis. Clar. Ann. CIƆIƆXX. Edidit: *Duas Orationes luculentiſſimas: Unam de Philoſophia, alteram de Virtute*. Bononiæ apud Benedictum Hectorem CIƆIƆXXXIII. in 8. Ex Amat. *in Pantopol.*

## LAURENTIUS GAUDERINUS

*Clar. An. Ch.* 1520.

SYllanenſis Vir eruditiſſimus. Clar. An. CIƆIƆXXV. Docuit publice Bononiæ Humanas Litteras, ibique edidit: *Libros X. Latinarum, & Jocoſarum Epiſtolarum*. Ex Spera *Lib. IV. De Nobil. Profeſſ. Gramm. fol. CCCXLVII.* relat. a Topp. *in Biblioth.*

## PETRUS CONTESTABILIS CIACCIUS

*Clar. An. Ch.* 1520.

COnſentinus ex Nobiliſſima Ciacciorum Familia J. C. eximius, & Regius Conſiliarius. Clar. Ann. CIƆIƆXXVIII. Hunc doctiſſimum extitiſſe dicit Topp. *in Biblioth.* illumque narrat ob ſervitia præſtita immunitatem ab Rege a public. vectigal. obtinuiſſe.

## ANTONIUS HYERONYMUS N.

*Clar. An. Ch.* 1520.

CHariatenſis Præſul inter eos, qui ſedentibus Leone X. & Clem. VII. Pontificibus, erant, omnium conſenſu doctiſſimus: a quibus Piceni Prolegatus, & Aſculi Commiſſarius deſtinatus eſt: ejuſque opera in arduis illorum temporum negociis prælatos Pontifices uſos eſſe proditum eſt. Hinc extant duo ejus Volumina M. S. in fol., quibus exactam Rerum a ſe geſtarum in negociis ipſis pertractandis hiſtoriam exhibet: quibuſque etiam contemporaneæ Hiſtoriæ, quæ Rerum feracitate eximia eſt, & non inu-

Digitized by Google

inutilis acceſſio fit, & lux non mediocris infertur. Extabant autem duo ipſa volumina penes Cl. Virum Petrum Polidorum Frentanum de Calabria noſtra benemeritum, nunc vero penes ejus Nepotem Franciſcum Antonium Polidorum ſcimus extare. Meminerunt de Antonio Hieronymo Fridericus Ubaldinus *in Vit. Ang. Colotii Epiſc. Nucer. pag. XXI.*, Tafur. *in Script. Regni*, & alii.

## CAMILLUS LUCIFERUS

CRotoniata, ejuſque Urbis Archidiaconus, Vir Humanis Litteris valde *Clar. cir. An.* excultus. Clar. An. CIƆIƆXX. Scripſit *Hiſtoriam Civitatis Crotonen- Ch.* 1520. *ſis*: de qua meminit Joh. Bapt. de Nola Moliſius, eamque M. S. remanſiſſe, eaque ſe in pleriſque uſum eſſe teſtatur *in Chron. pag.* 54. Vid. de eo Tafur. *in Script. Regni Neap.*

## JOH. BAPTISTA MARTYRANUS

COnſentinus Vir eruditione clariſſ. ex Acet., & Poeta Jucundus. Flor. *Clar. An. Ch.* An. CIƆIƆXX. Multa ſcripſit Italice, quæ interciderunt. De his 1520. Martyrani Poemat. ſic ſcribit Leander Albert. *in Deſcript. Italiæ*: *Joh. Baptiſta Martyranus Vir rari, & curioſi ingenii, argutis, & ornatis Poematibus ſuis, ſublimitatem, ſubtilitatem, & amœnitatem propriæ doctrinæ cunctis mortalibus exhibet.*

## ANTONINUS PONTO

CAſulenſis Vir Græce, & Latine erudititiſſimus *Lib. II. Cap. VIII.* Scri- *Clar. An. Ch.* pſit opus, cui Titulum nuncupavit: *Romitypion*, editum Romæ apud 1520. Antonium Blandum de Apula CIƆIƆXXIV. in 4. Quo in Religioſos debacchatus, Romam deſcribens, in illa temporis caligine, non admodum Romanæ Religioni favere ſeſe demonſtrabat.

## VINCENTIUS VIANÆUS, aliis VOJANUS

MAidanus, quod Oppidum *Melanium* Barrio dicitur, Medicus, & Chi- *Clar. An. Ch.* rurgus eximius, qui, ut laudatus Barrius *Lib. II. Cap. IX.* notatum 1520. reliquit: *Primus Labia, & Naſos mutilos inſtaurandi artem excogitavit.* Et addit: *Fuit & Bernardinus ejus ex Fratre Nepos, & artis hæres. Viget modo hujus filius, & itidem artis hæres* Puto Vincentium quidem claruiſſe Anno CIƆIƆXX. Sed enim idem Barrius *eod. Lib. Cap. XIII.* de Tropæa Urbe loquutus, meminit de alio Vianæo ſibi ſynchrono, cui *Petro* nomen, quem Tropæenſem facit: *Vivit*, ait, *Petrus Vianæus Medicus Chirurgus, qui præter cætera labia, & Naſos mutilos integritati reſtituit.* Notat hoc mecum erudititiſſimus Nicodemus *ad Topp.*; Quare vel hic Vianæus Tropæenſis eadem arte callet cum Maidano, vel Barrius memoriâ labitur, vel ridet utroſque; nam ſi eam artem reperiſſent, quam dicit; nemini per mundum truncis naribus eſſet eundem; & tamen, ut Hieronymus ait: *An unus in Urbe Roma eſt, qui habeat truncas inhoneſto vulnere nares?* (*Epiſt. ad Bonaſ.*)

TI-

## TIBERIUS RUSSILIANUS

Clar. An. Ch. 1520.

CAlaber. Vixit An. CIↃIↃXX. Vir ſuo malo eruditus, & gloriæ Patriæ ſuæ, Nationiſque nullius compendii. De quo Gabriel Naudæus in ſuo *de Cardano Judicio*, edito Amſteledami CIↃIↃCLIV. *fol. V.* hæc ſcribit: *Nam quis ferat Cardanum ejus impiæ vanitatis accuſari ob excogitatum a ſe thema Natalitium D. N. Jeſu Chriſti; quod tamen* Tiberius Ruſſilianus Sex. Calaber, *ſæculo præcedente, tribus variis Schematibus propoſuerat in* Apologetico, *ut illum vocavit*, adverſus Cucullatos, *Qui ex quadringentis propoſitionibus, quas Bononiæ Florentiæ, Patavii publice docendas ſuſceperat, duodecim velut Hæreticorum placitis affines, damnaverat; & hanc imprimis, qua dicebat, quod Chriſtum, quoad Corporis compaginem elementariam, aſtris ſuppoſitum, ejuſque genituram, & Prophetam magnum, & ea, quæ circa Corpus evenerunt, præſertim violentum ejus mortis genus nuntiaſſet, non inconvenit. Hanc enim Concluſionem, ſimul cum aliis, ut Tiberius defenderet* Librum edidit, *ſedente Leone X. eo titulo, quem ſupra retulimus; & tria Chriſti geneſeos Themata, ſecundum tres rationabiles differentium Doctorum opiniones, in eo tam luculenter enarravit, ut mirum potius ſit Cardanum habuiſſe, unde poſt ipſum raumationes, & ſpicilegia colligeret. Verum nec ipſe Tiberius Ruſſilianus nullo alio Auctore, tam grande nefas molitus eſt. Nam Petrus de Alilaco &c.* Et pauli poſt: *Cæterum patet inde quam Vaſer Cardanus fuerit; nam cum certo certius exploratum haberet Themata Chriſti natalitia ab Alliacenſi, & Tiberio Ruſſiliano exarata fuiſſe; nec illum latere poſſent, quæ Picus, Albumaſſar, & Bacchonus, de illis dixerant, noluit tamen eorum unquam meminiſſe, ut vulgo Litteratorum inventum iſtud ſuum fuiſſe perſuaderet &c.* Hactenus Naudæus.

## DIONYSIUS SACCUS

Clar. An. Ch. 1520.

POlicaſtrenſis Franciſcanus de obſervantia Vir doctiſſimus, & eloquentiſſimus, ex Epiſcopo Dorinen. creatus Archiepiſcopus Rhemenſis: Leonis X. ad Galliarum Regem Legatus, in cujus Regis Aula mox inter primos, & Pares, quos dicunt, aſcriptus. Plurium ibi Reginarum, & præſertim Claudiæ Reginæ a Sacris Confeſſionibus fuit: a qua poſtrema unam ex Spinis Coronæ Dominicæ dono acceptam Policaſtri in Eccleſia S. Mariæ collocavit: de qua meminit Petras *Tom. III. de Mirac. perpet. Cap. VI.* Claruit Dionyſius ex dictis An. Ch. CIↃIↃXX. Meminerunt de eo multi apud Noſtrates *Amat.*, & *Acet.*

## ANTONIUS THYLESIUS

Clar. An. Ch. 1520.

COnſentinus, ex Nobiliſſ. Thyleſiorum Familia, Orator, & Poeta inſignis ex Jovio in *Elog.*, & Matthæo Toſcano *in Pepl. Ital. Lib. III.* Clar. An. Ch. CIↃIↃXX. Bernardini Thyleſii Viri Cl. Patruus, & Præceptor. Docuit publice Mediolani bonas Litteras ſummo plauſu, pari frugi. Ibi præ cæteris Auditores habuit Rodulphum Collinum, & Joh. Jacobum Ammianum, in Collegio Tigurino alterum Græcæ, alterum Latinæ eloquentiæ Profeſſorem, utroſque Præceptores Geſneri, ex eod. Geſner. *in Biblioth.* Sed & a Carolo V. Cæſare ad inſtituendum bonis litteris Philippum II. Filium ſuum arceſſitus proditur *ab Amat.*

Ejus dicendi puritas, elegantia, & gravitas ſublimis; quamobrem *in Præfat.* ejus Tragœd. *Imber Aureus* dictæ, ſcribit Lælius Altander: *Cum Tra-*

*Tragœdia hæc Antonii Thyleſii Viri, mediusfidius, ut ejus ſcripta declarant, ingenio, ac variâ doctrinâ expoliti, in manus meas pervenerint, ſic ipſa ſermonis elegantia, dicendique puritas: ſic paſſim ſervata gravitas, ſententiarumque ſplendor ubique ſeſe mihi offerebant, ut non poſſem non majorem in modum admirari Virum his temporibus noſtris id ſcriptis ſuis aſſequutum eſſe, quod nemo, poſt veteres illos, ne attingere quidem auſus eſt. Seneca enim, tametſi plenus ſententiarum ſit, arſque fortaſſe, quæ præſtari a Scriptoribus omnibus præcipue debet, in eo non requiratur, tantum abeſt, ut eum Latine, ac pure loquutum eſſe exiſtimem, ut ob id etiam in Latinorum Scriptorum numerum cooptandum eſſe minime cenſeam. At Thyleſius de ſuo, non autem aliena ſcripta invadens, latine ita pure, ac proprie omnia Nobis exponit, ut Plautino, vel potius Terentiano ore eloqui videatur.*

Scripſit = *Orationem Latinam in funere Joh. Jacobi Trivultii*, quam & ipſe Romæ recitavit An. CIƆIƆXVI. in die Divi Lucæ = *Annotationes in Horatium Flaccum edit. Venet.* CIƆIƆLIX. apud Bonellum, ſub hoc Tit. *Annotationes Doctiſſimorum Antonii Thyleſii Conſentini, Franciſci Robertelli Utinenſis, & Henrici Glareani apprime utiles &c.* = *De Coronarum generibus apud antiquos Comment. ad Joh. Matthæum Gybertum*. Coloniæ CIƆIƆXXXI. in 8., & Baſileæ CIƆIƆXLV. in 8. = *Libellum de coloribus*. Baſileæ CIƆIƆXLV., & iterum ibidem in fine Actuarii de Urinis apud Cratandrum, & apud Trobevium, pro appendice Lazari Boyſii *ex Geſner.* = *Cyclopem* hexametro carmine, & = *Galateam* Elegiaco. Tiguri apud Froſtoverum CIƆIƆXXXI. in 8 = *Imbrem Aureum* Tragœdiam de Danae Acriſii filia, quam Jupiter in auream pluviam mutatus, gravidam fecit. *Norimbergæ* CIƆIƆXXX in 8 *ex Geſner.* = *Idyllia*, ſeu *Poemata ſex*, videlicet = *Æneam* = *Lucernam* = *Thetin* = *Charites*, vel *Fraga* = *Arundinem*, & = *Prometheum*. Quorum: *Lucerna*, *Arundo*, *Æneas* prodierunt Baſileæ apud Joh. Operinum CIƆIƆXLV. una cum = *Arancola*, & = *Cicindela*, quæ & Ipſe conſcripſerat ex *Geſner. Epitom.* cum *Addit.* Simleri, & Joh. Jacobi Friſii = *Reticulum* = *Hortulum* = *Tibiam* = *Nautarum laborem* = *Parmam* = *Turrim de Cœlo percuſſam* = *Hæniam de obitu Patris*, una cum prædicta *Lucerna* excuſa eſſe Romæ apud Franciſcum Minutium Calvum CIƆIƆXXIV. remanentibus M S. apud Rodulphum Collinum *Thetide*, *Charitide*, & *Promethæo*, ut notatum in eadem *Geſner. Epitom.* = *Ortum Archintorum* carmine concinnatum *ex eod. Geſner.* = *Phœnicem* = *Orphæum* = *Uranum* ex Sertor. Quattrim. Extant aliquot ex his Thyleſii Operibus reimpreſſa *in Amphith. Sapien. Socrat. Joco. Ser.* Scripſit, & alia quædam, quorum notitiâ caremus. De eo præter Jovium, Toſcanum, Quattrimanum, Toppium, Nicodemum, multos cum laude meminiſſe ſatis conſtat.

## BERNARDINUS THYLESIUS.

CONſentinus Antonii Nepos, natus Anno CIƆIƆIX. Vir Clariſs. Græce, & Latine doctus: Orator, & Poeta: cujus ſtylus ad Lucretia- *Clar. An. Chr.* 1509.
num proxime accedit ex Topp. Philoſophus vero omnium conſenſu doctiſſimus, & celebratiſſimus. SSum. PP. Clementi VII. Paulo III. Marcello II. Pio IV. & Gregorio XIII., acceptiſſimus, ac Cardinali Farneſio Litteratorum tunc Mœcenati valde carus: quem ſolitum dicere accepimus criminantibus Thyleſii doctrinam: *Thyleſio abſente, omnes blaterant: præſente obmuteſcunt.*

Primus omnium contra Ariſtotelem inſurrexit; & modio Brixiano conſulto, quæ *propria* excogitaverat *Rerum principia*, *calorem*, *frigus*, *at-*



Digitized by Google

*que materiam:* partimque forſitan interpolata novo Philoſophiæ ſuæ ſyſtemate ſententia Parmenidis libere, & incunctanter exprompſit, a quo ſequuti mox Charteſius, Galilæus, cæterique Recentiores, idemque inter cæteros Thomas Campanella, in Ariſtotelem hiſcere didicerunt. Quod quamvis pleriſque, & præſertim Bachoni de Verulamio in *Tractatu de Princip., atque Origin. ſecundum fabulas Cupidinis, & Cœli, Parmenidis, Zeleſii &c.* Solino Antonio Mantuano *Apologiâ* in eum edita, & Jacobo Antonio Marta diſplicuiſſet: qui poſtremus longe unde *Propugnaculum Ariſtotelis* contra eundem Thyleſium elaboravit; placuit tamen multis, qui mox ſententiam ſequuti Thyleſiani Philoſophi a Thyleſio Magiſtro audierunt, inter quos unus fertur Inſignis Thomas Campanella, qui devorato intra paucos dies, Libro Thyleſii, perſpectaque ejus philoſophandi ratione, atque probata, *nec mora* ſcribit Jan. Nycius Ærythræus *in Phynac. minus undecim Menſibus ad Martæ Librum, undecim annorum labore exaratum reſcripſit.*

Edidit, ergo Opus ſuum celebre = *De Rerum natura juxta propria principia Libri IX.* primum Romæ CIƆIƆLXV. ex Geſner. dein Neap. CIƆIƆLXX. in 4. cum aliquibus a priore editione varietatibus, apud Joſephum Cacchium; & iterum Neap. CIƆIƆLXXVI. apud Horatium Salvianum in *fol.* & poſtremo prodiit Genevæ apud Euſtachium Vignon. Extat ejus Operis Italica verſio Franciſci Martelli M. S. in Bibliotheca M. Ducis Etruriæ ex Nicodemo.

Scripſit præterea = *De his. quæ in aere fiunt,* & = *De Terræmotibus* Librum unum, qui & ipſe verſus eſt in Italicum ab eodem Martello: Extatque M.S. in eadem Bibliotheca M. Ducis; Latine vero prodiit Neap. apud dictum Cacchium. CIƆIƆLXX. = *De Mari* Librum unum Neap. apud eundem Cacchium CIƆIƆLXX. in 4. = *De Colorum generatione* Opuſculum ibid. apud eundem, eodem anno, & fol. 4. = *Varios Libellos de Rebus Naturalibus* inter quos illum = *De Somno* & illum = Quod Animal Univerſum ab unica Animæ ſubſtantia gubernetur ex Editione Antonii Perſii. Venet. CIƆIƆXC. = *De Febribus* Librum M.S. ex Quattriman. *in Epiſt.* ad Joh. Bapt. Vecchiettum *pag. XXIV.*, quamvis *in Epiſt.* ad Joh. Mariam Bernandum neget Librum hunc extare, aut certo poſſe reperiri. = Scripſit denique *Diſſertationem de Fulmine*; quod inſtar Ferri in Oppido Caſtrivillaro ceciderat. Ex eod. Quattriman. ibid. & Carmina aliquot latina in laudem Johannæ Caſtriotæ, quæ cum aliis ejuſdem argumenti a pleriſque exarata prodierunt.

Obiit Bernardinus An. CIƆIƆLXXXVIII., cum duo de nonaginta Annis vixiſſet: In cujus Tumulo Sertorius Quattrimanus ſequentia Carmina inſcripſit:

*Exiguum nati tumulum poſuere parenti,*
*Exiguas tibi præbet opes ſors dira Teleſi:*
*At tibi perpetuum nomen, famamque perennem*
*Ingenii monumenta dabunt, Cœloque micabis*
*Lux nova ſydereo, nulloque aboleberis ævo.*

Celebrant viri clariſs. doctrinam Innumeri, inter quos idem Bachon. de Verulamio l. c. dixiſſe non dubitavit: *illum Scientiis utilem & nonnullorum placitorum emendatorem, & novorum Hominum primum agnoſcimus:* late plura Leonardus de Capua, Auctor Hiſt. Civ. *lib. XXXIV. Cap. VIII.* Teſſier *in Eloges des Scavans*, Tayonus *lib. IX. Cap. XXXV.* Muver *in Diction.*, & Alii, quos vide apud Conradum Gegnerum *in Bibliotheca fol. CXVI.* Joh. Imperialem in ſuo *Muſæo Hip. Phyſic. fol. LXXIX.* Janum Peluſium *Lib. I. Poemat. fol. LIII.* Thomam Campanell. Scipione Mazzell. ejus diſcipulum, & alios. AU-

Digitized by Google

## AUGUSTINUS NIPHUS.

JOpolenſis Philoſophus, & Medicus, omnium ſui florentiſſimi ævi celeberrimus; Claruit enim An. CIↃIↃXX. Hunc Sinveſſam quidam repetunt, queis Toppius libenter adhæret; Verum deceptis *Sinveſſani* vocabulo, quod Niphus ipſe uſurpavit, venia danda eſt; cæterum res ita ſe habet. Niphus, cum jam puer; mortua Matre, a Patre, & Noverca male haberetur, aufugit domo, & ſe Neapolim recepit: Quem præclaram præ ſe indolem ferentem Sinveſſanus quidam cum eſſet intuitus, Sinveſſam in domum ſuam duxit, ut Liberis ſuis inſerviret. Qui quod acris ingenii, ac gloriæ cupidus eſſet, ſimul cum illis in litterarum ſtudium incumbit; Atque inde cum eiſdem Patavium profectus, Philoſophiæ ſtudio acriter navavit operam. Cumque poſtea Sinveſſam, ac Neapolim reverſus, Patrem omnia bona dilapidaſſe, ac ſubinde mortuum eſſe percepiſſet, noluit amplius Jopolim patriam ſuam redire, ſed Sinveſſæ Uxorem duxit, & Neapoli multos annos Philoſophiam publice eſt profeſſus. Verum Ipſe in Sinveſſanorum gratiam, quod apud eos aliquando degerit, uxoremque duxerit, *Sinveſſanum* ſe ſcribebat. Quanquam ſæpius in Gymnaſio palam *Calabrum* ſe eſſe fateretur: Et *in epiſtola*, quæ eſt ad Arenarum Principem, *in Comment. ſuper Perihermenias*, ſe Calabrum eſſe teſtatur. Id quod tamen in ſecunda Operis editione, ſublatum fuit; dein vero tota Epiſtola ſublata eſt. Hæc Barrius *Lib. II. Cap. XIII. De antiq. & Situ Calab.* Clar. An. Ch. 1520.

Ne qui tamen ſuſpectum teſtem in ea re Barrium eſſe contendat, illum meminiſſe decet, honeſtum Scriptorem in negocio, nec tum vetuſtatis tenebris valde abdito, nec tum teſtium penuria valde ignoto (quid enim tum ætatis intercedebat inter Niphum, & Barrium, ſi illi ſub Paulo III. mori, huic ſub Pio V. Pon. Max. florere contingit?) noluiſſe famæ ſuæ fœdo commento, turpi fuco tam peſſime conſulere, ſi quibus facile mox redargutis, cæteris rebus, quas pro illuſtranda Calabria conſcripſerat fidem ſubinde ademiſſet. Vivebant enim vero tunc qui Niphum, & Barrium cognoſcerent; imo hic noviſſe ſe pariter Jopoli dicit Niphi propinguos; dum ergo verum audaciter temeraſſet, quis ad hæc, quæ tum erant notiſſima, non eum mendacem proclamaſſet? quis non eum pudoris omnis oblitum redarguiſſet? ac Sinveſſa tota nonne Barrium manifeſti plagii poſtulaſſet: cujus molem ab humeris mea ſuis depellere, atque amoliri nequiviſſet. Porro hic non adeo mente exciderat, nec Calabria in tantam aliorum Virorum æque Illuſtrium penuriam inciderat, ut ille, niſi rapto Sinveſſanis Nipho, eam Regionem, exornare non poſſe putaret.

Sed fingamus Barrium, hac una in re, patriotico victum affectu, fuiſſe mentitum, certe alienigenæ Scriptores haud perinde pari affectu ad mentiendum adigi poterant. Ex Scriptoribus autem illi magis credatur neceſſe eſt, qui vel tempore prior, vel autoritate potior ſit, vel certe, qui rem, de qua quæſtio eſt, ex profeſſo potius, quam obiter pertractarit. Jovius, igitur, Autor Sinchronus vel ſola temporis, & autoritatis ratione ad vindicandum a Sinveſſanis Niphum ſufficeret, niſi etiam ratione pertractatæ quæſtionis ex profeſſo ad idem Cabriel Naudeus graviſſimus Teſtis accederet. Is ergo Eminentiſſimorum Cardinalium Franciſci a Balneo, Franciſci Barberini, Julii Mazareni, ac Sereniſſimæ Chriſtinæ Reginæ Suecorum Bibliothecarius, natus Pariſiis anno MDC. ſcilicet poſt quinquageſimum circiter annum ab obitu Niphi: Librorum, Autorumque notitia plene imbutus, ac *vir ſane, nominis inter Litteratos magni* ex

Gaſſendo (*de vit. Peiresk*): *In omni vetuſtatis ratione, cum induſtria, diligentia, ac labore plurimo verſatus*, ex Gaſp. de Simeon. (*Epiſt. ad Leon. Allat.*) *Judicio, & lectione plane incomparabilis, ac vere ἔμψυχος βιβλιοθήκη* ex Coring. Is, inquam, de Auguſtini Niphi Patria, Cognominibus, Diſcipulis, Laudatoribus, aliiſque de rebus, ad eum ſpectantibus, in *Præfat. Opuſc. Moral. & Polit.* ejuſdem *Niphi*, quæ cum ipſius Naudæi judicio, prodierunt Pariſiis ſumptibus Roleti le Duc an. MDCXLV. in 4. latiſſime cum diſputaſſet, perpenſis omnibus momentis, quæ quoquomodo Sinveſſanis faverent, poſtremo concludit: *Quo ſane modo ſi Niphus loquutus fuiſſet, & ſe Jopolenſem Calabrum Patriâ: Lare vero Sinveſſanum dixiſſet . . . . . . Omnino ſiquidem Jopolenſis Calaber extitit*. Conſentit Naudæo Nicodemus in ſuis ad Toppii Bibliothecam additionibus: Nec diſſimiliter cenſent reliqui Scriptores poſt Speram; ut ſi modo paucos excipias, queis Toppius adheret, nemo ſit, qui neget Auguſtinum Niphum omnino Jopolenſem Calabrum extitiſſe; ac ideo ſe dixiſſe Sinveſſanum, velut Civitati illi gratificaretur, ut cum Barrio dictum, vel, ut Ego quidem cenſeo, quia Jopoli obſcuro loco natus, eam Patriam ſibi potius elegerit, in qua cœperat ejus fortuna fulgere; Namque is fuit, qui Mediceæ Familiæ Arma, & Cognomen aliquando affectavit aſſumere Carolo V. Cæſare concedente. Sane vidi ego Neapoli Genealogicam Arborem Familiæ Niphorum: cujus ſtipes Auguſtinus hic noſter erat: ex qua ſtatim intellexi eam arborem altioribus radicibus ideo eſſe deſtitutam, quia fuerat alio translata, ſenſiique protenus inde generis ſumptum initium, unde Nobilitas cœperat inclareſcere. Sed jam inanem quæſtionem vexare, & nodum in ſcyrpo quærere deſinamus, atque ad ea, quæ noſtri argumenti ſunt ſtilus accedat.

Scripſit Niphus multa, & præclara: de quibus Sanderus *Tom. I. Flandriæ Illuſtr. pag. LXVI.* ſic ait: *Extant Divina Auguſtini illius Opera; quorum cum aliqua Ego nuper evolverem, adeo mihi jucunda, ſapidaque eorum lectio fuit, ut dulcius me quidquam totâ vitâ, inter omnes Italiæ Scriptores quanquam omnium pene mellita ſit dictio, ſummuſque nitor, ac re exin judicium, ac profunda doctrina, quancumque complecti cupias facultatem) legiſſe non meminerim &c.* Præſertim vero in omnes Ariſtotelis Libros ſcripſit Commentaria: de quibus idem, quem laudavimus Naudæus l. c. *Quod ſi quis*, inquit, *a D. Thoma diſceſſerit (cujus, ut etiam Alberti Magni ſapientia Cœleſtis potius, quam humanæ Scholæ documenta fuiſſe videntur) is nullum alium repertumus ſit inter Latinos Ariſtotelis Interpretes, cui, ſeu Librorum editorum multitudine, ſeu dogmatum Ariſtotelis perpetua, conſtantique propugnatione, ſeu denique ſententiarum ejuſdem explicatione facillima, gloriam eruditionis, & pervagatæ in omnes Europæ Provincias, perque omnium ora celebritatis concedere merito debeat.* Sed enim Librorum omnium Auguſtini Niphi Catalogum in duas claſſes diviſum, ſequentem ab ipſo Naudeo accepimus.

„ *Auguſtini Niphi Librorum omnium editorum Catalogus. Prima claſſis*
„ *Commentariorum in Ariſtotelem, & averroem* = Translatio, & expoſitio
„ Librorum Ariſtotelis de Interpretatione. *Venet. apud Octavian. Scotum*
„ *CIↃIↃXXXVII. Pariſiis apud Joh. de Roigny CIↃIↃLI. in fol* = Commen-
„ taria in Libros priorum Analyticorum Ariſtotelis. *Neap. CIↃIↃXVI. Ve-*
„ *net. apud Hieron. Scot. CIↃIↃXLIX. apud Juntas CIↃIↃLIII. in fol.* = Com-
„ mentaria in Libros poſteriorum Analyticorum. *Pariſiis apud Jacobum*
„ *Kerver* MDXL. *Venet. apud Octavian. Scot.* MDLIII. & MDLXV.
„ *in fol.* = Commentaria in VIII. Libros Topicorum. *Venet. apud eundem*
„ CIↃIↃXXXIII. & CIↃIↃLIV. *in fol. Pariſiis apud dictum Kerver*

*cum*

Digitized by Google

,, *cum Tex. Græc. & Latin.* CIↃIↃXLII. *in fol.* = Expoſitio in Libros de
,, Sophiſticis Elenchis *Venet. apud eundem* CIↃIↃXXXIV. *Pariſiis apud*
,, *Joh. Roigny* CIↃIↃXL. *in fol.* = Expoſitio, atque Interpretatio in tres
,, Libros Ariſtotelis de Rhetorica. *Venet.* CIↃIↃXXXVIII. *in fol.* = Con-
,, verſio in latinum ſermonem, & expoſitio Librorum Ariſt. de Phyſico
,, auditu, recognit. cum Scholiis in margine *Venet.* CIↃIↃXIX. CIↃIↃXLIII.
,, & CIↃIↃXLX. & *apud Juntas ibidem* CIↃIↃLII. *in fol. Sunt Libri*
,, *duo; reliqui ſex intacti remanſerunt, Auguſtino morte prævento; penes*
,, *quem autem remanſerint, ignotum* = Traductio Librorum IV. de Cœ-
,, lo, & Mundo, cum eorundem expoſitione. *Venet. apud eundem Scot.*
,, CIↃIↃXXV. CIↃIↃXL. CIↃIↃLIV. & *ibid. eodem anno, apud Jun-*
,, *tas in fol.* = Interpretationes, & Commentaria, item Paralipomena,
,, & dilucidationes in duos Libros de Generatione, & Corruptione. *Ve-*
,, *net. apud Scot.* CIↃIↃXLIII. CIↃIↃXXVI. CIↃIↃL. *in fol.* = In IV.
,, Ariſtot. Libros Metereologicos Comment. *Venet* CIↃIↃXXXI. *apud*
,, *Scot.* CIↃIↃXLVII. *cum ejus Effigie, &* CIↃIↃL. *in fol.* = Collecta-
,, nea, & Comment. in tres libros de Anima. *Venet. apud eundem* CIↃ-
,, IↃXXII. CIↃIↃXLIX. CIↃIↃLIX. & *apud Juntas* CIↃIↃXLIV.
,, *in fol.* = Comment. in Libros Ariſt. de Phyſiognomia, & de animali
,, motu, Juventute, & Senectute, Vita, & Morte &c. *Venet. apud Scot.*
,, CIↃIↃXXXIII. & *apud Hieronym. Scot.* CIↃIↃL. & CIↃIↃLIX.
,, *in fol.* = In XII. Libros de prima Philoſophia expoſitio *ibid. apud dict.*
,, *Hieronym. Scot* CIↃIↃXLVII. & CIↃIↃLVIII. *i fol.* = In eoſdem
,, Libros Metaphyſicarum Diſputationum Dilucidarium *Venet.* CIↃIↃXXI.
,, *in fol.* = In duodecimum Metaphyſices Ariſt. Volumen Comment. *Ibid.*
,, *apud Octavian. Scot.* CIↃIↃXVIII. *in fol.* = Expoſitiones in omnes Ari-
,, ſtotelis Libros de hiſtoria, partibus, & generatione animalium. *Ibid.*
,, *apud dict. Hieronym. Scotum* CIↃIↃXLVI. *in fol.* = Commentationes in
,, Librum Averrois de Subſtantia Orbis. *Ibid. apud Octavian. Scot.* CIↃ-
,, IↃVIII. CIↃIↃXIX. CIↃIↃXLVI. & CIↃIↃLXX. *in fol.* = In duos
,, Libros Averrois de Animæ beatitudine Comment. *Ibid. apud eundem*
,, CIↃIↃVIII. CIↃIↃXXIV. *in fol* = Commentationes in Averrois de-
,, ſtructiones deſtructionum contra Algazelem. *Ibid. apud eundem* CIↃ-
,, IↃXVII. *in fol. & Lugduni, cum Averrois operibus editis in 8. apud*
,, *Scipionem de Gabiano.*

,, *Claſſis ſecunda Librorum, quos Niphus proprio marte compoſuit* = De
,, Intellectu Libri VI. & = De Dæmonibus Libri III. *Editi ſimul Venet.*
,, CIↃIↃIII. & *apud hæredes Octaviani Scoti* CIↃIↃXXVII. *in fol.* =
,, De Immortalitate Animæ adverſus Petrum Pomponatium. *Ibid. apud*
,, *eoſdem* CIↃIↃXVIII. CIↃIↃXXIV. *in fol.* = Averrois de mixtione
,, defenſio. *Ibid. apud eoſdem* CIↃIↃV. *in fol.* = De Infinitate primi Mo-
,, toris quæſtio. *Jungitur fere ſemper Comment. in Lib. de Generat. & Cor-*
,, *rupt, ſed excuſa ſigillatim reperitur Venet.* CIↃIↃIV. *in fol.* = Codicillus
,, de Senſu agente. *Edit.* ſimul cum *Commentar in deſtruction. deſtruction.* =
,, De artificioſa interpretat. Somniorum, & de Prophetia Libelli duo. *Sub-*
,, *duntur Commentar. in Lib. de Phyſiognom. juvent. &c.* = De diebus Cri-
,, ticis, ſeu decretoriis. *Venet. apud Pentium de Leucho* MDV. *apud Ale-*
,, xandrum Celedonium MDIV. *cum* = Enunciatis de medicamentorum
,, electionibus *apud Octav. Scot.* MDXIX. *in fol. Argentorati, apud Hen-*
,, *ric. Fabole in* 8. *Marpurgi* MDCXIV. *in* 4. = De noſtrarum calamita-
,, tum cauſſis Liber. *Venet. apud hæred. Octav. Scoti* MDV. *in fol.* = Eru-
,, ditiones, & Apoteleſmata Ptolomæi. *Neap. MDXIII. in fol.* = De figu-
,, ris Stellarum Helionoricis. *Neap.* MDXX. *in fol.* = De veriſſimis tem-

„ porum ſignis Comment. *Venet. apud Hieronym. Scotum* MDL. *in* 8. = „ De falſa diluvii prognoſticatione, quæ ex conventu omnium Planeta„ rum, qui in Piſcibus continget anno MDXXIV. divulgata eſt Libri „ tres. *Neap. apud Joh. Paſquettum* MDXIX. *in* 4. *Bononiæ* MDXX. *in* 8. „ ( Anno MDXXIV. impoſturâ, ut notat Joſeph Bonfin. *Hiſt. Sic. Lib. II.* cujuſdam Monachi, rumor Februario menſe increbuerat ex Planetarum aſpectu in ſigno Piſcium conjunctione diluvium futurum, quo omnes abſorberentur; adeo ut non pauci utriuſque Siciliæ Proceres in Cacuminibus Montium Ædiculas ſibi conſtruxerint; Populuſque, concepta formidine, conſternatus, ad Auguſtinum Niphum Philoſophum, & Aſtronomum peritiſſimum confugerit: qui ſedata multitudine verbo, & exemplo, nihil timendum eſſe conſtanter aſſeruit. Reſque ita accidit: nihil imbrium menſe illo, imo ſumma ſerenitas. „ Ita Bonfin. = De ratione medendi „ Libri IV. ad Curtium Seſſam Alumnum ſuum. *Neap. apud Matthæum* „ *Cancer.* MDLI. *in* 8. = Dialectica ludrica. *Venet. apud Alex. de Burdonis* „ MDXXI. *in* 8. = Epitomata Rhetorica ludrica. *Venet. apud Philippum* „ *Pincium* MDXXI. *in* 8. = De Auguriis Libri II. *Baſileæ apud Herva-* „ *gium* MDXXXIV. *Marpurgi, addito etiam Tractatu de Diebus Criticis* „ MDXIV. *in* 8. *Gallice vero redditi per Antonium Molinqum Lugduni in* „ 8. *&* *Pariſiis* MDLXVI. *in* 16. *His acceſſerunt* = Uraniæ divinatricis, quo „ ad Aſtrologiæ generalia Libri II. = Prima pars Opuſculorum in V. Li„ bros diviſa. *Venet. apud Hieronym. Scotum* MDXXXV. *in* 4. *&* *Pariſiis* „ MDCXLV. *in* 4. *Opuſcula vero contenta ſunt* = De vera vivendi liber„ tate Libri II. = De Divitiis Liber I. = De Iis, qui in ſolitudine apte „ vivere poſſunt Liber I. = De Sanctitate, & Prophanitate = De Miſeri„ cordia Liber I. = De regnandi peritia Libri V. *Neap.* MDXXIII. *in* 4. „ *Pariſiis iterum eod. anno quo ſupra* = De his, quæ ab optimo Principe „ agenda ſunt Libellus. *Florentiæ* MDXXI. *in* 4. *Pariſiis* MDCXLV. = „ De pulchro, & amore Libri II. *Romæ* MDXXXI. *in* 4. *Lugduni* MD„ XLVIII. *in* 8. *Lugduni Batavorum* MDCXLI. *in* 12. *Pariſiis* MDCXLV. „ *in* 4. = De Re Aulica ad Phauſianam. *Neap.* MDXXXIV. *in* 4. *Pariſiis* „ MDCXLV. *in* 4.

„ Hactenus ex Naudæo. *Accedunt ex Toppio in Bibliotheca* = De Ar„ morum, litterarumque comparatione Commentariolus ad Andream Ca„ rafam Sanſeverinenſium Principem = De Inimicitiarum lucro ad Anto„ nium Iſceram = Apologia Socratis, & Ariſtotelis ad Ludovicum Cano„ ſam Epiſcopum Veronen. *Neap. per Evangeliſtam Papien hæredem Sigiſ-* „ *mundi Mayr* MDCXXVI. *in* 4. = De Rege, & Tyranno. *Ibid. apud* „ *eundem anno, & folio iiſdem.*

Obiit Niphus, ut cum Barrio dictum ſupra, anno MDXLVI. honoratus Diplomatibus Leonis X. Pont. Max. & Principis Salerni, relatis a Toppio: laudatuſque eſt Epitaphiis Galeatii Floremondi, M. Antonii Flaminii adductis a Sandero, & Franciſci Suvertii: quod poſtremum Epitaphium Sinveſſæ in Templo FF. Prædicatorum, in ejus Tumulo inſcriptum & in *Select. Chriſtian. Orb. Delic.* ejus Auctoris *Lib. V. fol. LXXI.* relatum, hujuſmodi accepimus

*Dum lapidi titulum mœrens Galeacius addit,*
*Et triſti curat funera, cum gemitu,*
*Se quis honos tumuli: non hoc tibi Niphe, ſupremum,*
*Sed Patriæ, & miſero ſtat mihi munus ait.*
*Ne vivis meliore tui tu parte. Levamen*
*Nos luctus mediis quærimus in lacrimis.*

Extat, & de eo Pauli Jovii elogium *fol. CXLV.* Meminerunt etiam cum

lau-

laude Conradus Geſnerus *in Biblioth. fol. XCII.* Petrus Gravina *in Epiſtolis fol.* LXXVI. & C. Joh. Antonius Vander *de Script. Medic. fol.* LXV. Joh. Pierius Valerianus, & Cornelius Tellius *De Litterat. Infelic. in Appendic. fol. XIII.* Janus Aniſius *Lib. II. fol.* XXI. & XXVII. *Pœmat.* & latiſſime Sanderus in ſua *Flandria*; qua in Regione extat nunc Niphorum Familia Titulis, & Imaginibus clara: eo ſcilicet a Ferdinando Auguſtini Filio translata: cujus Sanderus ipſe numerat mox propagatos Heroes.

## VINCENTIUS NIPHUS.

JOpolenſis, Auguſtini germanus frater: Inſtituto Dominicanus: *Magnus Italiæ Philoſophus* nuncupatus: quem Auguſtinus ipſe in Philoſophia nunquam ſe ſuperaſſe teſtatur, apud Leandr. Albert. *Lib. IV. De Vir. Illuſtr. Ord. Prædic.* Philoſophiam publice docuit Salerni. ex Topp. *in Biblioth.*, ubi & Vincentium repetit Sinveſſam; ſed jam Toppio *in Auguſtino* abunde ſatisfecimus. Meminit de eo Amat. *in Pentapol.*

*Clar. An. Ch.* 1520.

## AGATHIUS GUIDACERIUS.

ARochenſis, quod Oppidum in ulteriore Calabria eſt. Presbyter Latine, Græce, & præſertim Hebraice doctiſſimus. Claruit An. Ch. MDXXVII. *Hic*, ſcribit Barrius, *Romæ Hebraicas Litteras publice docuit, Leone X. & Clemente VII. PP. Inde Bibliothecâ, quam multo ſtudio, ſibi comparaverat, amiſſâ ea in direptione, quæ per Carolum Borbonium facta eſt, Pariſios adiit: ibi plures annos eaſdem Litteras publice eſt profeſſus.* (*Lib. III. Cap. XX.*

*Clar. An. Ch.* 1527.

Cum enim (narrat Genebrardus *in Chronogr. ad Ann.* CIƆIƆXXX.) Franciſcus I. Galliarum Rex Sermonis Hebraici, Græci, & Latini ſplendorem, in ejus Regni Scholis veteri diſſipatum barbarie, atque depulſum, iterum revocandum ſtatuiſſet, Agathium noſtrum, una cum Franciſco Vatablo, deſtinato aureorum ducentorum ſalario, ſelegit, qui Hebraicas Litteras publice docerent. Docuit, ergo Agathius ſummo plauſu, pari cura, atque diligentia. Quamobrem Paulus Paradiſus, & ipſe unus, quem Rex Linguarum, quas diximus, Doctorem elegerat in *Dial. De modo legend. Lib.*, ita ſcribit: *Matthæus: Talem, dicebat Præceptor, pronunciationem habent Hiſpani. Ego ſemel, & iterum Lectionibus illius Regii Profeſſoris interfuit, qui hanc litteram* Hhhaiſu *adeo Religioſe pronunciabat. Martialis. Cujuſne ais? (nam duo ſunt, & alii Hebraicorum Regii Interpretes, præter Præceptorem) Agathii ne, an Vatabli? Matthæus: Agathii ſane, qui mihi in hoc Judæorum accuratam nimium pronunciationem affectare videtur. Martialis: Imo vero Arabum potius &c.*

Etſi autem publicis Lectionibus tantâ curâ obſtrictus eſſet, ingenii tamen ſui monimenta edere non omiſit, quibus tum hac ipſa ejus in Hebraicis Litteris peritia, tum Theologica facultate, & Divinarum, qua mire pollebat, Scripturarum Scientia, univerſæ poſteritati prodeſſet. Scripſit, ergo, = *Grammaticam Hebraicam* editam Pariſiis An. CIƆIƆXL., in 8., qua ſe in addiſcenda Lingua Hebraica doctiſſimus Antonius Magliabechius, in quadam Epiſtola apud Nicodemum, utiliter uſum eſſe dicebat: ejuſque Operis putat plures editiones exiſtere. Equidem Geſnerus *in Biblioth. fol. XV.* meminit alterius Opuſculi, quod idem Guidacerius *Peculium* inſcripſerat, *Lutetiæ excuſum apud Wechelum* CIƆIƆXXXVII., ut notatum etiam *in Epitome* ejuſdem *Geſneri*, cum *Addit. Simleri, & Friſii*: Cujus Opuſculi argumentum ſunt primæ præceptiones Linguæ Sanctæ ex probatiſſimis

He-

Hebræorum Præceptoribus Moſe Kimki, Pethah Debavai, Michlol, aliiſque, de Litteris, de Punctis, de quantitate Syllabarum, de Accentibus, deque perfecta pronunciandi ratione. Sed & in Epiſtola proemiali ejuſdem Opuſculi meminit Guidacerius de *Commentariis in Linguam Sanctam* a ſe ſcriptis, nec dum abſolutis, apud laudat. Geſnerum: a quo in annotatis circa dictum Opuſculum accepimus Guidacerium etiam ſcripſiſſe = *De Laudibus Pſalmorum* = *In primum Pſalmorum* = *In Orationem Dominicam*, & = *Verba Domini in Monte*. Quod autem ſcripſerit & = *In Danielem* Barrio notatum accepimus.

Extant, autem, ex eo, præter Grammaticam, & Opuſculum, quæ notavimus = *Verſio*, *&* *Comment. in Cantic. Canticorum*. Excuſ. Pariſiis CIϽIϽXXXI. in 4., & = *Verſio*, *&* *Comment. in XXIV. priores Pſalmos Davidis*. Edit. Pariſiis CIϽIϽXL. in 8. Ex quibus a ſe ſcriptis Operibus quantus ac qualis Vir fuerit facile cognoſcitur.

Obiit Guidacerius Anno VIII. Pontificatus Pauli III. ex Barrio, vel III. ex Spera *Lib. V. De Nobil. Profeſſ. Gramm. fol.* IϽXLVIII.

Scribit Lambinus *in Epiſt. nuncupat. ſuorum Comment. in Horat. ad Carolum IX.* Guidacerium noſtrum Hiſpanum fuiſſe: Qua quidem in re eo quoque argumento Lambinus credendus non eſt, quod & Paulum Paradiſum, certe equidem Venetum, Hiſpanum pariter dicit. Tametſi non eſt conſtans in omnibus Lambinianæ Lucubrationis editionibus lapſus; & in antiquis quidem non reperitur: in recentibus invidiâ Nationis noſtræ irrepſiſſe dicendus eſt. Cæterum utcumque Lambinus mentiatur, quid refert, dum illi univerſa Scriptorum turba refragatur? Dum idem, quod primum eſt, Guidacerius palam ſe noſtratem eſſe in prædictis ejus *Comment. ſuper Cantic.*, *&* *ſuper Pſalm. Edit. Pariſien.* profitetur? in quibus dicit ſe eſſe Catacenſem, ſcilicet Urbem Ulterioris Calabriæ principem, ut omnes fere, qui in longinquis Regionibus degunt, facere conſueverunt, patriam uſurpans. Non eſt, igitur, cur de aperto mendacio magnopere laboremus; nam ea, quæ ſeſe palam falſa depredicant, ſi velint anxie redargui, oleum, & opera luderentur.

## TIBERIUS ROSELLUS

*Clar. An. Ch.* 1530.

GEminianenſis Philoſophus Auguſtini Niphi Auditor. Clar. Ann. CIϽIϽXXX. Neapoli, poſt Niphum Præceptorem ſuum, primum locum inter Philoſophos obtinuit, teſte Barrio. Hic Salerni plures annos Philoſophiam publice eſt profeſſus; quæ tum Philoſophorum Academia in tota Italia, & univerſa ferme Europa maxime florebat; ſed inde Africæ viſendæ impatiens, in eam veniens, ibi a Mancipio ſuo ſopore ſepultus interfectus eſt. Ex eodem Barr. *Lib. III. Cap. XX.*

## LUDOVICUS SERRA

*Clar. An. Ch.* 1530.

COnſentinus Juriſconſultus non mediocris ingenii *ex Topp.* Clar. Ann. CIϽIϽXXX. Edidit Opus inſcriptum: *Speculationes novæ ſuper difficillima Lege* Gallus ff. de Lib. & Poſth. *apprime neceſſariæ*. Neap. apud Matth. Cancer. CIϽIϽXXXVIII. in 4.

## JOHANNES BAPTISTA AMICUS

*Clar. An. Ch.* 1530.

COnſentinus, adoleſcens Latine, Grece, & Hebraice doctiſſimus ex Topp. *in Biblioth.* Clar. An. Ch. CIϽIϽXXX. *Hic*, ſcribit Barrius *Lib. II. cap.*

Digitized by Google

*cap. VII.*, *juxta Peripateticorum placita Cœleſtium Corporum motus deſcripſit, nullis uſus eccentricis, aut epicyclis: res ab antiquiſſimis Philoſophis tot ſecula fruſtra tentata; & ni immatura morte fuiſſet præventus, aggreſſus eſſet majora.* Equidem Patavii annum agens ætatis ſuæ XXVII., cum ingenio, quam ætate major eſſet, invidiam ſibi conflavit, cujus ſtylo vulneratus occubuit: quare ibi in ejus Tumulo, ſequens legitur Epitaphium, relatum a Schradero in ſuis *Monum. Ital. fol. XI. a terg.*

*Johanni Baptiſtæ Amico*
*Conſentino, qui cum omnes omnium liberalium artium*
*Diſciplinas, miro ingenio, ſolerti induſtria,*
*Incredibili ſtudio Latine, Græce, atque etiam Hebraice*
*Percurriſſet feliciter.*
*Ipſa adoleſcentia, ſuorumque laborum, & vigiliarum curſu*
*Pene confecto, a Sicario ignoto, literarum, ut putatur,*
*Virtutiſque invidia, interfectus eſt.*
*CIϽIϽXXXVIII.*
*Præmia, quæ referunt aliis, vitamque perennem*
*Virtutes, uni huic cauſſa fuere necis.*

## CORIOLANUS MARTYRANUS

COnſentinus Secretarius Regni, dein vero Eccleſiaſticæ Militiæ aſcriptus Epiſcopus Marcopolitanus Orator, & Poeta clariſſimus, Græce, & Latine doctus. Clar. An. Ch. MDXXX. De quo Antonius Guidus *in Epiſt.* ad eum conſcripta: *Mehercule*, ait, *ita res ſe habet Magnus Vir es, Coriolane, & cujus paucos pares in omni, & doctrina, & ſcribendi genere reperiri putem poſſe.* *Clar. An. Ch. 1530.*

Scripſit = *Epiſtolarum familiarium Volumen*, edit. Neap. CIϽIϽLVI. in 8. = *Tragœdias VIII.* = *Medeam* = *Electram* = *Hippolytum* = *Bacchas* = *Phœniſſas* = *Cyclopem* = *Prometheum* = *Chriſtum*. Quam poſtremam a Gregorio Nazianzeno compilaſſe crediderim; tametſi alioquin non deſint, qui has ejus Tragœdias a Seneca Patre conſcriptis ſerio prætulerint; ex quo in nuperrima earum edit. Veneta de Anno CIϽIϽCCXXXVII. apud Madeſtum Fenzi, fuiſſe qui de earum plagio cogitavit, niſi eorum, qui editionibus præerant vigilantia ſumma feciſſet, ut ſolus affectus, non ſequuto effectu puniretur, notat Carolus Nard. in ſuis *Poemat.* fol. CXXXII. Comœdias duas = *Plutum*, & = *Nubes* = *Odyſſeæ Libros XII. Latinis Verſibus reddidit* = *Batrachomyomachiam* = *Argonauticam*. Omnia hæc Neap. excuſa apud Janum Marium Simonettam An. CIϽIϽLVI. in 8. = *Orationes* aliquot = *Epiſtolas* = *Elegias* = *Epigrammata*, & = *Libros VII. Iliados latino carmine redditos*; itemque = *Epiſtolam* metro ſcriptam ad quendam Ponterium. Cuncta hæc M.S. extare notat Quattrimanus *in Epiſt. ad Octav. Martyran. pag.* CLXIII., & in illa *ad Franciſcum Amicum fol.* CVIII. Quibus in Epiſtolis poſtremas has Coriolani Lucubrationes alteras Tullianæ majeſtati, alteras dignitati Horatianæ exæquat. Prodiit, & ejus *Concio habita in prima Seſſione Concilii Tridentini VII. Jan. CIϽIϽXLVI.* in 4. Non expreſſis anno, & loco editionis, nec nomine Typographi ex Sancaſſan. in *Biblioth. fol.* 38. Meminerunt de eo, præter noſtrates, Janus Aniſius *Lib. VIII. Poemat. fol. CXVIII.*, Toppius, Nicodemus, & alii.

BER-

Digitized by Google

## BERNARDINUS MARTYRANUS

Clar. An. Ch. 1530.

COnſentinus Coriolani frater, Caroli V. Cæſaris a Conſiliis, in Regno Neap. Secretarius: inter Viros ſui ævi eruditiſſimus, quem Toppius in ſuam retulit Bibliothecam. Nos de eo plura diximus in noſtris *Icon. Calab.*; nam quod ad præſentis Operis argumentum ſpectat notaſſe ſufficiat: Illum Poeticum Opus Italico Carmine Octonis verſibus conſcripſiſſe, quod *Le Stanze* appellatur: quo Polyphemi amores erga Galatheam deſcribit: Ipſumque Opus, a Bembo laudatum *Vol. III. Lib XI. Epiſt. VI.* nuper apud doctiſſ. Matthæum Ægyptium extitiſſe M. S. Cæterum, quæ latina Poemata ſcripſerat, omnino periiſſe dixerim, ac *De Rebus Conſentinis* Opellam, propter nominatos in ea Viros, qui ſequuta fuerunt ætate, ab eo abjudicandum non dubitaverim.

## STEPHANUS.

Clar. An. Ch. 1440.

COſanus, ſive Caſſanenſis Ord. Præd. S. T. M. Publicus in Gymnaſio Neapolitano Theologiæ Cathedraticus, Decanus, & Vicecancellarius Collegii Theologorum, & Sac. Apoſtolici Palatii Magiſter, Vir ſuo ævo doctiſſimus, quem laudat Toppius *in Biblioth.* Clar. An. CIƆIƆXXX.

## HADRIANUS GUILELMUS SPATAFORA

Clar. An. Ch. 1530.

COnſentinus: cujus familia adhuc in ea Urbe antiqua nobilitate viget: Regii Archivii Præfectus. Clar. An. CIƆIƆXXX. Antiquarius ſummæ eruditionis: cujus domus Neapoli, qua in Urbe diu moratus eſt, frequentiſſima erat Litteratorum Academia: in qua doctos Lapides, antiquas, in quam Inſcriptiones, Statuas, nummoſque, ac quicquid denique juxta Cumas, Puteoloſque e terra identidem eruebatur, illuſtranda a ſeſe, & interpretanda, ſervabat. Ex Topp. *in Biblioth.* Meminerunt de eo cum laude Scipio de Mont. *in Epigramm.*, Capac. *in Elogiis* fol. CCCXXXVII., & alii: Extant & Bernardin. Rotæ in ejus laudem Epigrammata *in Lib. Epigramm. fol. XLIX.*

*Uror, amo, excrucior, divellor, ſaucior, odi,*
*Surripior, jactor, reſtituor, taceo,*
*Iraſcor, fugito, ſileo, queror, inſequor, opto,*
*Diſpero, ſpero, decipior, metuo.*
*Hæc in amore meo ſunt, mi Guilielme, nec ipſe*
*Heu morior, cum jam vivere deſierim.*

Et in eodem Libro *fol.* LI. aliud de eo, & Joh. Baptiſta Porta.

*Ecquis te melius poterit Gulielme referre,*
*Furtivas ſcripſit quas modo Porta notas?*
*Ecquis item melius poterit te Porta referre,*
*Quæ Gulielmus habet Signa vetuſta domi?*
*Dat lucem chartis alter, dat vivere ſaxis*
*Alter: ita ingenio, ut ſanguine utrique pares.*
*Alter utrumque refert: ſic uno nomine ſi quis*
*Alterutrum dicet, dicet utrumque ſimul.*

JA-

Digitized by Google

## JANUS THESÆUS CASOPERUS

CIrenſis Vir eruditiſſimus. Clar. An. MDXXX. Edidit Pſychronæi Sylvarum Lib. II. Elegiarum, & Epigrammaton Lib. IV. Venet. Ann. MDXXXV. apud Bernardinum de Vitalibus: Item Pſychronæi Amorum Lib. IV. ad Faſtiam MDXXXV. in 8. Item Pſychronæi Epiſtolarum Lib. II. in 8. Meminit de eo Geſnerus *in Biblioth.*, & Gualt. *in M. S.* *Clar. An. Ch.* 1530.

## JOH. NICOLAUS ANGELONIUS

HIpponienſis Juriſconſultus, qui Romæ ſummâ rerum gerendarum peritiâ claruit An. MDXXX. De eo apud Schraderum in *Monum. Ital. fol. CLIII.* extat ſequens Epitaphium a Topp. in Biblioth. relatum. *Clar. An. Ch.* 1530.

*Joh. Nicolao Angelonio*
*De Monteleoni Jur. Conſ. ſumma, & integritate, & rerum gerendarum peritia prædito: principibus ſuæ ætatis Viris gratiſſ. Diana Uxor, Tenolia Caſſindia, & Hieronyma Caſtorea filiæ b. m. Curante Farneſio Bennato Amico præcipuo pon. cur. Vixit annis XLVIII. Obiit Kal. Junii An. Sal.* CIϽIϽL.

## JOH. BAPTISTA ALEMAGNA

SCyllæus Medicus celebris ex Topp. Floruit An. MDXXX. Edidit *Tractatum de febribus*. Neap. anno prædicto apud Joh. Sultzbachium in fol. *Clar. An. Ch.* 1530.

## B. BERNARDINUS MOLITIUS

RHeginus Ord. Capucin. Clar. An. MDXXX. *Hic* (ſcribit Dionyſius ab Janua in Biblioth. Script. Ord. Capuc.) *ob ingenii excellentiam, & perſpicacitatem* Georgius *appellatus eſt. Cumque adhuc inter PP. de obſervantia moraretur, eam ſibi Divinarum Litterarum præſtantiam eſt aſſequutus, ut ſumma cum ejus doctrinæ laude, a Facultate Pariſienſi Sacram Doctoratus Lauream acceperit. Græci ſermonis fuit peritiſſimus; pluresque Sanctorum Libros illius Idiomatis eſt interpretatus, tanta facilitate, ut Græcus natus videretur. Mirabilis erat huic Viro ad ſummas, & difficillimas Diſciplinas capeſſendas promptitudo; & in Scoti doctrina ſubtilitatibus, diſtinctionibus, & argutiis ſumme verſatus; maximam in iis explicandis admirationem Auditoribus excitabat; quo fiebat, ut qui ſemel cum eo congreſſi eſſent, illius deinceps ingenium pertimeſcerent .... Præter Publicas, Philoſophicas, ac Theologicas Elucubrationes, alia plura doctiſſime conſcripſit; inter quæ, ut notat Wadingus, extant adhuc* = Commentaria *doctiſſima* in Librum primum Scripti Oxonienſis, *in tria volumina diſtributa*. Hactenus ille. Scripſit præterea = *Conceptus Quadrageſimales* = *Chronicon Rhegii*, ac = *Vertit ex Græco in Latinum Vitam S. Eliæ Abbatis ex Familia la Bozzetta*, ex Zuccalà. Obiit ſeptuagenarius MDXXXVI. Vid. de eo Bover. ad hunc annum, Gonzagam *P. 2. de origin. Seraph. Relig.* Willot. in *Athen. Orthodox v. Bernardini*, Gravin. in *Lib. inſcripto Vox Turturis*. Florum *Tom. II.* & alios. Extant poſtrema ejus tria opera, quæ diximus, in Biblioth. Capucin. Hieracii M. S. ex laudat. Zuccalà. *Clar. An. Ch.* 1530.



Digitized by Google

## B. LUDOVICUS CUMBIS

*Clar. An. Ch.* 1530. RHeginus Ord. Capucin. unus ex dicti Ord. Confundatoribus. Vir Sanctitate, Miraculis, & Prophetiæ dono conſpicuus. Clar. Ann. MDXXX. Scripſit: *Sermones Varios Latinos*, qui M.S. extant in Biblioth. Capuc. Caſtrivetum. Meminerunt de eo David Romæus *De VII. Urb. Protect.*, Bover. *Tom. I. An. MDXXXVII.*, Dom. Gravat. *Vox Turt.* p. p. *Cap. XXIV.* Flor. & alii.

## JOH. PETRUS CÆSARIUS

*Clar. An. Ch.* 1530. COnſentinus, Orator. Flor. An. MDXXX. Edidit *Orationem* Latinam in Obitu Ducis Ferdinandi Alarchonis in 4. ex Topp. in Biblioth.

## VINCENTIUS AGRIPPA

*Clar. An. Ch.* 1540. COnſentinus Poeta. Flor. An. MDXL. Edidit *Librum Hymnorum ad Chriſtum Omnipotentem*. Florentiæ An. MDXLIX. in 8. ex Nicodemo ad Topp.

## NICOLAUS RICCIUS

*Clar. An. Ch.* 1540. TAbernenſis Carthuſianus. Flor. Ann. MDXL. Scripſit: *De Viris Illuſtr. Sac. Carthuſien. Ord. collect. ex variis Monimentis: dein auctus, & emendatus a D. Severo de Neap. Monacho Carthuſiæ Neapolitanæ*. Extat M. S. in ipſa Carthuſia Neapolitana ex Topp.

## VINCENTIUS MANERIUS

*Clar. An. Ch.* 1540. TErrænovanus, Inſtituto Carthuſianus, pietate, & eruditione conſpicuus. Flor. An. MDXL. Edidit: *De Morte Chriſti Lib. III.* = *De Aſcenſione Chriſti Libros totidem*: illos heroico, hos Carmine Saphico Neap. An. MDXL. apud Joh. Sultzbachium in 8. Scripſit etiam = *Delle lodi di S. Catarina Vergine Lib. I.* = *Summulam Caſuum Conſcientiæ* = *De Viris Illuſtr. Ord. Carthuſienſ. Lib. I.* Quæ omnia extant M.S. in Carthuſ. Neap. ex Topp. & Tutin.

## FABIUS DE NIGRA

*Clar. An. Ch.* 1540. TErrenovanus C. C. Philoſophus, & Theologus ſatis doctus, & Poeta amœniſſimus. Clar. An. MDXL. Ejus Poemata Italica ſummo plauſu a Doctis ſui ævi Viris excepta notatum Joh. Maria Creſcimben. *Vol. IV. Lib. II.* Operis, quod inſcripſit: *Commentarii all' Iſtoria della Volgar Poeſia.* Verum Poemata ipſa, quod tanta Auctoris verecundia, ut ab eo nullo in pretio haberentur, pro majore eorum parte, dolentibus Eruditis, diſperſa eſſe ſcribit Vir Clariſſ. & Amicus noſter Joh. Bernardinus Tafurus in ſuo Opere *De Script. noſtri Regni*. Extant ex illis aliquot duntaxat, quæ in Tom. II. Operis inſcripſit: *Raccolta di Rime piacevoli di diverſi Autori*, prodierunt Venetiis An. MDCIX. Extabat tamen eorundem Fabii Poematum integrum Volumen M.S., quod in Bibliotheca Capucinorum ejuſdem Civitatis Terrænovanæ ſervabatur; ſed & ipſum diſperiiſſe ſcimus; & fortaſſe docta contrectatum manu, ut laudatus Tafurus ſuſpicatur, materiam plagio præbuiſſe conjectare licebit.

PE-

Digitized by Google

## PETRUS FOGGIA

ROſſanenſis, ejuſque Metropolit. Eccleſiæ Decanus, Vir ſcientia divinarum litterarum valde clarus, & in SS. Patrum ſenſibus inveſtigandis celeberrimus. Claruit An. MDXL. Edidit duntaxat *Librum Exorciſmorum*, de quo teſtantur Cajetanus Tremigliotius, & Tafurus in *Script. Regn. Neap.* Fuit, & Julius Cæſar Foggia itidem Roſſanenſis Epiſcopus Umbriaticenſ. qui Tridentinæ Synodo interfuit An. MDXLVII. ex Amat. *in Pantepol.* — *Clar. An. Ch.* 1540.

## ASCANIUS PISCIANESIUS

SCylacenſis Poeta eruditiſſ., & ſuaviſſimus. Clar. Ann. MDXL. Scripſit multum, ſed pauca exſtant ejus Poemata, quæ prodierunt *Lib. V.* Operis inſcripti: *Raccolta delle Rime di diverſi Eccellentiſſimi Autori*. Meminit cum laude multa de eo Joh. Marius Creſcimben. *Vol. IV. Lib. II. Operis*, quod nuncupavit *Commentarii all' Iſtoria della Volgar Poeſia. Cent. 3. num. 59.*, & Hieronymus Ruſcell. in ſuo Opere, cui titulum indidit: *Lettura ſopra un Sonetto del Marcheſe della Terza, fatto in lode della Marcheſe del Vaſto pag. 69.* — *Clar. An. Ch.* 1540.

## NICOLAUS SALERNUS

COnſentinus Poeta clarus, quamvis non æque favente Muſa uteretur. Flor. An. MDXL. Edidit Opus poeticum, quod *Sylvas* nuncupavit, partim non contemnendum, partim vero admirandum. Neap. apud Joh. Sultzbach. MDXXXVI. in 4. — *Clar. An. Ch.* 1540.

## JACOBUS MAZZA

RHeginus Min. de Obſerv. Provincialis Clar. An. MDXL. Edidit Opus inſcriptum: *Lucerna Confeſſionis*. Neap. MDXIX. in 4. ex Topp. & Flor. — *Clar. An. Ch.* 1540.

## JANUS LACINIUS

CIrenſis Minorita Philoſophus doctiſſimus. Clar. Ann. MDXL. Edidit: *Pretioſiſſimæ, & nobiliſſ. Artis Chimicæ Collectaneam, de occultiſſ., ac pretioſiſſ. Philoſophorum Lapide*. Venet. apud Aldum MDXLVI. in 8., & Norimbergæ apud Gabrielem Hayn MDXLIV. in 4. Vide de eo Geſner. Wading. Topp. & alios. — *Clar. An. Ch.* 1540.

## JOH. ANTONIUS CÆSARIUS

CAſtionenſis ingenio, & doctrina clarus. Flor. An. MDXL. Edidit: *Grammaticæ Inſtitutionis Rudimenta*, & = *Notationes in Livium*. Ex Barr. *Lib. II. Cap. VIII.* — *Clar. An. Ch.* 1540.

## BONAVENTURA

RHeginus Ord. Capucin. Procurator Generalis. Flor. An. MDXL. Scripſit Opuſculum, ſub Tit. *Methodus celebrandi cum fructu Orationem Quadraginta horarum, præſertim tempore Quadrageſimæ*, ex Dionyſ. ab janua *in Biblioth. Capuc. fol. 99.* & = *Vitam Fr. Bonaventuræ ab Rhegio Laici Capucini*, & alia quædam Theologica ex Gualterio *de SS. Mart. Calab. fol. 329.* — *Clar. An Ch.* 1540.



Digitized by Google

## FRANCISCUS FRANCHINUS

*Clar. An. Ch.* 1550.

COnſentinus ſtrenuus quandoque Miles, qui Carolum V. in Africana expeditione ſequutus ex Thuan. *Lib. XIII.* elegantiſſimis carminibus res in ea geſtas cecinit, dein vero Sacræ Militiæ aſcriptus &c. Maſſæ Populoniæ Epiſcopus creatus eſt: Orator, & Poeta nobilis. Clar. An. MDL. Scripſit *Librum Poematum* editum Baſileæ in 8., ex Geſnero, & Romæ apud Joh. Honorium, & Hæredes Natalis Veneti MDLIV. in 8. Quæ tamen Poemata, cum minus pudica eſſent, merito editionem Libri ſtatim prohibitio conſequuta eſt. Matthæus Toſcanus aliquot ex his Franchini Poematibus reimprimi curavit: deque eorum Auctore ſic in fronte cecinit:

*Tam dulci tenores cantat Franchinus amores,*
*Carmine plus nulli, aut debeat alma venus.*
*Ille tamen veneri plus ſe debere fatetur,*
*Auſpice qua in tepidos venit amica ſinus.*

Scripſit præterea Dialogos quoſdam, de quibus meminit laudat. Thuan: quorum aliquot extare ætate ſua ſubjecit. Meminit etiam Wanderlinden in *Lib. I. De Script. Medic.*, alterius Franchini Operis, quod de *Sanguinis Miſſione* inſcriptum, Venetiis MDLXXI. prodiiſſe dicit in 8. Cæterum in carminibus, quorum pleriſque in ſuis uſum elogiis Jovium, ſatis conſtat, πολυτροπως audit ab Aniſio, quod figuris nimium ſcateret. Obiit A. MDLIV. Meminit & de his Poematibus Franciſcus Suvert. in *Select. Chriſtiani Orb. delic.* Extat quoque ejuſdem Franchini *Epiſtola* edita *fol. XV. Epiſtolar. Famil. Martyr.* Obiit ſexagenarius: ejuſque Epitaphium, quod Romæ eſt, a Schradero relatum *in Monum. Ital. fol.* CLXXXIII. hujuſmodi legitur.

*Franciſco Franchino*
*Conſentino Maſſæ Populoniæ Epiſcopo*
*Prudenti, acrique Viro, atque venuſto Poetæ*
*Qui Phœbi, Martiſque caſtra ſequutus*
*Retulit ad patrios bina trophæa Lares*
*Jacobus Sfortia*
*Et Johan. Baptiſta Franchinus Hæredes P.*
*Mœſtiſſ. Vixit Annos LIX.*

## FRANCISCUS VITALIS

*Clar. An. Ch.* 1550.

COnſentinus Orator. Flor. an. MDL. edidit = *Pro ampliſſimo viro Fabricio Pignatello Marchione Circlarii, Præſide in Brutiis Orationem, ad Viros Provinciales, & Patres Conſentinos.* Neap. apud Matthæum Cancer MDLXVI. in 4. Scripſit etiam, & quidem egregie: *De Magiſtratibus Romanorum*, & = *Commentarium in Librum Ciceronis de Legibus.* Topp. ex Scipion. de Mont. *Vid. in ſupplem. Biblioth. Neapolit.*

## THOMAS CASELLIUS

*Clar. An. Ch.* 1550.

ROſſanenſis Inſtituto Dominicanus, ex Epiſcopo S. Leonis, quæ Sedes Siberenati Sedi copulata eſt, cum S. Leonis Urbs interiiſſet, Epiſcopus Britoricenſis, dein Oppidenſis; denique anno MDL. creatus Epiſcopus Cavenſis ex Ughell. *Tom. I. de Epiſc. Caven. fol.* IↃCLX. Vir doctiſſimus, qui Tridentinæ Synodo bis interfuit: ibique Regularium exemptionem ab juriſdictione Ordinariorum, etiam quoad caſus in Jure non exceptos, conſtanter defendens, plus Caputio, ut notat Pallavicinus in ejus Synodi *Hiſt.*

Digitized by Google

*Hiſt.* quam Mitræ detuliſſe viſus eſt. Sed & in ea Synodo Catholicam doctrinam acerrime propugnans innumeros pro ea labores ſuſcepiſſe Epitaphio proditur, quod in ejus Tumulo Romæ poſitum in Eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam, in hæc Schraderus in ſuis *Monum. Ital.* retulit:

D. O. M.
*Thomæ Caſellio Patritio Roſſanen.*
*Ordinis Prædicatorum Litterarum*
*peritiſſimo, Catholicæ doctrinæ propu-*
*gnatori acerrimo, Epiſcopo Caven.*
*Qui pro Sancta Rep. Chriſtiana*
*Innumeros labores ſuſcepit.*
*Vixit annis LX. Obiit die XIX. Martii* CIƆIƆLXXI.
*Marius Protonobiliſſimus Patrit. Neapolit.*
*Poni curavit.*

Scripſit Caſellius Tractatum *De Sacramentis* ex Tafur. in *Script. Regn.* Vid. plura de eo apud Cavaler. *Tom. I. fol.* CCCCXXVI.

## POMPILIUS MOLLI.

MOntaltinus Juriſconſultus ſatis celebris. Claruit an. MDL. Scripſit *Adnotationes breves ſuper Regni Conſtitutionibus*, editas cum eodem Conſtitutionum Volumine Lugduni apud Hæredes Jacobi Junctæ MDLXVIII. Vid. de eo Amat. in *Pantopol.* *Clar. An. Ch.* 1550.

## MANILIUS CAPUTUS.

COnſentinus Poeta elegantiſſimus. Clar. an. MDL. Laudatur a Scipione de Montibus, & ab eo, qui Elogia Sigiſmundi Poloniæ Regis in ejuſdem obitu collegit: apud quos extant aliquot Manilii noſtri Carmina pro Johanna Caſtriota, proque ipſo Sigiſmundo Rege modulata, ex quibus Muſæ indoles internoſcitur. *Clar. An. Ch.* 1550.

## BERNARDINUS MOTTA.

CAſtrivillarenſis Vir doctiſſimus, Clementi VII. ex Aceto, vel Paulo IV., ut dicit Amatus, a Secretis, & in Concilio Tridentino ejuſdem Pontificis Eques Auratus; nec non, & Caroli V. Cæſaris familiaris acceptiſſimus. Clar. an. MDL. Hunc Bembus, Arioſtus, & Annibal Carus, miris de eruditione, & doctrina laudibus efferunt. *Clar. An. Ch.* 1550.

## FERDINANDUS POERIUS

TAbernenſis Juriſconſultus multi, ac celebrati nominis, ac ſummi Vir ingenii, Regius Familiaris, & Commenſalis ex Topp *in Biblioth.*, Clar. an. MDLI. Fuit, & *Odoardus* Poerius Poeta nobilis, qui anno MDCXX. Varia Opera Scenico-Tragica Carmine edidit. Et *Dominicus* Poerius Medicus, qui ſcripſit: *De i tre Seggi della Città di Taverna*. De quo vid. Flor. *lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 5. Quod Opus extat ineditum. *Clar. An. Ch.* 1550.



Digitized by Google

## JOH. JACOBUS PAVISIUS.

*Clar. An. Ch.* 1550. CAtacenſis Philoſophus, & Medicus clariſſimus. Floruit an. MDL. Hic Patavii, & Romæ plures annos Philoſophiam publice eſt profeſſus ex Barr. *Lib. IV. cap. I.* ubi illum Catacenſem dicit; quare corrigendus Abbas Michael Juſtinianus, qui in ſuos Ligures Scriptores annumerat, cumque Savonam falſo repetit. Scripſit Paviſius: *In Prologum Averrois ſuper Analytica Poſteriora Ariſtotelis Comment.* Edit. Patavii apud Jacob. Fab. & Joh. Bapt. Amil. MDLII. in fol. = *Peripateticas Diſputationes in prima Ariſtotelis Philoſophia*. Edit. Venet. apud Marcum de Maria Salernitan. Bibliopol. Neapolit. MDLXVI. in fol. Vide Topp. *in Biblioth.* ubi Juſtinianum amicum ſuum de plagio redarguit.

## JOH. BAPTISTA JARDINUS.

*Clar. An. Ch.* 1550. TErrænovanus. Clar. An. Ch. MDL. Scripſit quædam lingua Hiſpanica, & fortaſſe in ea lingua vertit Hiſtoriam Franciſci Guicciardini, ut facile colligitur ex Geſneri *Bibliotheca fol.* 406.

## THEOPHILUS.

*Clar. An. Ch.* 1550. TRopæenſis Ord. Prædic. Theologus multi nominis, Primus Supremæ, & univerſalis Inquiſitionis Commiſſarius: Cui mox defuncto Michael Gislerius, qui dein Summus Pontifex creatus, Pius V. dictus, ſucceſſit: Sic enim in *Chron. Magiſtr. General. Ord. Præd.* ſcriptum invenimus: *Nova autem cæpit hac ætate Dominicana Religio in Romana Curia dignitate ſplendeſcere. Cum enim Paulus III. Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis Congregationem anno MDXLII. erexiſſet; illique Petrum Cardinalem Caraffam præcipuum, una cum noſtro Cardinale de Toleto arbitrum præfeciſſet, primus ejuſdem Congregationis Commiſſarius promulgatus fuit Frater* Theophilus de Tropeja Calaber, *quo vita functo, ſuffectus fuit in idem officium Frater Michael Gislerius &c.*

## JOH. ALPHONSUS MONTEGNA

*Clar. An. Ch.* 1550. MAidanus Medicus, & Poeta nobilis, Vir valde Litteratus ex Topp. Clar. An. MDL. Ejus aliquot Poemata impreſſa eſſe ſimul cum illis Lauræ Terracinæ eodem anno, & cum aliis collectis ab Antonio de Montibus eodem Toppio notatum.

## HIERONYMUS MADOTTUS

*Clar. An. Ch.* 1550. TAbernenſis Poeta ſatis clarus. Floruit an. MDL. Hic cum eſſet annorum XXII. Scripſit, ediditque: *Epigrammat. Amatoria Poemat. Epitalamia, & Epitaphia.* Neap. apud Cancer MDLI. in 4. Fuit & alter Hieronymus junior, qui anno MDCLI. Librum edidit ad Rem Politicam pertinentem.

JO.

Digitized by Google

# JOHANNES VALENTINUS GENTILIS.

COnſentinus; *Nulla enim eſt Civitas* ſcribit Livius *Lib. IV. quæ & non improbos Cives aliquando, & imperitam multitudinem ſemper habeat.* Impius ſane Vir, quem Nos non intelligimus inter Illuſtres Nationis noſtræ Scriptores, quos recenſemus, annumerare; ſed unum dumtaxat ex Scriptoribus, qualeſcumque ipſi demum ſint, non præterire, ad hiſtoricam noſtri, quod agimus, argumenti integritatem, eo libentius putavimus, ut cum modo alicubi multi ſæpe Viri, utriuſque indolis, atque ingenii boni, & mali nati eſſe notentur, ſola Calabria dignoſcatur, inter tot præclaros quot Litterario Orbi peperit Viros, unum vix peperiſſe, ipſa licet impietatem deteriorem: quando naturâ quoque comparatum eſt, ut ſi quæ ex optima materia pars corrumpatur, peſſime putreſcat. *Vixit An. Ch. 1750.*

Igitur Valentinus peſſimam vitam agebat an. MDL. Nam auſus os ſuum ponere in Cœlum. *Contra Auguſtiſſimum Trinitatis Myſterium*, ut ſcribit Petavius in Theologia Dogmatica, *graſſari inſtituit, ut ex ejus Scriptis, præſertim e Protheſibus apparet*. Et Michaelis Serveti Terraconenſis impietatem ſectatus, vel potius Ipſe Antetrinitariorum Magiſter effectus, Sectam ab ſeſe Valentiniſtarum dictam inſtituit. *Fuerunt*, ſcribit Floremundus Remundus *etiam eodem fere tempore Valentiniſtæ a Valentino Gentili Conſentino Pædagogo orti* (a). Et Bellarminus: *Alterius agminis Princeps eſt*, ait, *Valentinus Gentilis. Hic primo ſtudio rerum Novarum, ex Patria ſua Conſentia Genevam ad Calvinum venit* (b). *Fama*, addit Theodorus Petrejus, *eruditionis ejus, uti dicebat permotus* (c).

At pro favore odium apud Calvinum invenit: fueruntque ejus Blaſphemiæ Calvino ipſi deteſtabiles: quas non in ſolo ejus opere, quod cum Petavio nominavimus modo, aliiſque peſtilentibus ejus ſcriptis, ſed & illo pariter opere evomit, cui Titulum fecit: *Confutatio adverſus Symbolum S. Athanaſii*. Protheſes autem in Biblioth. Antitrinitariorum continentur, quæ octo voluminibus in fol. diſtincta poſtremo prodiit Amſtelodami MDCLVIII. Quibus deteſtandis Lucubrationibus, ad Trietiſtas maxime vergens, ſicut Servetus ad Gabellianos miſerrime debacchatur. Quamobrem a Calvinianis, ſcilicet, ut Divina ſæpe iracundia conſuevit, quando inimicos Dei a Dei ipſius inimicis caſtigari permittit, violatæ Religionis Reus eſt habitus; tametſi *Fidei Confeſſione*, quam *in Italica Eccleſia Genevæ XVIII. Maji* MDLVIII. *edidit* quæque inter Calvini Opuſcula reperitur maculam conaretur eluere, nihilominus Capitalis factus capite obtruncatus eſt Bernæ An. MDCLXVI. Legiturque in prædictis Calvini opuſculis titulus: *Proceſſus Criminalis formatus coram Magnificis Dominis noſtris Syndicis, inſtante Juris Præfecto, adverſus Valentinum filium Franciſci Gentilis Neapolitani*. Scilicet ex Regno Neapolitano; alioquin idem Valentinus in *Epiſtola*, quæ incipit: *Illuſtriſſimi, ac vere Pii Domini*, non deſinit Patriam, & Nationem hac ſubſcriptione infamare: *Inutilis Chriſti Servus Valentinus Gentilis Conſentinus*. Extat præterea Libellus, quem alii Calvino, alii Theodoro Bezæ Autori tribuunt: Cujus eſt Titulus: *De Supplicio Valentini Gentilis, Natione Itali, Patriâ Conſentini, ex variis Auctoribus conflatus*. Edit. Genevæ MDLXVII. in 4. Atque huc Valentini Gen-

(a) *Lib. 2. Cap. XVI. pag. CXC. de Ort. & progreſſ. & ruina Hæreſ. XVI. Græc.*
(b) *Tom. 1. Controv. in Præfat. Controv. II.*
(c) *In Catal Hæreſ.* Adde Natal. ab Alex. Sæc. XVI.

Digitized by Google

Gentilis a temporali ad æternum ſupplicium : a profluente ad permanentem mortem curſus fuit.

## JOSEPH VENANTIUS NIGER.

*Vixit An. Ch. 1550.* Conſentinus, de quo vere dixerim : *Hic niger eſt Hunc tu Romane caveto*. Fuit fortaſſe Gentili Concivi ſuo Synchronus, ejuſque Religione Sectator. Nam in Bibliotheca Antitrinitariorum, de qua in eodem Valentino dictum, duæ ejuſdem Joſephi Epiſtolæ inter reliqua peſtiferæ Religionis Munimenta reperiuntur, ſub Epigraphe : *Joſephi Venantii Nigri Conſentini ad Liſmaninum Epiſtolæ*. Ex quibus Autoris notitia, quæ utinam oblivione contereretur, emerſit. Ex *Tom. III.* dict. *Biblioth.*

## CAMILLUS FERA

*Clar. An. Ch. 1550.* Conſentinus Orator, & Poeta Nobilis & Topp. Clar. An. MDL. Edidit Opus Italico Carmine, inſcriptum : *Selva della Vita Umana Opera nuova dilettevole, ed utile* Neap. apud Cancer MDLI. In 4.

## JOH. ANTONIUS PANTUSUS

*Clar. An. Ch. 1550.* Conſentinus Epiſcopus Litteranen. Claruit An. MDL. Interfuit Synodo Tridentinæ, in qua pro Catholica veritate acerrime diſputavit, ex Pallavicin. Lib. XVII. Cap. XIV. Obiitque Tridentin. Anno MDLXII. ex cit. Pallavicin. ibidem. Scripſit *Comment. in Epiſt. Pauli ad Romanos, quibus* Errores Calvini in Opere ejuſdem Argumenti refelluntur. Prodierunt Venet. MDLXVI apud Damian. Zenar in 4. & *Tria Opuſculorum Volumina*. In quorum I. extant Tractatus = *De Viſibili Chriſti Eccleſia* = *De Primatu Petri* = *De Sacrificiis Veterum* = *De Merito Chriſti* = *De Meritis Sanctorum*. In II. = *De Lib. Arbitrio* = *De Contingentia Rerum* = *De Divina Providentia* = *De Originali Peccato* = *De Juſtificatione*. In III. = *De Lege, & Fide* = *An Gratia Fidei ſit major Sacramentali* = *Cur in Sacram. Pœnit. imponantur Opera ſatisfactoria* = *De Spe* = *De Paternitate Spirituali*. Quæ uno Volum. Comprehenſa in 4. prodierunt ibid. ex Georgio Draudin. in *Biblioth. Claſſ.* edita MDCXXV. *fol.* CCXXIX. apud Topp. Vide de eo Michaelem Juſtinian. in *Hiſt. Concil. Trident.* Quare corrigendus Barrius, qui illum Campaniæ Epiſcopum dixit, Pandoſium nuncupans, nec bene ejus Scripta diſtinguens, & Ughellus, qui eundem in ſua Cathedrali obiiſſe mendoſe teſtatur.

## SIMON FORNARIUS

*Clar. An. Ch. 1550.* Rheginus Carthuſianus Vir doctus, & eruditus. Clar. An. MDL. Scripſit : *Comment. ſuper Ludovicum Arioſtum, ejuſque vitam* = *Epiſtola delle furie di Orlando Amante* = *Le Poeſie varie*. Quæ omnia prodierunt Florentiæ *apud Laurentium Torrentinum* in 8. An. MDL. & MDXCVI.

## JOHANNES BOCCANELLUS

*Clar. An. Ch. 1550.* Rheginus Medicus. Clar. An. MDL. Edidit : *De conſenſu Medicorum in curandis morbis Lib. IV.* & = *De conſenſu Medicorum in cognoſcendis Simplicibus*. Venet. MDLIII. in 8. & alibi. Meminerunt de eo Topp. Flor. Zuccalà, & alii.

JOH.

Digitized by Google

## JOH. BAPTISTA MODIUS.

SIberenates Medicus, & Philoſophus celebris, unus ex primis Filiis S. Philippi Nerii: cujus opera bis ſanitati reſtitutus eſt. Clar. Ann. MDL. Scripſit Librum *De Aqua Tiberina* = *Annotationes in Cantica B. Jacobi Tudertini* = *Annotationes Criticas in Libros Macrobii de Somnio Scipionis, & Saturnal.* quas poſtremas Autographas apud Cl. Virum Petrum Polidorum Frentanum vidit Acetus; animadvertitque multiplicem Modi Eruditionem etiam in lingua Græca. Meminit de eo Papebrochius *Tom. VI.*, Sed & Antonius Gallonius *in Vita S. Philippi Nerii ad An. MDLVI.* de eo ſic ſcribit: *Johannes Baptiſta Modius Calaber, qui inter alios Philippi Filios præcipuus erat, bis uno ferme tempore a media morte ejus operâ revocatus fuit. Erat is profeſſione Medicus Vir doctus æque atque pius: Cujus Liber* De Aqua Tiberina *inſcriptus, ut miſſas faciam quas in B. Jacobi Tudertis Cantica elucubravit* Notationes, *non ſine Autoris laude circumfertur*. Et poſt: *Hujus deinde Operâ B. Pater in enarrandis Priſcorum rebus geſtis, magno cum fructu, & ſolatio audientium uſus eſt: Erat enim mellifluâ quadam facundiâ præditus, qui cum verba ad multitudinem faceret, utile dulci miſcens, Adſtantium pectora mira ſuavitate replebat. Denique, cum magna in Pauperes flagraret caritate, miſericordiæ, Chriſtianæque pietatis operibus maxime deditus, aliquot poſt annis in Dei famulatu abſumptis, obiit ita religioſè, pieque, ut vitæ reſponderit eodem tenore tranſactæ*. Clar. An. Ch. 1550.

## BERNARDINUS MANDELIUS

TAbernenſis Philoſopus & Theologus profundus. Clar. An. MDL. Edidit Librum *De futuro, & proximo Judicio*. Neap. apud Mathiam Cancer MDLX. in 8. ex Maraſiot. Clar. An. Ch. 1550.

## JOH. ANTONIUS ANANIAS

TAbernenſis Presbyter doctrinâ, & pietate clarus. Floruit an. MDL. Hic Hæreſim Calvinianam, quæ An. MDLX. Vardiæ in Calabria graſſabatur, primus detexit. Hiſtoriamque ejus rei carmine cecinit ex Flor. Clar. An. Ch. 1550.

## GALEATIUS DE ANGELIS

TErrænovanus Vir Eruditiſs. Clar. An. MDL. Hunc de eruditione, & Poeſis ſuavitate valde commendant Camillus Fera *in Sylv. V. H. fol.* 73. Scipio de Mont. *in laud. Joh. Caſtriot.* & Topp. *in Biblioth.* Clar. An. Ch. 1550.

## MARCUS PARAMATUS

ROſſanenſis Medicus. Clar. An. MDL. Edidit Librum *De Potu frigido* An. MD. & *de Angina peſtilentiali* An. MDXX. ex M. S. Mart. & Cajetan. Tremiliot. in Opuſc. *de orig. Academ. Navigan.* Clar. An. Ch. 1550.

## GASPAR DE FOSSO

RUblanenſis Ex-Generalis Ord. Minimorum, dein ex Epiſcopo Scalæ, Archiepiſcopus Rheginus Clar. An. MDL. Vir doctiſſimus, prudentiſſimus, & memoriæ profundiſſimæ, ut de eo ſcribit Flamin. Pariſ. *Lib.* Clar. An. Ch. 1550.



Digitized by Google

*IV. de Reſignat. Benefic. q.* 111. Nec doctrina tantum, ſed & morum integritate conſpicuus fuit; & proinde S. Carolo Borromæo acceptus, crebras ab eo Epiſtolas accepit: quarum una Rhegii aſſervatur *ex Acet.* Hic a Pio IV. ad OEcumenicum Synodum Tridentinam miſſus pro Regularium Juribus in ea acerrime propugnavit, & ſolus, ut notat *Amat. in Pantopol.* Et quod plus eſt: *Ibi* (notat Ughell. Tom. IX. *de Archiep.* Rheginis) *nihil eo inconſulto, definitum eſt; imo ejus ſententia ſemper primas obtinuit.* Eo uſque, ut Paſtorali cura ſollicitus, cum de reditu in Sedem ſuam cogitaſſet, Pontificia ab illis PP. auctoritate implorata, quem utilem valde, & Rei, de qua agebatur, neceſſarium putabant, invitum retinerent, ex Pallavicin. *Lib. XXI. cap. II.* Ipſe eam Synodum docta Oratione, & plena ſpiritu aperuit; quæ Typis vulgata ſub ſequenti Titulo circumfertur: *Oratio ad Sacroſanctum OEcumenicum Concilium Tridentinum: qua de Eccleſiæ autoritate, & imitandis Apoſtolis diſſeritur: habita per R. P. Gaſparem de Foſſo Archiepiſcopum Rheginum in ejuſdem Concilii aperitione die XVIII. Januarii An. MDLXIII.* in 4. Prodiit etiam in Opere Concil. Philippi Labbè, & Lovanii MDXCV. Scripſit: *De Abbatis Regularis dignitate, ac poteſtate circa Inſignia, functioneſque Pontificales Librum Apologeticum,* qui extat M. S. Neapoli in Biblioth. Montis Oliveti *ex Amat. l. c.* Arceſſitus Romam a Summ. Pontifice, ut Cardinalium Cœtui aſcriberetur, tantum honorem pari animi moderatione recuſavit *ex Topp. in Biblioth.* Obiit tandem ſextum, & nonageſimum ætatis ſuæ annum agens MDXCII. In cujus Tumulo Rhegii ſequens legebatur inſcriptio, quæ tamen hodie non extat; Fuit enim Tumulus hic a Præfecto Turcicæ Claſſis, & Fidei noſtræ deſertore Cicada exciſus, & tanti Viri Cineres vento dati

D. O. M.
*Fr. Gaſpar a Foſſo Archiepiſc. Rhegin.*
*Minimorum Religionis Alumnus*
*Qui Concilio Tridentino interfuit,*
*Et illud ſub Pio IV. Oratione ſua*
*Aperuit, ubi cum Eccleſiam hanc Turcarum*
*Incendiis devaſtatam, ad priorem candorem*
*Revocaſſet, Sacellumque hoc ob ſui devotionem*
*Conſtruxiſſet, hoc ſibi vivens Sepulcrum erexit,*
*Præſulatus ſui Anno XXVIII.*
*Vitæ ſuæ LXXXXVI. & Domini MDLXXXVIII.*
*Obiit die XXVIII. Decembris MDLXXXXII.*

## DOMINICUS PIZZIMETTUS

*Clar. An. Ch.* 1550.

Hipponienſis Philoſophus Latine, & Græce doctiſs. Clar. An. MDL. *Vertit ex Græco in Latinum Prædicamenta Architæ Tarentini.* Edit. Venet. apud Hieronymum de Jacobo MDLIV. Scripſit quoque Opus, cui Tit. fecit: *Democritus Abderites de Arte Sacra, ſive de Rebus Naturalibus, & Myſticis, ſcilicet de Alchymia, cum Comment. Sineſii, & Pelagii.* Editque Coloniæ apud Joh. Bapt. Perchemannum MDLIV. in 4. Scripſit & *Breve Chronic. Patriæ ſuæ.* Ex M. S. Gualt. & Mazzell.

MAR-

Digitized by Google

## MARCUS DE PHILIPPIS

SCylleus Poeta nobilis ex Maraſiot. Clar. An. MDL. Scripſit Italico Carmine: *La Vita di S. Caterina V. e Mart.* ex eod. Maraſiot. *Clar. An. Ch.* 1550.

## JOH. DOMINICUS DE NIGRIS

CRotoniata Theologus, & Philoſophus celebris. Clar. Ann. MDLX. Scripſit: *De Animalibus Volatilibus*, & Aquaticis metri numero compactis cum Moralibus *Sacra Pagina teſtimonii comprobatis*. Libros III. editos Neap. an. MDLXII. apud Raymundum Amatum ex *Amat. in Pantopol.* *Clar. An. Ch.* 1560.

## JANUS PELUSIUS

CRotoniata Poeta, & Orator inclytus *ex Topp.* Clar. An. MDLXVII. Edidit: Luſuum libros IV. Neap. Apud Johan. de Boy MDLXVII. in 8. = Item *Hymnorum*, *Od. & Commentarium in quoſdam Poetas*. Parmæ MDXCII. aliaque: Hunc Urbini Duces in oculis ferebant, ut notatum Aceto. Vid. Joh. Juven. de *var. Tarentin. fort.* Speram, & alios. Obiit Romæ An. MDC. Sepultuſque eſt in Eccleſia S. Euſebii, ut ibi Tumuli docet inſcriptio. *Clar. An. Ch.* 1560.

## JOH. ANDREAS DE NOLA

CRotoniata, Philoſophus, & Medicus doctiſſimus. Clar. An. MDLX. Edidit opus, cui titulum fecit: *Quod Sedimentum Sanorum, Ægrorumque Corporum non ſit ejuſdem ſpeciei, adverſus Ferdinandum Caſſanum.* Venet. MDLXIV. in 4. ex Topp. *Clar. An. Ch.* 1560.

## SIMON CERVINUS

QUerquavienſis Parochus Eccleſiæ Collegiatæ S. Nicolai de Urbe ad Carcerem dicti. Claruit Ann. MDLX. Edidit *Praxim Moralem* Caſuum Conſcientiæ, de qua meminit Pignatellus *Tom. I. Conſult. XCVIII.* *Clar. An. Ch.* 1460.

## JOH. PAULUS CÆSARIUS

CAſtionenſis Joh. Antonii Filius ex Quattriman. *in animadverſ. ad Barr.* Orator, & Poeta Nobilis. Clar. Ann. MDLX. Hic Romæ Latinas Litteras publice profeſſus eſt: alioquin Græce pariter doctiſſimus. Edidit *Commentarium in XXXII. Q. Horatii Flacci Odas*. Romæ apud Vincentium Lucchinum MDLXVI. in 8. = *Orationum, & Poematum Librum* Ibidem apud eundem MDLXV. in 8. ex Topp. Et denique, non ut Barrius ſcribit: qui opus Patri adjudicat, ſed idem Joh. Paulus filius, *Plutarchi Opuſculum de Immoderata verecundia Latinitati donavit*. Ex Quattriman. laudat. De eo vide plura apud Amat. *in Pantopol.* *Clar. An. Ch.* 1560.

## JOH. GERMANUS

PEdaulenſis Presbyter eruditus. Clar. An. MDLX. Edidit Librum ſuper *Vaticiniis S. Malachiæ* An. MDLXXIV. ex M. S. Mart. *Clar. An. Ch.* 1560.



Digitized by Google

## JOH. BAPT. PALATINUS

*Clar. An. Ch.* 1560. ROſſanenſis Vir Litteris & virtute conſpicuus: propter quas animi ſui dotes Romanâ Civitate donari promeruit. Clar. An. MDLX. Edidit: *Le Regole di formare i Caratteri*. An. MDLXX. ex Tafur. *in Script. Regni* & Trimeliot. in *Memor. Hiſt. Academ. Roſſanen.*

## FRANCISCUS SCARINUS

*Clar. An. Ch.* 1560. MOntaltinus Vir eruditus. Clar. An. MDLX. Edidit: *Il Trattato nel quale con alcune Regole, e precetti ſi da un certo modo aſſai facile di compor lettere, colle ſue riſpoſte*. Patavii apud Laurentium Paſchatum MDLXIX. in 8.

## DESIDERIUS MEDIOPICA

*Clar. An. Ch.* 1560. CHriſtinenſis Ord. Carmelitanorum Theologus multi, & celebrati nominis *ex Acet.* Claruit An. MDLX. Interfuit Synodo Tridentino; & ex Epiſcopo Boſano in Sardinia, Ugentinus in Regno Neap. Epiſcopus creatus eſt. Obiit An. MDXCIII. Laudant Virum hunc Ughell. & Gualt. in M.S. Quidam eum Siculum dicunt, ſed nullo prorſus momento.

## NICOLAUS RHODIUS

*Clar. An. Ch.* 1560. SCyllæus Philoſophus, & Medicus celebris. Flor. An. MDLX. Edidit: *Redargutiones in Ferdinandum Caſſanum, pro Altimaro, & Joh. Andrea Nola Crotoniata*. Venet. apud Franciſcum Rampazetum MDLXVIII. in 4. ex Topp.

## JOHANNES THOMAS MARTYRANUS

*Clar. An. Ch.* 1560. COnſentinus, Coriolani Nepos ex Quattrim. Vir in Mathematicis ſtudiis eruditus. Clar. An. MDLX. Scripſit *de Speculo Comburente* Lib. II. = *De Mechanica* Lib. I. = *De Pract. Arithmetica, & Geometrica demonſtrativa* Lib. I. Omniaque Opera Archimedis explicavit ex Barr.

## JOH. FRANCISCUS SCAGLIONUS

*Clar. An. Ch.* 1560. COnſentinus J. C. ſatis clarus. Floruit An. MDLX. Scripſit *Comment. ſuper aliquot Ritus M. C. V. & Regni Pragmaticas*, quæ in Opere Proſperi Caravitæ, & Scipionis Roviti ejuſdem reſpectivi argumenti prodierunt. Meminit de eo Topp. *Lib. IV. Cap. I. part. II. de Orig. Tribunal.* quo loci diſerte illum Conſentinum appellat.

## FRANCISCUS GRANUS

*Clar. An. Ch.* 1560. CRopanenſis Philoſophus, & Poeta non injucundus, Grece, & Latine doctus Clar. An. MDLX. Edidit: *De Situ, Laudibuſque Calabriæ, deque Arochæ Nymphæ methamorphoſi Poema*. Romæ MDCLXX. in 8. Scripſit etiam Carmine Heroico *Diatrib. in Homerum*: Quas tamen in lucem prodiiſſe non conſtat. Meminerunt de eo Flor. Amat. & alii.

HIE-

Digitized by Google

## HIERONYMUS A DINAMO

DInamenſis Ord. Capuc. Concionator, & Theol. magni nominis: morum ſanctitate ſuo tempore ſpectatiſs. Scripſit Opus ſub Epigraphe: *Divina Predeſtinazione, riſtretta in cinque Capitoli dall' Autore predicando, e legendo in Venezia nell' anno* 1565. Prodiit ibidem in 8. Sed IV. tantum Capitibus diviſum, appoſita Autoris Effigie cum Veſte Famil. Dominicanæ. Dein vero, addito alio capite, prodiit iterum Tarenti MDLXVI. in 8. & rurſum Patavii. Scripſit etiam *Hiſtoriam Originis Religionis Capucinæ*. Vid. Bernard. a Bonon. *in Biblioth.* *Clar. An. Ch. 1560.*

## LUDOVICUS RUFUS

COnſentinus Juriſconſultus Erudititiſſimus, & utriuſque Academiæ Neap. Rector ex Topp. Flor. An. MDLX. Edidit: *Orationem, & Elegias ſub Tit. Ne Filius pro Patre conveniatur*. Neap. ex Typogr. Raymundi Amati eod. Ann. in 4. *Clar. An. Ch. 1560.*

## B. SYLVESTER DE FRANCO

ROſſanenſis Inſtituto Capucinus, ejuſque Ordinis Procurator Generalis: qui oblatum ſibi a Gregorio XIII. Mileti Epiſcopatum, recuſavit: Concionator doctus, & fervens: quod munus Romæ, Neapoli, Venetiis, Panormi, Meſſanæ, & Florentiæ ſummo plauſu exercuit: qua poſtrema in Urbe Societatem Sanguinis Chriſti inſtituit. Sanctæ Vitæ Vir: quem Deus miraculis illuſtravit. Edidit: *De contemplatione Sanguinis Chriſti*, ſive: *De duodecim effuſionibus Sanguinis Chriſti* Florentiæ An. MDLXV. apud Mareſcottos in 4. ex Wading. *in Sillab. Script. Ord. Min. fol. CCCXVI.* Obiit, ſepultuſque eſt Montalti cum honorifica Tumuli inſcriptione, quæ legitur in Eccleſia Capuc. ejus Urbis: An. MDLXXXXVI. Ætatis ſuæ Annum agens LVIII. Meminerunt de eo Topp. *in Biblioth.* Zaccar. Bover. *Ad An. MDXCVI.* Num. XLII. Gualter. *Lib. I. fol. IↃXXXVIII.* Flor. & alii. *Clar. An. Ch. 1560.*

## CAMILLUS SALERNUS

CAſtrovetatis, ſive Cauloniates J. C. An. MDLX. Edidit *Annotationes ad Conſuetudines Neapolitanas*, ex Flor. & Amat. & *Additiones ad Angelum de Peruſio in Solemni Repetitione L. Si Vacantia C. de Bonis Vacant. Lib. X.* Neap. apud Raymund. de Amato, & Joh. de Poy Socios MDLXVI. in 8. ex Topp. qui tamen corrigendus, dum illum, ejuſque Filium Fauſtinum Neapolim repetit. Videatur Florus Top. cœvus *Tom. I. par. 2. Cap. IV.* *Clar. An. Ch. 1560.*

## GUILIELMUS SIRLETUS

VIrdivallenſis, ut ipſemet teſtatur in Epiſtola ad Scylacenſes dat. Romæ X. Julii MDLXVIII. relata ab Acet. *ad Barr. Lib. III. Cap. XV.* & ex Topp. *in Bliblioth.* ubi narratimpetratem ab eo præfatæ Patriæ ſuæ a Turcis vaſtatæ decennalem publicorum vectigalium immunitatem. Hinc in prima ſtatim linea corrigendi Ciacconius, & Spondanus, qui Guilielmum Scylacei natum ſcripſerunt. *Clar. An. Ch. 1560.*

Natus Anno MDXIV. brevi evaſit Vir Latine, Græce, Hebraice, & Chal-

& Chaldaice doctiſſimus, Divinarumque Scripturarum Scientia, ævo ſuo, quod erat ingeniorum claritate, & ſplendore aureum, nulli ſecundus hinc Auguſtinus Cardinalis Valerius Epiſcopus Veronenſis Vir doctiſſ. & piiſſimus in ſuo Libello ad Nicolaum Tomiſcum Polonum, quem inſcripſit: *Quatenus cum iis, qui a Sanctæ Matris Eccleſiæ Gremio receſſerunt, ſit verſandum*, fol. XXXVII. & XXXVIII. Amicum ſuum, ut Romam veniret, invitans inter cætera ſcribit: *Alia etiam Te Juvenem ad res præclariſſimas natum, & nobiliſſimis Studiis deditum, maxime debent invitare ad Urbem Romam cogitandam: quod in ea reperiantur in omnium Scientiarum, & virtutum genere præſtantes Viri, quos non commemoro, quoniam nec meo, nec ullius teſtimonio illorum virtus indiget. Præterire certe non poſſum Gulielmum Cardinalem Sirletum, Virum pietate, humanitate, & multiplici doctrina præſtantem, quem nemo adit (aditus autem ad eum patet omnibus) quin doctior, atque etiam melior recedat. Hunc de variis rebus loquentem audiens novum quendam Hieronymum audire judicabis; nihil enim non legit: nihil non habet in promptu: nihil non affert in medium, quod ad humanarum, divinarumque Rerum cognitionem pertineat. Quod ſi diſcendæ inanis Philoſophiæ cauſſa multi apud veteres longa itinera ſuſceperunt, quod iter tam longum ſuſcipi jure non debet a minime occupatis hominibus, ut cum eo Viro loquantur? Mihi certe nihil poteſt eſſe jucundius memoria illius temporis, quo humaniſſimis, & doctiſſimis ejus ſermonibus, licuit intereſſe; ita ut me Sirletum tunc minime Cardinalem, ſæpe alloquutum beneficium Dei magnum exiſtimem*. Quamobrem optimos nactos Mœcenates, inter quos Cardinalem Cervinum, mox Marcellum II. Summum Pontificem eminuiſſe dixerim, a quo audire ſolitus fertur: *Sapientiſſimus Calaber*, niſi & ſequutos Pontifices, ad uſque Pium V. in ejus Mœcenates pariter referendos eſſe ſatis conſtet. Quando a Paulo III Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus creatus eſt: in cujus Ædibus ſtatim Guilielmus Doctiſſimorum Virorum Comitia, quæ Ipſe *Vaticanas noctes* nuncupabat, inſtituit a Pio V. Prothonotarius Apoſtolicus; & mox, inſtante Sacro Collegio Cardinalium, in horum numerum eſt relatus, atque ab eo, quem nominavimus modo, Pio V. Marcopolitanæ primum, mox Scylaticæ Eccleſiæ Epiſcopus, ac demum S. R. E. Bibliothecarius eligitur.

Sed enim ad ejus laudem non mediocriter conducit, quod Marianus Victorius in Epiſtola nuncupatoria ad Pium IV. in emendandis, reſtituendiſque in S. Hieronymi Scriptis Novi Teſtamenti Locis, quæ vitiarat Eraſmus, illius judicio, & cenſura uſum eſſe ſe, ingenue fateatur. *Adhibuimus*, ait, *in reſtituendis locis Illuſtriſſimi Cardinalis Guilielmi Sirleti judicium: Cui Eraſmi vafrities, & imperitia, præſertim Litterarum Græcarum, jamdiu compertiſſimæ erant, ex Locis, quæ in Teſtamento Novo Eraſmum vitiaſſe, longo labore Ipſe deprehendit, ſicut Opus, cum vulgatum fuerit, omnibus oſtendet*. Conducit etiam ad ejus laudem ſplendor, & claritudo Cardinalis Baronii, ſui in Græcis Litteris diſcipuli, qui ſe talem fuiſſe, *in add. ad Martyrolog.* fateri non dedignatur: quodque demum S. Carolus Cardinalis Borromæus, ſumma ſecum familiaritate uteretur, ut mutua ſæpe Litterarum officia miſſitarent: quarum aliquot in Bibliotheca Vaticana ſervantur.

Hæc, inquam, ad laudem Doctiſſimi Cardinalis Sirleti valde conducunt; Sed tantum Virum, hoc præſertim in univerſa poſteritate laudabilem reddat neceſſe eſt, quod ſcribit Criſtophorus Ranzovius *in Epiſtola ad Georgium Caliſtum*, vel potius Nolſteinus, ut hujus Nepos Petrus Lambecius Cl. Viro Antonio Magliabechio, teſtatur, in Opuſculo, quod inſcribitur: *Chriſtophori Ranzovii Equitis Holſtati Epiſtola ad Georgium Caliſtum*

Digitized by Google

*liſtum Profeſſorem Helmſtedenſem*, qua ſui ad Eccleſiam Catholicam acceſſus rationes exponit, excuſum Romæ MDCLXII. in 8. Typis Sac. Congr. de Propaganda Fide: in quo hæc ſcribit: *Sane nullam majorem Tridentinis Patribus curam fuiſſe ſcio, quam ut omnia ipſorum Decreta ad priſtinæ Antiquitatis ſententiam exactiſſime conformarentur. Quod quamvis Te contra Veneti Sannionis, & Spalatenſis Apoſtatæ opinionem ægre crediturum ſciam. Crederes tamen, ſi Gulielmi Sirleti, tunc Vaticanæ Bibliothecæ Præfecti Epiſtolarum Volumina mecum hic inſpexiſſes, quibus ille ſingulis fere Septimanis ad Marcellum Cervinum, Seripandum, alioſque Concilii Præſides Cardinales prolixe perſcribebat quæcumque de ſingulis Fidei capitibus, ex SS. PP. præſertim Græcorum Operibus, tunc maximam partem ineditis, diurno, nocturnoque, ſtudio colligere poterat: Eaque Opera præcipue Purpuræ dignitatem meruit. Et ſane præclara eſt, & in publicum proferri operæ pretium foret.*

Et quoniam in harum Epiſtolarum Sirleti mentionem incidimus, quas in Bibliotheca Vaticana ſcimus extare, ad reliqua ejus munimenta numeranda, quæ & ipſa in eadem extant Bibliotheca, properemus; ubi illud præmiſerimus, quod alioquin ſatis innoteſcit: „ Sirletum, ſcilicet, *De-* „ *creto Gratiani*, *Sacriſque Libris emendandis*, atque *Editioni Catechiſmi* „ *Romani*, *Emendationique Calendarii* ſummam *operam impendiſſe*; quæ & „ ipſa retuliſſe velim. Cæterum hæc extant ejus Opera M. S. Variæ Le- „ ctiones in Sacram Scripturam = Adnotationes in quatuor Evangelia = „ Adnotationes in Iſaiam = Adnotationes in Apocalypſim S. Johannis = „ Correctio Paſſionum aliquot Sanctorum = Interpretatio Synodi CP. = „ Interpretatio Baſilii in Iſaiam = Interpretatio Orationis Amphilichii = „ Vita B. Nili Roſſanenſis ex Græco in Latinum converſa = Collectio „ de Oratione Dominica = De Symbolo Apoſtolorum = Diſcurſus ſuper „ Bulla Breviarii = Alia de Miſſali, & Breviario = Atteſtationes de officiis Eccleſiæ Conimbricenſis, & Rituum Capellæ Regis Luſitani = Re- „ ſponſio de Reformat. in S. Pontifice, & Sede Apoſtolica = Excerpta de „ Geſtis Polonorum = Variæ Collectiones = De S. Thoma Apoſtolo ex „ Græco = De Præſtantia Baſilicæ S. Petri = Super Senecam = Adnotatio- „ nes in Pſalterium (*Hæ Adnotationes impreſſæ fuerunt in apparatu Bibliæ Regiæ Antuerpiæ Anno MDLXXI.*) = Bibliorum Apparatus (*Hic quoque Tractatus, cum dictis in Pſalterium Annotationibus iterum prodierunt in Paplo Italiæ Lib. IV. ſub nomine Gabrielis Sirleti*) = Correctiones, & Additiones in Jus Civile = De Monarchia Eccleſiaſtica = Variantes Lectiones in Bibliis Regiis Antuerpiæ impreſſis. De hoc Tractatu Benedictus Arias Montanus *in Præfat. Tom. I. Bibliæ Reg. Antuerp.* in qua de totius Operis uſu, dignitate, apparatu, & ordine diſſeritur, ſic cenſuit: *Non poſſum, Lector, Sirleti etiam Cardinalis operam, laborem, induſtriam, ac doctrinam prope ſingularem, Tibi non vehementer commendare. Is enim, præter graviſſimas occupationes, quibus ampliſſimus, & Sanctiſſimus Cardinalium Ordo diſtineri ſolet animum ad Sacrarum Litterarum ſtudia ita convertit, ut jam Theologorum labor in perquirendis Sacrorum Voluminum variis lectionibus magna ex parte ſit ſublevatus; tanta enim induſtria, & judicio eas collegit ut quas ſequi, & quas rejicere oporteat, ita docte admonuit, ut merito tanti beneficii immortales gratias ampliſſimo huic Viro habere debeas.*

Extat quoque in dicta Bibliotheca Vaticana = Menologium Græcum ab eo in Latinum converſum, quod magnopere commendat Cardinalis Baronius *in Addit. ad Martyrol. III. Januarii*. *Prodiit* tamen dictum Menologium ſic ab eo converſum *Ingolſtadii apud Andream Angermarium MDCII. in* 4. in fine *Tom. II. Antiq. Lection.* Henrici Caniſii, cum Notis

ejuſ-

ejuſdem Caniſii , qui pag. CCIↃXLI. dicti Operis ſic ſcribit : *Theſaurum hunc ( ita enim Menologium hoc lectiſſimum Opuſculum ſemper habui ) Andreæ Schotto Soc. Jeſu acceptum refero , Viro de omni antiquitate optime merito &c.* Et paulo poſt dicit : *Illuſtriſſimus Baronius hoc ipſum M. S. Menologium a Sirleto habuit , quod paſſim , tanquam pervetuſtum , & optimæ notæ laudat ; & ubi Græcorum Meniæa citanda ſunt , ferme hoc citat tam in Notis ad Martyrologium Romanum , quam in Annalibus .* Extant & alia plura Sirleti M. S. in eadem Bibliotheca Vaticana , quorum Titulis caremus . Et Neapoli in Bibliotheca Regia S. Joh. ad Carbonar. Multas ejus Epiſtolas Greco-Latinas extare in *Volum. Intit. An. MVLXII.* notat Topp. *in Biblioth.*

Obiit Sirletus VI. Id. Oct. MDLXXXV. ætatis ſuæ Ann. LXXI. magna Sanctitatis fama ſuperſtite : Cujus rei hoc quoque perenne argumentum eſt , quod erigendi Templi Neophitorum in Urbe Autor extiterit : quemadmodum poſita in fronte ejus Templi docet inſcriptio . Sepultus eſt autem in Templo S. Laurentii in Pane , & Perna ſui Tituli : In cujus Tumulo legitur ſequens Inſcriptio

*Guilielmo Sirleto*
*Cardinali Stili in Calabria nato*
*Hujus Eccleſiæ*
*Titulari Sedis Apoſtolicæ*
*Bibliothecario Hebraicæ*
*Græcæ , Latinæque Linguæ*
*Peritiſſimo Humanarum*
*Divinarumque*
*Diſciplinarum*
*Scientia Claro*
*Eruditorum , ac Pauperum*
*Patrono , ac Parenti*
*Beneficentiſſimo*
*Ob probitatem ejus*
*Pietatemque*
*A Pio IV. Pon. Max.*
*Sacro inſtante Collegio*
*Cardinali creato*
*Vixit Annos LXXI.*
*Obiit Anno MDLXXXV.*

Ejus Bibliothecam , ſcribit Acetus , quæ ſelectioribus Codicibus , inter alias Europæ celeberrima erat ; Aſcanius Cardinalis Columna quatuordecim aureorum numorum millibus emit : quæ poſtea Duci Altemptio , ut Ghilinus fert , inde M. S. Petro Cardinali Otthobono , impreſſi Codices variis Emptoribus ceſſere . De eo cum laude ſcribunt plura Baronius, Ciacconius , Oldoinus , Ughell. Nicolaus Erythræus , Ghilinus , Sacratus , Laurentius Craſſus , Ludovicus Don ejus vitæ Scriptor & inſignis Cardinalis Angelus Quirinus in Vit. Cardinal. Bibliothecariorum & alii bene multi.

## HIERONYMUS SIRLETUS

*Clar. An. Ch. 1560.*

Virdivallenſis Guilielmi Cardinalis Sirleti Germanus Frater . Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus , in qua varia ingenii ſui Munimenta M. S. ſervantur quorum Titulos ignoramus . Vid. Acet. *in Not. ad Barr.* Obiit An. MDLXXVI. ut conſtat ex Epiſtola S. Caroli Borromæi ab eodem Aceto relata ,

BAR-

Digitized by Google

## BARTHOLOMÆUS DE AQUINO

MAidanus Philoſophus, & Medicus Eruditiſſimus. Clar. An. MDLX. Scripſit *De Numeris* ſatis luculenter ex M.S. Gualterii. Edidit opus inſcriptum: *Franciſci Sylvii Ambianatis in Auſonii Gryphon Expoſitio a Bartholomæo Aquinate Maidano Philoſophiæ Profeſſore dilucidata, & locupletata*. Neap. apud Raymundum Amatum An. MDLXI. in 4. *Clar. An. Ch.* 1560.

## BERNARDINUS BOMBINUS

COnſentinus J. C. ſatis notus. Clar. An. MDLX. Edidit: *Conſilia, Quæſtiones, atque Concluſiones ad diverſas cauſas, ac frequentiores, quæ in Jure verſantur*. Venet. apud Franciſcum Franciſci MDLXXIV in fol. Item: *Repetitiones aliquot in Tit. de Verb. Obligat.* Ibid. apud Franciſcum Tenenſem MDLXXXIII. in 8. *Diſcorſi intorno al governo della Guerra*. Ibid. apud eundem in 12. Scripſit etiam *de Hiſtoria Calabriæ* multa, quæ M. S. extant apud ejus Hæredes ex Acet. *Clar. An. Ch.* 1560.

## SYLVIUS BADOLATUS

HIpponienſis Prior Carthuſiæ reſpectivis temporibus, Caprenſis, Triſulcinæ, Padulenſis, S. Stephani de Urbe, & Florentinæ, ac Viſitator Provinciarum ſui Ordinis Neapolitanæ, & Florentinæ. Clar. An. MDLX. Scripſit *Opuſcula* quædam, & Eruditiſſima *Commentaria ſuper Epiſtolas Divi Pauli*, quæ tamen humilitatis ſuæ virtute præpeditus, Typis vulgare neglexit. ex Topp. Obiit XX. Oct. MDLXXXVII. Ætat. ſuæ Ann. LVIII. ex Topp. laudat. *Clar. An. Ch.* 1560.

## LUDOVICUS CHARERIUS

RHeginus J. C. celebris ex Topp. Flor. An. MDLX. Edidit Opus inſcriptum: *Practica Cauſſarum Criminalium: in qua Tractatus Appellationum, de Judiciis, & Tortura, de Homicidio, & Aſſaſſinio, & de Hæreticis continentur, & quæ diſponantur ſuper his Jure Civili, Canonico, & Regni Neapolis Statutis traduntur*. Venet. MDLX. in 8. & Lugduni apud Guilielmum Rovillium MDLXII. in 4. *Clar. An. Ch.* 1560.

## NICOLAUS ANTONIUS GRAVATIUS

BRiaticenſis J. C. Clar. Anno MDLX. Edidit *Analythicæ Annotationes in Introductionem Judiciorum Rom. Curiæ Octaviani Veſtrii* Patavii MDLXIV. Coloniæ MDLXXIII. in 8. & Romæ in Ædib. Pop. Rom. MDLXXIX. in 8. Hic Venetias concedens, ibi emendandis Librorum Editionibus præfectus, unam in ſeſe aliorum invidiam emendare non valens, veneno ſublatus eſt. Ex Geſner. in Biblioth. *fol.* IↃCXX. *Clar. An. Ch.* 1560.

## THEOPHILUS GALLUPPUS

TRopæenſis Epiſcopus Oppiden. Interfuit Synodo Tridentinæ An. MDLXI. ex Ughell. fuitque Vir valde doctus. *Clar. An. Ch.* 1560.



Digitized by Google

## JOH. BAPTISTA JANUARIUS

*Clar. An. Ch.* 1560. PItienſis, ſive Napitienſis Philoſophus, & Medicus præclarus. Floruit An. MDLX. Laudat ejus Viri doctrinam ex noſtratibus Janus Peluſius *Lib. III. Luſuum* : ex Alienigenis Paulus Manutius *in Epiſtolis*, & alii:

## VINCENTIUS LAURUS

*Clar. An. Ch.* 1560. TRopæenſis S. R. E. Tit S. Clementis Cardinalis Montis Regalis nuncupatus : Philoſophus, Poeta, Orator in utraque lingua eloquentiſſimus : quem alii natum in Oppido *Paralia* prope Urbem Tropæam contendunt. Sub Petro Paulo S R. E. Cardinale Pariſio Præceptore ſuo tantum in pietate, & Litteris profecit, ut ad varios Principes: Ad Mariam Scotorum Reginam : ad Ducem Subaudiæ : ad Sigiſmundum II Poloniæ Regem, alioſque Pontificius Legatus mitteretur: Ac innumeros pro S.R.E. labores cum ſuſtinuiſſet S. Pio V. & Gregorio XIII. acceptiſſimus evaderet : ab quorum altero, accepto proprio pileo viridi, quo ipſe ante Cardinalatum utebatur, Montis Regalis Epiſcopus creatus eſt : a Gregorio vero, concreditam ſibi Romani Calendarii emendandi provinciam cum feliciter confeciſſet, An MDLXXXIII. Ampliſſimo Cardinalium Ordini aſcribitur : parumque dein abfuit, quin Summus Pontifex, virtutis ſuæ merito eligeretur, quæ & ipſa interim S. Carolo Borromæo in deliciis fuiſſe proditur ; ſicut Eruditio, & doctrina Litteratis omnibus in maxima erat admiratione.

Scripſit Eminentiſs Laurus: *Vitam Franciſci Cardinalis Turnonii*, quæ M.S. tantum habetur, Victorello teſte ex Oldoino & Ciaccon. Erat enim eidem Turnonio familiariſſimus : Hinc Tuanus *Tom. III Hiſt.* de hoc poſtremo loquutus, ait : *Petrum Daneſium, Ferrerium, Joh. Vincentium Laurum, Dionyſium Lambinum, quales Viros. Simul inter Domeſticos habebat &c.*

Obiit denique Romæ XII. Kal. Januar. MDXCII. Senio confectus, & fama Sanctitatis ſuperſtite : Sodalitate miniſtrantium Infirmis Hærede inſtituta ; ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Clem. ſui Tit. ubi ſequens legitur Epitaphium

D. O. M.

*Vincentio Lauro Philoſopho, Poetæ, Oratori Latine*
*Et Græce eloquentiſs. Omnique virtutum, & Civilitatum*
*genere Summis Principibus probatiſs. Quem Gregorius*
*XIII. Boncompagnus Anno ab Julianis menſibus contra-*
*ctis altero, ad honorem Purpuræ jam ſexagenarium*
*evexit. Obiit decennio poſt, Trabeam immortalita-*
*tis beatiorem nactus : relicto Hærede Sodalitate Mi-*
*niſtrantium Infirmis Chriſtophorus Laurus Tropien-*
*ſis . . . . . . . Peruſinus, non longa ſerie affini propius*
*Patrono beneficentiſſimo, ſuæque imitationis arbitro,*
*Quem & Legatum in Angliam a Pio V. miſſum eſt*
*Sequutus, multis cum lacrymis P. MDXCII.*

Multa, & præclara de eo ſcribunt Flaminius Pariſius *Lib. II. de Reſignat. Benefic. q. II num XXVIII. & ſeqq* & in *Epiſt. nuncupat. ejuſd. Oper.* Oldoin *ad Ciaccon.* Ughell: *in Italia Sac. Edit. ſecund.* Rondinin. *in Hiſt. Eccleſ. Tit. S. Clem.* Dominicus Regi *in Hiſt. Cleric. Reg. Miniſtr.* Auctor Vitæ S. Camilli

milli de Lellis, Rogerius Triton in ejus vita, Spera *Lib. III. de Nobil. Profeſſ.* Paulus Freher *in Theatr. Tom. I.* Toppius *in Biblioth.* & alii.

## MARIUS LAURUS

TRopæenſis Ord. Prædic. Vincenti Lauri Cardinalis Frater, creatus Epiſcopus Campaneæ, & Satriani An. MDLX. Interfuit Synodo Tridentinæ, in qua Pio IV. Pontifice, erat a Secretis, atque in ea Seſſ. V. ſapientiſſime diſputaſſe proditur a Cavalerio in *Apparat. Epiſc. Ord. Prædic. Tom. I. pag. CCCCXXIX* quod etiam teſtantur Pallavicin. Abbas Juſtinian. Ughell & alii. Hic Cœnobi Dominicanorum in Oppido Girifalchi Fundator fuit. *Clar. An. Ch.* 1560.

## ANTONIUS LAURUS

AMantheanus Canonicus Neapolitanus: Cathedraticus primarius: Anno MDLXII. creatus Epiſcopus Stabienſis: Regii Sacelli Antiſtes, quem Cappellanum Majorem appellat Vir in Legali facultate doctiſſimus. Scripſit, & edidit *Statuta Capituli Neapolitani*. Illum laudant Ughell. *in Italia Sac. ſecund. edit.* & Topp. *in Bibliotheca*. Obiit Neap. Ann. MDLXXVII. Sepultuſque eſt in Eccleſia S Mariæ Gratiarum, Fratrum D. Hieronymi Congregationis B. Petri de Piſis in Sacello ſuæ Gentis, quod tandem ad illam de Como Patritiam Neapolitanam, ac Florentinam hæreditario jure pervenit, ubi legitur ſequens Inſcriptio *Clar. An. Ch.* 1560.

D. O. M.
*Antonius Laureus*
*Nobili Familia Amanthea oriundus*
*Stabien. Epiſc. Regii Sacelli Antiſtes, publici*
*Gymnaſii Præfect. Neap. Collegii Primarius, vetere*
*Juriſprudentia, Conſilii magnitudine ſpectata*
*In rebus maximis fide, Philippo Regi*
*A Conſiliis, & Patriæ æque carus*
*Hic ſitus eſt*
*Vixit Annis LXXIX. Obiit An. MDLXXVII.*
*Bartholomæus, Carolus, & Jacobus Laurei*
*Patruo B. M. cum lacrymis, PP.*

## FABIUS MONTELEONIUS

HIeracienſis J. C. celebriſs. Clar. An. MDLX. Edidit: *Praxim & ſolemnia Comment. ſuper quatuor Litteris arbitralibus*. Venet. apud Marcum de Maria MDLX. in 4. Scripſit etiam *de Privilegiis Senectutis*, & *Comment. ſuper Pragmat. Caroli V.* ex Barr. *Lib. III. Cap. XI.* Meminit de eo Toppius *in Bibliotheca*. *Clar. An. Ch.* 1560.

## ISIDORUS DE MAIDA

MAidanus, ſive Melanienſis, Maida enim nunc, olim Melanium Latine dicebatur; Ord. Minim. Vir Hebraice doctiſſimus, qui ejus rei beneficio multos Hebræos ad Fidem Chriſti convertit. Clar. An. MDLX. Scripſit multa ex Lanov. quæ tamen, ut Toppius ſuſpicatur, forſitan non prodierunt. *Clar. An. Ch.* 1560.



Digitized by Google

## JOH. LAURENTIUS ANANIAS

Clar. An. Ch. 1570.

TAbernenſis Philoſophus, & Coſmographus celeberrimus. Clar. Ann. MDLXX. Scripſit Librum, cui Tit. fecit: *L' univerſal fabrica del Mondo, ovvero Coſmografia di M. Giovan-Lorenzo Anania, diviſo in quattro Trattati*. Edit. Venet. MDLXXVI. Item = *De Natura Dæmonum Lib. IV. Quorum primus agit: De origine, & differentia Dæmonum. Secundus: De eorundem in Homines poteſtate. Tertius: de his, quæ Dæmones per ſe operantur in nobis. Quartus: De his quæ Hominum auxilio peragunt. Quæ omnia tum exemplis, tum rationibus Philoſophicis, ac Theologicis comprobantur*. Venet. apud Aldum MDLXXIX. in 8. & iterum Romæ auctius, & emendatius MDCLIX. Meminerunt de eo Poſſevin. Capaccius, Paulus Reg. & alii.

## JOH. ANTONIUS VALLONE

Clar. An. Ch. 1570.

MOnardenſis Vir Eruditiſſimus. Clar. An. MDLXX. Edidit: *Le oſcuriſſime Satire di Perſio, colla chiariſſima ſpoſizione di Giovan Antonio Vallone di Caſtelmonardo, con diverſi Capitoli interpoſti, e con la vera origine di due Caſe Illuſtriſſime Colonna, e Pignatello*. Neap. apud Joſephum Cacchium MDLXXVI. in 8. Meminit de Fontanin. Lib. II.

## JULIUS JASOLINUS

Clar. An. Ch. 1570.

HIpponenſis Philoſophus, & Medicus doctus, & Eruditus. Clar. An. MDLXX. Edidit *de' Rimedj Naturali, che ſono nell' Iſola di Pithecuſa, oggi detta Iſchia*. Libros duos cum Annotat. Joh. Piſtoja. Neap. apud Joſephum Cacchium MDLXXXVIII. in 4. & iterum apud Mollum MDCLXXXIX. = *Quæſtiones Anatomicas*, & = *Oſtealogiam parvam*. Ibid. apud Horatium Salvianum MDLXXIII. in 8.

## TIBERIUS CORTESIUS

Clar. An. Ch. 1570.

COnſentinus Lavellenſis Epiſcopus creatus An. MDLXXVI. Hic extitit Juriſconſultus eximius, quem valde laudat Ughell. *Tom. VII.* Eumque Toppius in ſuam Bibliothecam aſcripſit.

## JULIUS CÆSAR COMMERCIUS

Clar. An. Ch. 1570.

FRancicanus Medicus celeberrimus, Philippo II. Regi Hiſpan. acceptiſſimus, quem a Phthiriaſi, ſive Pediculorum ſcaturigine curavit: quo morbo alioquin interiiſſe legimus Pherecydem Syrum, & Speuſippum apud Laert. Acaſtum Peliæ filium, Alemanem, Calliſthenem Olynthium, Mutium J. C. Eunum illum, qui Sociale bellum excitavit, & Syllam apud Plutarc. Proinde Commercio certa ſumma, privilegio ejus Regis, ex Francicæ annuo emporio exigenda conceſſa eſt. Ex Topp. & M. S. Mart. Claruit ergo regnante Philippo II. An. MDLXX.

GA-

Digitized by Google

## GABRIEL BARRIUS

Franciſcanus, non ut ſcribit Lucas Wadingus *in Sillab. Script. Ord. Min.* fol. CXLII. *Franciſcanus*; deceptus forſitan ab Autore Opuſculi Romæ editi An. MDC. in 4. quod *de Vita B. Joachimi* inſcriptum, ipſi Gabrieli *Franciſcano*, ſic in eo dicto, falſo tribuitur ex Topp. Claruit, immo vero ad univerſam Calabriam illuſtrandam, miro ingenii ſui fulgore refulxit An. MDLXX. Presbyter Sæcularis virtutibus cunctis inſtructus ex Amat. Græce, & Latine doctus, & in antiquitatibus eruendis non unus e multis, ſed cum paucis potius comparandus: in omni pene facultate, quæ Virum eruditum deceant, ſuæ princeps ætatis; in ſcribendo vero potiſſimum. Nam quâ linguam ſpectat, magnam Scriptis ſuis laudem & gratiam Latinitatis nitor meruit, & elegantia: quâ Geographiam, ſive Chorographiam concernit, & Hiſtoriam, tantâ curâ, tanta perſpicuitate, & felicitate univerſa, quæ in hoc Calabrico ſolo contigerunt, ſub oculos ponit, tantoque inde judicio ſingulis ſua affert ornamenta Locis, ut unus ille vere totius Regionis noſtræ Pictor Apelles videri queat. Vir fuit infinitæ lectionis, quem apparet nihil, quod uſquam Librorum eſt, latuiſſe, in quibus ea, quæ ad ſuæ Regionis antiquitatem ſpectant, deprehenderentur; ut ſi quam modo velit quis penitus introſpicere, ipſum legat. *Clar. An. Ch. 1570.*

Scripſit ergo = *De Antiquitate, & Situ Calabriæ Libros V.* Romæ primum excuſos An. MDLXXI. in Ædibus Pop. Rom. in 8. Dein Francofurti An. MDC. *In Ital. Illuſtrata fol. CCICXCI.* & poſtremo Romæ iterum in Typographia S. Michaelis ad Ripam MDCCXXXVII. in fol. cum additionibus, & Notis Thomæ Aceti Filinen. Epiſcopi Lacedonien. & animadverſionibus Sertorii Quattrimanii Patritii Conſentini, ut in Ipſis dicemus. Ex quibus quinque Libris, veluti totidem fontibus, ſequutos Scriptores, quicquid illuſtranda Calabria ſcripſerint, inſolidum hauſiſſe non dubitaveris. De quibus etiam Libris ſat fuerit Petri Burmanni *in Theſauro antiq. Tom. IX. part. V.* præclara verba referre: *Præſtantiſſimum, celeberrimæ Provinciæ Calabriæ Chirographum*, inquit, *Gabrielem Barrium repræſentaviſſe exquiſitiſſimum, hoc* de Antiquitate, & Situ Calabriæ *illius Opus, tanquam quinque pro numero Librorum omni exceptione majora rerum teſtimonia adſunt. Deſcripſit enim adeo diſtincte, & non minus accurate Regiones Antiquarum Rerum Calabrarum, & veterum, & modernarum Urbium & Caſtellorum tam ſitum; Nobilitatem, Emporia, Numiſmata, quam earum, eorumque Vicos, & Pagos, ac adjacentium Agrorum, Sylvarum, & montium fructus, fodinas, & venationes, præterlabentiumque fluminum piſcationes, & navigabiles tractus, cum Promontoriis, Sinubus, aliiſque locis: Nec non plurimorum Sanctorum Reliquiis cognitu digniſſimis, ut in iis aliquid amplius deſiderari haud poſſit. Adjecitque porro graviſſimus hic Auctor cujusvis Loci deſcriptioni clariſſimorum inde oriundorum Virorum, ac mulierum, eorumdemque excellentium artificiorum dictorum, & Scriptorum exactiſſimam ſpecificationem, ut cultior, ac venuſtior Calabra illuſtris Provincia ob oculos ſiſti non potuiſſet.*

Non heic tamen omiſerim eſſe aliquos, quibus perſuaſum ſit præfatum Barri Opus vel Sirleto, vel Sanctoro Cardinalibus eſſe adjudicandum: A quibus, & ſi facile conceſſerim multa ad ſui Argumenti opportunitatem fuiſſe Barrio ſuppeditata, & præſertim a Sirleto, qui de Rebus Calabricis in Opuſculo *de Emendatione Breviarii*, a ſe conſcriptos Libros commemorat: Opus autem ab alterutro horum Cardinalium omnino com-

pa-

Digitized by Google

pactum, & præſertim a Cardinale Sanctoro Alienigena, qui Regionis noſtræ adeo diſtinctis caruiſſe notitiis credendus eſt, interim Cardinalibus ipſis viventibus, Barrium ſibi aſcripſiſſe, & vulgaſſe cum recta ratione diſſentit. Quin etiam aliorum Operum idem ſtylus, idem decus, par, & una Majeſtas, quæ Barrius ipſe conſcripſit, ei rei teſtimonium ferre detrectant.

Equidem Barrius, præter præfatos quinque Libros, ſcripſit etiam = *Pro Laudibus Linguæ Latinæ Libros tres* = *De Æternitate Urbis Librum unum* = & = *de Laudibus Italiæ Librum unum*, quos ſimul Romæ, in eiſdem Pop. Rom. Ædibus, eodem Anno MDLLXXI. excuſit in 8. Quibus Operibus, & ſi tantus Autor futuris Sæculis maxime commendetur; ex eo vero quod Patriæ ſuæ laudes, quas præclariſſimas, & maximas fuiſſe nemo non viderit, & tamen annorum tenebris ſepultos eruerit, ac veluti rediviva Hiſtoriæ ſuæ luce illuſtravit, vivat memoria ejus, & gloria in animis hominum, in æternitate temporum neceſſe eſt; unde & de eo uſurpari poſſit, quod de alio quodam, fuit qui aliquando cecinerit:

*Hiſtoriæ vitam potuiſti reddere vivus;*
*Extincto vitam reddidit Hiſtoria*

## QUINTIUS BONJOHANNES

Clar. An. Ch. 1570. TRopæenſis Cathedraticus multi nominis in Univerſitate Neapolitana. Clar. An. MDLXX. Edidit: *Peripateticarum Diſputationum de Principiis Naturæ Sectiones tres*. Venet. apud Petrum Dauchinum MDLXXI. in fol. ex Topp.

## JOHANNES ROMÆUS

Clar. An. Ch. 1570. TErrænovanus U. Calab. Capucinus Sanctæ Vitæ Vir, & Prophetico Spiritu afflatus ex Bover. *Tom. I. Annal.* ad An. MDLXXIII. Scripſit multa Opuſcula, quæ tempore interciderunt ex laud. Bover. & Dionyſ. ab Janua in *Bibl. Capucc.* Extant ex eo & duntaxat = *Tractatus de Recta in Deum Fide* edit. Venet. MDLXVI. & = *Hiſtoria de Origine & progreſſu Congregationis Capucinorum in Provincia Piceni, & Calabriæ*, quam ad Annum uſque MDXLV. continuavit. Obiit Calatri Septuagenarius An. MDLXXIII. miraculis clarus ex Bover. & Dionyſ. laudat.

## DAVID ROMÆUS

Clar. An. Ch. 1570. PHilocaſenſis Orator, & Poeta Nobilis. Clar. An. MDLXX. Edidit Opus inſcriptum *Septem Divi Cuſtodes, ac Præſides Urbis Neapolis: bis aſcripti ſunt Thomas Aquinus Franciſcus Paulanus*. Neap. MDLXX. in 8. = *Quinque Divi Cuſtodes, ac Præſides Urbis Surrenti; cum Indice Divorum, qui nati, vel humati ſunt in Regno Neapolitano ejus verſus Saphici* poſt Funebrem Orationem in laudem Sigiſmundi Poloniæ Regis *fol. XXXVIII.* a. t. ex Topp.

## CÆSAR ROMÆUS Aliis TOMÆUS

Clar. An. Ch. 1570. TRopæenſis Philoſophus, Medicus, & Poeta celebris. Clar. An. MDLXX. Edidit: *Il Trionfo della lega. Rappreſentazione in cinque atti*. Italico Carmine. Neap. apud Joſephum Cacchium MDLXXV. in 8. ex Topp.

AN-

Digitized by Google

## ANNIBAL ROSSELIUS

Geminianenſis Inſtituto Minorita: Vir magni ingenii; æqualis doctrinæ, atque eruditionis: paris induſtriæ, & judicii; Cui rei conſociata fuit vitæ integritas ſingularis. Clar An MDLXX. Hic triginta & octo annis in celebrioribus Academiis verſatus in Italia, Gallia, Belgio, Anglia, & Polonia: in poſtremam hanc Regionem veniens, in quam propagandæ Religionis cauſſa a ſuo Generali miſſus fuerat, cœpit magnarum ſimul, & variarum rerum, atque Scientiarum cognitione inclareſcere, ut ſubinde animum ſuum ad ſcribendum convertens, nihil omnino ſcripſerit, quod non doctiſſimum eſſe, & ab unoquoque probandum videretur, quemadmodum Staniſlaus Kankousk Archiep. Gneſmen. in Epiſt. ad Roſſelium ipſum conſcripta, quæ extat in fronte *Tom. IV. Pymandri* exerte teſtatur. *Clar. An. Ch. 1570.*

Scripſit, ergo, Opus ingens, cui Titulum indidit: *Pymander Mercurii Triſmegiſtri cum Commento Fratris Annibalis Roſſelli Calabri Ordin. Min. Regularis obſervantiæ, Theologiæ, & Philoſophiæ ad S. Bernardinum Cracoviæ Profeſſoris Lib. I De SS. Trinitate*. Edit. Cracoviæ in Officina Typographica Lazari An. MDLXXXV. in fol Item ejuſdem Operis *Lib. Secundum de Spiritu Sancto, & Angelis = Librum III. de Ente, Materia, Forma, & Rebus Methaphyſicis = Lib. IV. de Cœlo = Lib. V. de Elementis, & deſcriptione totius Orbis = Lib. VI. de Immortalitate Animæ, qui eſt primus Aſclepii Mercurii Triſmegiſti = Lib. VII. de Immenſitate*. Omnes hi Libri ſunt partes ejuſdem Operis, quod diximus: prodieruntque ibidem, & apud eundem Lazarum: licet Tertius Liber, Quartus, & Quintus prodierint Anno MDLXXXVI Sextus, & Septimus An. MDXC.

Extat & alius Liber ejuſdem Roſſelli inſcriptus: *de Septem Sacramentis*, qui & ipſe in Ordine Commentariorum in Mercurium Triſmegiſtum erit Octavus, editus una cum ſeptem reliquis, Poſnaniæ MDLXXXVIII. apud Johannem Volvabum in fol De hoc poſtremo Libro meminit Paſſerinus *in Apparat. Tom. II. pag. V.* Sed & Cardinalis Joh de Bona in notitia Autorum, quos in ſua laudat Pſalmodia, de toto Opere Roſſelli loquutus, ait: *Annibal Roſſelius Calaber, cujus eſt in Pymandrum Triſmegiſti Ingens Commentarium, hoc ipſo omnem fere Philoſophiam, & Theologiam complectitur*. Eſſe, & alia Roſſelli Opera notat Acetus; quæ tamen qualia ſint, ignoramus. Cæterum de eo videatur Wadingus, Nicodemus, Poſſevin. & alii.

## JOH. PAULUS MARINCOLA

Tabernenſis Epiſc. Theat. An. MDLXXV. Vir doctiſſimus. Scripſit *Hiſtoriam Concilii Tridentini = Inſtitutiones Canonicas*, & alia quæ tamen non ſunt edita ex Ughell. *in Ital. Sac.* & Gualt in M.S. Vide plura de eo apud Amat. *in Pantopol.* tametſi is Marincolæ prænomen ignoravit. *Clar. An. Ch. 1570.*

## POMPEJUS PHANELUS

Calaber quidam, ſed incertæ Patriæ: Inſtituto Benedictinus. Claruit An MDLXX. Edidit Opus inſcriptum: *Colloquium Chriſti, Moyſis, & Eliæ habitum in Monte Tabor, D. Proſpero Phanelo Calabro Monacho Caſſinate Conjectore* (unde Proſper appellatur apud Nicodemum; & fortaſſe Pompejus ante Monachiſmum dicebatur) Item edidit = *Hymnum in hono-* *Clar. An. Ch. 1570.*

Digitized by Google

*norem B. V. ex nonnullis Scripturæ locis excerptum*. Utrumque Opus Neap. apud Horatium Salvianum, & Cæſarem Cæſaris MDLXXXV. in 8. ejuſdem extat Epiſtola quam ex minime vulgatis aſſerit Jo. Mabillon in Bibliotheca Barberina in ſuo Opere *Iter Italicum* fol. 133. *An Chriſtus Dominus in Cœna Emauntina uſus fuerit ſigno Crucis ad benedicendum Panem* quod Ipſe negat.

Fuit & *Marcus Antonius Phanelus* Inſtituto Conventualis: quem doctiſſimum fuiſſe notat *Gelt. in Vita Sixti V.* Cujus Marcus Antonius erat Synchronus. Fuit etiam *Johannes Baptiſta Phanelus*, quem & ipſum edidiſſe quædam notatum *Spera Lib. IV.*

## PAULUS MERENDA

*Clar. An. Ch.* 1570.

PEtramalenſis J. C. valde doctus. Flor. An. MDLXX. Edidit: *Concilia Legalia*. Neap. MDLXXIII. ex M. SS. Gualt. & Mart.

## FABRICIUS A VALLE

*Clar. An. Ch.* 1580.

COnſentinus Orator, & Poeta. Clar. Floruit An. MDLXXX. Scripſit Volumen *Epiſtolarum Latinarum* = *Tractatum brevem, quo obſtruſiora Plauti loca illuſtrantur* = *Vertit in Linguam Italicam Commentaria Cæſaris*, & = *Vitam Bembi a Caſa latine conſcriptam*. Vid. Topp. *in Supplem.* Biblioth. Obiit An. MDXCV.

## MARCELLUS SIRLETUS

*Clar. An. Ch.* 1580.

VIrdivallenſis Epiſcopus Scylacen. Guilielmi Cardinalis Sirleti Nepos, pietate, & miraculis clarus: Vir Græce, & Latine doctiſſimus, Patruoque ſuo ſimillimus ex Toppio *in Bibliotheca*. Clar. An. MDLXXX. Multa ejus Opera M. S. tempore Pontificatus Urbani VIII. Romam fuiſſe translata notat Ughell. *in Ital. Sac. Tom. IX. fol.* IↃCXXIV. *Num. XXXIX.* Obiit An. MDCIV. ex Topp. cit.

Fuit, & *Fabricius Sirletus* Marcelli germanus Frater, qui petente Cardinale Baronio, a Clemente VIII. V. Id. Aprilis MDCIII. Scylacenſis Epiſcopus creatus eſt: Fuitque Vir Græce, Latine, & Hebraice doctus ex Aceto *ad Barr. Lib. III.* Cap. XV. qui de eo ibid. addit: *Hic Eccleſiam S. Carolo Borromæo, ejus Patruo familiariſſimo, Sacram a fundamentis erexit. Eccleſiaſticæ libertatis defenſor acerrimus fuit. Bibliothecam Selectiſſimorum Codicum ſummo labore ſibi comparavit, quæ Romam aliquando allata, Franciſco Cardinali Barberino ceſſit. Obiit V. Id. Aprilis MDXXXVI. & in eadem Eccleſia S. Caroli ſepultus eſt ex Ughell.*

Fuit & *Thomas Sirletus* ejuſdem Marcelli germanus Frater, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus, dein Epiſcopus Scylacen. Ann. MDLXXXXIV. Vir Græce, & Latine doctiſſimus ex eodem Acet.

Fuit denique Scipio Sirletus ejuſdem Marcelli agnatus, Juriſconſultus celebris Urbano VIII. & Innocentio X. PP. acceptiſſimus ex Acet. laud. Obiit Romæ An. MDXXXV.

## JACOBUS PODERICUS

*Clar. An. Ch.* 1580.

COnſentinus Philoſophus, & Medicus doctus. Clar. Ann. MDLXXX. Edidit: *Opus neceſſarium: An venenatum Corpus in vita, & poſt mortem dignoſcatur*. Neap. apud Joſephum Cacchium MDLXXXVIII. in 8.

Item

Digitized by Google

Item = *De Lapide ferreo ab Aere lapſo, deque ejus generatione, & cauſſa.* Ibid. apud eundem Cacchium eodem anno in 8.

### JOH. DOMINICIS HECTOR

ROgianenſis Theologus S. Caroli Cardinalis Borromæi, ut ex hujus Epiſtolæ Authographo, ad eum datæ ſub die XVII. Februarii MDLXXXIV., quam refert Dominic. Mart. in *M. S. Hiſt. Calab.* ſatis conſtat. Fuit etiam Theologus Epiſcopi Brixien. & demum creatus Epiſcopus Hoſtunen. ex Ughell. *Clar. An. Ch.* 1580.

### FRANCISCUS MUTUS

APrilianenſis Philoſophus eruditiſſimus. Clar. An. MDLXXX. Edidit: *Diſceptationum Lib. V. contra calumnias Theodori Angelutii in maximum Philoſophum Franciſcum Patritium: in quibus fere univerſa Ariſtotelis Philoſophia in examen adducitur*. Ferrariæ MDLXXXIX. in 4. Egregium ſane Opus, quod doctiſs. Boyle eo uſque probarat, ut ejuſdem Patritii fœtum eſſe crediditſſet. Meminit de eo Author *Catalog. fol.* CCCCLXV. apud Topp. *in Biblioth.* *Clar. An. Ch.* 1580.

### FRANCISCUS SUPRAVIA

SEminarienſis clar. An. MCLXXX. Scripſit *De Natura Rerum adverſus Peripateticos*. Quod opus extat M. S. ex Maraſ. Lib. I. Cap. XXXV. *Clar. An. Ch.* 1580.

### ARTALIS RASCAGLIA

CAlaber Medicus, & Poeta Nobilis ex Topp. *in Biblioth.* Claruit An. MDLXXX. Edidit: *L'Impreſe, Motti, e Verſi fatt' in lode di D. Pietro di Girone Duca di Oſſuna, e Vicerè di Napoli nella ſolenne feſtività del SS. Sacramento, e del Glorioſo S. Giovambattiſta nel* 1583. Apud Joſephum Cacchium in 4. Et alia *Poemata*, quæ una cum Oratione funebri in obitu Sigiſmundi Poloniæ Regis prodierunt, ex Topp. laudato. *Clar. An. Ch.* 1580.

### JULIUS BARRADA

NUcerinus Juriſconſultus antiquis omnino comparandus, & Poeta nobilis: cujus ſtylus felicioris ſæculi, quo vixit Auguſtus, redolet elegantiam, ut Scipio de Mont. notat apud Topp. Clar. Ann. MDLXXX. Scripſit elegantiſſimam *Elegiam* in laudem Johannæ Caſtriotæ Ducis Nuceriæ, quam una cum aliis poematibus in laudem ejuſdem Johannæ compoſitis, uno ſimul volumine collectis edidit idem Scipio de Montibus Vici Equenſis An. MDLXXXV. apud Cacchium in 4. *Clar. An. Ch.* 1580.

### MATTHÆUS COLLACIUS

FEruletenſis, Vir Eruditus, qui Barii ævo Latinas Litteras Venetiis publice profitebatur. Clar. An. MDLXXX. quo anno ſcripſit: *Obſervationes in Quintilianum, & Victoriam*; quas tamen præventus morte non edidit ex Spera *Lib. IV. fol.* 46. *Clar. An. Ch.* 1580.

### PAULUS N.

TErrænovanum Citerior. Calab. Theologus multi nominis, & Librorum Cenſor, quem Toppius laudat, & Scriptoribus ſuis annumerat in ſua Biblioth. Clar. An. MDLXXXV. *Clar. An. Ch.* 1580.

### LACTANTIUS ARTURUS

CRopanenſis Conventualis S. Franciſci, Theologus, & Orator. Clar. An. MDLXXX. Typis dedit: *Una Predica delle Nozze Evangeliche &c.* Neap. apud Horatium Salvionum MDLXXV. in 4. Item = *Una Orazione nella morte dell' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Cardinal Sirleto recitata in Squillace a* 26. *Ottob.* 1585. Neap. apud eundem Salvion. MDLXXXVI. in 4. ex Topp. *in Biblioth.* *Clar. An. Ch.* 1580.



Digitized by Google

## JOH. MARCHUS AQUILINUS

Clar.An.Ch. 1580. CEriolanenſis Juriſconſultus eximius, & Cathedraticus. Neap. Claruit An. MDLXXX. Edidit Venet: = *In prim. Infortiati*, *ac etiam ff. Novi Comment. acutiſſima*, *& ſelectas prælectiones*, & = *Librum unum de Contractibus*. An. MDXCVII. ſumptibus Scipionis Ricci Bibliopolæ Neapolit. Vid. *in Pantopol.* Toppius dicit hunc eſſe Beſidenſem.

## NICOLAUS ANTONIUS BLASCUS

Clar.An.Ch. 1580. TAbernenſis Juriſconſultus eruditiſſimus, cujus ſtylus elegantiam ſæculi, quod dicunt aurei, redolet. Claruit anno 1580. Edidit librum inſcriptum: *Sylva memorabilium juris non omnium, quæ in jure verſantur, ſed quæ digniora ſelectu viſa ſunt Nicolao Antonio Blaſco Juriſconſulto diſertiſſimo Tabernenſi Patritio Auctore* in 4. Neapoli apud hæredes Matthiæ Cancer 1588. ex Toppo in Bibliotheca, *Gimma in Elogiis Academicis Elogio de Carlo Blaſco Tafuro* de ſcriptorib. Regni, aliiſq.

Fuit & Grandonius Blaſcus Nicolai Antonii Pater Philoſophus, & Theologus non incelebris. Floruit in Academia Urbinatum Ducis, *a quo* ut teſtatur ipſe Nicolaus Antonius Mem. XIV. *non ſine ſummo decore donatus receſſit*. Meminerunt de eo cum laude Roſſellus in Triſm: *tom. 2. lib. 3. com.* 1. *lib.* 5. Florus in Calabria illuſtrata Tafurus de ſcriptorib. Regni in Nicolao Antonio.

Fuit & Marius Blaſcus Grandonii germanus, qui ob eximiam juriſperitiam & dicendi facultatem declaratus fuit a Carolo V. Imperatore ſub annum 1536. ſuus familiaris & commenſalis, ut ex regiis regeſtris, & diplomate, quod etiam Tafurus loco modo citato innuit.

Fuit & Paulus Blaſcus Nicolao Antonio natus ex nobiliſſima conjuge Portia Capycia etiam Juriſconſultus egregius, qui ad Patriam vindicandam Philipum III. Hiſpaniarum Regem convenit, & ab eo illius demanium, quod dicitur, impetravit. Meminerunt de eo cum laude Monitius in Talia, Gimma in Elogio *mem.* & Tafurus eodem loco.

## ALOYSIUS LILIUS

Clar.An.Ch. 1580. CIrenſis Philoſophus, Medicus, & Aſtronomus nulli ſecundus. Clar. An. MDLXXX. De eo hæc notat Acetus in ſuis ad Barr. Annotationibus: *Hic Tabulas Epactarum Cyclum continentes concinnavit pro emendatione Calendarii Romani, quod poſtea Gregorianum appellatum eſt. Quibus ſummo ſtudio conquiſitis a Gregorio XIII. & ab Antonio Lilio, & ipſo doctiſſimo, Aloyſii jam defuncti fratre, Summo Pontifici oblatus, accedente judicio, & Criterio doctiſſimorum Virorum Gulielmi Sirleti, & Vincentii Lauri Cardinalium, opus arduum jamdiu ab aliis fruſtra tentatum, tandem labiorum opera, toto Orbe plaudente, Anno MDLXXXI. feliciter abſolutum fuit. Vide Conſtitutionem Gregorii XII. quæ incipit*. Exordiente. *Hæc de Aloyſio ſcripſit Hicius Erythræus in Pinacoth. num. CV. Quamobrem tantum hominis ingenium, unde tam ingens utilitas, fructuſque Eccleſiæ Univerſæ manavit, dignum eſt, ut unquam ex Hominum memoria labatur, & cadat, ſed in omnium ſermone, & celebritate verſetur.* Laudat etiam Lilium noſtrum Clavius apud Michaelem Juſtinianum *part. III. Epiſt. Memorab. fol. DCLX.* Top: *in Biblioth.*, *& in Supplem. pag. CCCXCIV.* Virgilius Giannotti, ſive Jannottus in ſuo Opere inſcripto; Comptus Eccleſiaſticus, duobus diſcurſibus Academicis breviter explanatus. pag. 100. & alii bene.

JO-

Digitized by Google

## JOHANNES FALCONIUS

HIpponienſis Juriſconſultus Eruditiſſimus. Flor. An. MDLXXXVII. quo Anno edidit: *Theoremata ex variis Utriuſque Jurisprudentiæ locis deprompta*. Bononiæ apud Johannem Roſſium in 4. *Clar. An. Ch.* 1580.

## JULIUS FULCIUS

RHeginus Presbyter valde pius. Clar. An. MDLXXX. Edidit Opuſculum: *De Fructibus Eleemoſinæ*. Romæ An. MDLXXXI. in 8. Meminit de eo Mart. in M. S. *Clar. An. Ch.* 1580.

## MARCELLUS CORNELIUS

RUbetenſis Hiſtoricus. Clar. An. MDLXXX. Edidit Latino Carmine: *De Chriſtianorum Victoria ad Echinadas Carolus Spinellus, qui in quattuor diviſus eſt Libros*. Neap. apud Hæredes Matthei Cancer MDLXXXII. in 8. Meminit de eo Maraſiot. *lib. 4. cap. XVIII.* *Clar. An. Ch.* 1580.

## SEBASTIANUS PETRAFICTENSIS

PEtrafictenſis Medicus valde doctus, de quo meminit Wanderlinden, *de Script. Medicis*, qui tamen corrigendus dum illum Siculis aſcribit. Clar. An. MDXXX. Edidit: *De Senſuum externorum uſu, deque Memoriæ cum ratione læſione, vitio, medelaque Tractatum*. Venet. apud Gratioſum Percaſium MDXCIV. in 4. *Clar. An. Ch.* 1580.

## MARCELLUS DE BONIS

COnſentinus Poeta elegans, nec infimi ſubſellii Medicus. Clar. An. MDLXXX. Edidit *De Catarticis Medicamentis*, deque recta purgandi Methodo Diſſertationes duas. Neap. apud Joſephum Cacchium MDLXXXIV. in 8. De hoc Libro ſic cecinit Jaſolinus in *Tract. de Baln. Pithec.* *Clar. An. Ch.* 1580.

*Cum primum in lucem Liber hic exiſſet, & uſque*
*Elyſium ad Campum redaita ſama foret,*
*Tu Marcellus eris Medicam, qui reſtitues rem*
*Galenus dixit, dixit, & Hippocrates.*

## AUGUSTINUS DONIUS

COnſentinus Medicus celebris apud Vander. *de Script. Medic. fol. LXV.* Clar. An. MDLXXX Scripſit: *De Natura Hominis Libros duos*. Edit. Baſileæ apud Frob. MDLXXXI. in 4. Unde Operis dignitatem conjeciſſe liceat; nam ex Frobeniana officina, nonniſi digni Codices, Eraſmo teſte, prodibant. *Clar. An. Ch.* 1580.

## JOSEPH CARNEVALIUS

*Clar. An. Ch.* 1590. MOntaltinus Juriſconſultus eximius ex Amat. *in Pantopol.* Clar. An. MDXC. Juvenis fuit unus in Foro Neapolitano ex primis Cauſſarum Patronis. Scripſit, & edidit *Le Iſtorie, e Deſcrizione del Regno di Sicilia*. Neap. apud Horatium Salvianum MDXCI. in 4. & = *Ragionamento de' Titoli, ove ſi moſtra che coſa ſia la Nobiltà &c.* Ibid. apud eundem MDXCII. in 8. Vid. plura de eo apud Nard. in *Ociis Erud. pag.* 43. & 45.

## PETRUS VILLAROEL

*Clar. An. Ch.* 1590. STylenſis Poeta doctus, & pius; Inſtituto Franciſcanus. Clar. An. MDXCV. Edidit Poema inſcriptum: *Echinadum Naumachia, a qua B. V. precibus de innumera Turcarum claſſe inſignis eſt reportata victoria.* Neap. apud Scorrigium MDXCIV. in 8. Scripſit & alia ex Chron. M.S. apud Acet.

## JOH. PAULUS DE AQUINO

*Clar. An. Ch.* 1590. COnſentinus Orator, & Poeta celebris ex Topp. Clar. An. MDXC. Scripſit *Orationes varias*; inter quas eſt *illa* celebris, *quam dixit in Funere Bernardini Thyleſii*, & quam edidit Conſentiæ An. MDXCVI. ex Acet.

## ANONYMUS

*Clar. An. Ch.* 1590. STylenſis Philoſophus Thyleſianus. Clar. An. MDXC. Scripſit multa pro Bernardino Thyleſio Conſentino contra Ariſtotelem ex M.S. P. Oldoini apud Mandoſium.

## TIBERIUS ALPHARANUS

*Clar. An. Ch.* 1590. HIeracienſis Mathematicus præclariſſimus. Flor. An. MDXC. Edidit *Ichnographiam Veteris Baſilicæ Vaticanæ*, quam Evangeliſtæ Cardinali Pallotto nuncupavit ex Acet.

## STEPHANUS BARDANUS

*Clar. An. Ch.* 1590. STylenſis Inſtituto Conventualis Vir Græce, & Latinæ doctus. Clar. An. MDXC. Vertit ex Græco in Latinum Vitam B. Joh. Theriſti ex Bolland. *Tom. III. XXIV. Febr.*

## SCIPIO MARTELLUS

*Clar. An. Ch.* 1590. TUrriſpetulenſis altiſſimi ingenii J. C. ex Joh. Jacobo de Martino *Conſ. XXVII.* Clar. An. MDXC. Hic eſt verus Author Libri, qui inſcribitur *de Bello Exulum*: quique prodiit Neap. ſub nomine Johannis Grandis Averſani, cum add. Joh. Baptiſtæ Thoro Typis Franciſci Savii MDCLIV. in fol. ſecund. Edit. ex cit. Joh. Jacob. de Martino, qui apud Toppium *in Supplem. Biblioth.*, de Martello noſtro *cit. Conſ. XXVII.* ſic ſcribit: *Subnectam heic unum porro neceſſarium, dum ſupra tetigi hoc Opus* (De Bello Exulum Praxis) *fuiſſe in laboribus Scipionis Martelli Doctoris Calabri a Turri Spatularum, altiſſimi ingenii. Qui Veſpertinam lectionem Civilis Juris*

*ris apud Meſſanenſes, poſt Johannem Bolognettum obtinuit : Et expulſo Jacobo Gallo a Lectura Neapolitana, ipſe Scipio Meridianus Lector electus : quem ego audivi ; & tantæ Authoritatis apud Doctores Cauſidicos Neapolitanos, ut illum Repertorium Juris auſi ſint appellare ; Et Opus illud de Bello Exulum cum Eram Vicarius Generalis Militen. dedit mihi in Civitate Seminariæ U. J. D. Bartholomæus Martellus ipſius Authoris non immeritus Filius, deſcriptum propria pennâ ipſius Scipionis*. Hactenus ille: Ex quibus, de Plagio Joh. Grandis Averſani ſatis conſtat.

## LUCRETIA A VALLE

Conſentina Matrona Nobilis Fabricii Soror, Uxor Joh. Bapt. Sambla- *Clar. An. Ch.*
ſii Poetæ Cl. ex Scipione de Mont. Sertorii Quattrim. Nepos, & 1590.
Alumna, *Olympia* dicta inter Conſtantes ; Poetria ſublimis ingenii latinæ linguæ cultrix. Elegantiſſima, & eruditiſſima. Scripſit *Librum Carminum Italicorum*. Alterum : *De Elegantiis Latinæ linguæ a melioribus Script. excerptis*. Qui M.SS. extant nunc apud Hæredes Jacobi de Fabriciis. Quibus Libris acceſſit *De Arte Poetica Tractatus*. Obiit An. MDCII. Meminerunt de ea Gualt. Acet. Amat. & alii.

## RUTILIUS BENINCASA

Turſanenſis Philoſophus, Mathematicus, & Aſtronomus multi nomi- *Clar. An. Ch.*
nis, qui in his facultatibus multa conatus eſt, & invenit ; ac inter- 1590.
dum plus homine ſapere viſus eſt, licet, & in quibuſdam, ut fere in Aſtronomis, minus pueris intelligere videatur. Cl. An. MDXC. Opus edidit inſcriptum : *l'Almanacco perpetuo, illuſtrato, e diviſo in cinque parti, da Ottavio Beltrano di Terranova di Calabria Citra*, centies impreſſum, ſed primo quidem Neap. apud Jo: Jacob. Carlinum MDXCIII. & poſtremo Venet. apud Nicolaum Pezzanam MDCLXVIII. in 8. Obiit An. MDCXXV. Ætatis ſuæ Ann. LXXV.

## NICOLAUS CARBONE

Synopolitanus Juriſconſultus. Clar. An. MDXC. quo anno edidit : *Pra- Clar. An. Ch.*
*cticam Practicarum*. Venet. apud Franciſcum de Franciſci, & = *Com-* 1590.
*pendium Curiarum* in tres Libros diſtinctum in 4. ex Amat. *in Pantopol.*

## JULIUS DE CAVALCANTIBUS

Conſentinus. Clar. An. MDXC. Scripſit : *Geſta, & Miracula S. Franci- Clar. An. Ch.*
*ſci de Paula*, ex Gualt. in M. S. Vertit aliquot Latina Carmina 1590.
Bernardini Thyleſii, cujus Sectator erat ; extatque commendabilis Verſio in Opere Scipionis de Montibus heic pluries laudati.

## MARCELLUS CALA'

Caſtrivillarenſis Juriſconſultus eximius. Clar. An. MDXC. Edidit : *De Clar. An. Ch.*
*modo articulandi, & probandi, & de Privilegiis variandi, & eligen-* 1590.
*di Forum*. Venet. apud Floravantem Pretum MDXCVI. in 4. & Spiræ MDXCVIII. in 8. Reliquit M. S. *Tomos duos ſuper Codice Juſtinianeo, & Tomos quinque de Ordine Judiciorum*. Corrigendus Toppius, qui Marcellum Neapolitanum dicit, niſi illum Patricium Neapolitanum privilegio fuiſſe contendat, quod non negamus. Cæterum Familiæ hujus Nobiliſſi-

tiſſimæ Sedem, & Patriam Caſtrivillarium fuiſſe, collectis a Carolo Calà in Suevorum Hiſtoria teſtimoniis, & ſi modo alia teſtimonia deeſſent, abunde probaretur.

## HORATIUS JANNUTIUS

*Clar. An. Ch.* 1590. AMManteanus Vir Eruditiſſimus. Claruit Anno MDXC. Edidit Opuſculum *De Ludo Latrunculorum*. Turini MDXCVII. ex M.S. Gualt.

## SEXTILIUS MAZZUCA

*Clar. An. Ch.* 1590. PAternenſis. Vir in utraque Lingua Eruditus, Epiſcopus Alexanen. creatus An. MDXCII. & biennio poſt Canonicus Baſilicæ S. Petri: de quo in Archiv. Vatican. *Regeſt. Canonic. pag. LVII. a. t.* ita ſcriptum reperitur: *Totum ſtudiis Sacrarum Litterarum, & Chori ſervitio, Pauperibus facultates ſuas tribuendo, ſe penitus tradidit*. Obiit An. MDCXXV. Sepultuſque eſt in Eccleſia S. Laurentii Scholarum Piarum ad Burgum Vetus, quam ipſe ſuo ære ampliaverat: in qua legitur de eo Inſcriptio valde honorifica. Laudatur ab Ughell. *Tom. IX. pag.* CXXVII. & Topp. *in Biblioth.*

## SEBASTIANUS DE GAUDIO

*Clar. An. Ch.* 1590. MEnecinenſis. Poeta Clariſſimus. Flor. An. MDXC. Edidit Tragœdiam inſcriptam: *Le Tenebre*. Conſenſiæ apud Antonium Riccium MDXCIII. in 8. ex Topp.

## FRANCISCUS MAURUS

*Clar. An. Ch.* 1590. MAidanus Medicus Græce, & Latine doctus, Campanellæ, & Sertorii Quattrimanii familiariſſimus. Clar. An. MDXC. Vertit ex Græco in Latino aliquot veterum Græcorum Munimenta ex M. S. Gualt.

## HIERONYMUS MARAFIOTUS

*Clar. An. Ch.* 1590. POlyſtinenſis Minorita. Vir eruditus, tametſi in Chronicis ſuis, de quibus ſtatim poſt dicemus, fruſtra quidem Barrio ipſo, a quo cuncta hauſit, eruditior apparere contendiſſet, & cumulatior. Clar. An MDXC. Edidit: *Le Croniche di Calabria* Neap. in 8. & iterum Patavii MDXCI. in 4. = *De Arte Reminiſcentiæ* Opuſculum. Venet. MDCV. in 8 = *Annotationes in Evangelia* MDCVI. in 4. = *De Arcanis Numerorum* ex Wading. & Gualt. M.S. & = *Della gran Religione, e bontà de' Sereniſſimi Re di Spagna, e delle Eroiche azioni de' Spagnoli*. Neap. MDCXXVI in 4. Meminerunt de eo multi; inter quos Leo allat. *in Inghiram.* & Topp. *in Biblioth.*

## FLAMINIUS PARISIUS

*Clar. An. Ch.* 1590. FIlini natus, Patritius Conſentinus: Archigymnaſii Romani Lector primarius, inde Epiſcopus Bituntinus ex Ughello, qui tamen corrigendus eſt, dum illum Tolentinatam dicit, qui ſe tamen exerte Petri Pauli Cardinalis Pariſii Gentilem appellat *Lib.* 1. *q.* 11. *num. XXVIII.* ſui Operis, de quo mox dicemus.

Claruit Flaminius An. MDXC. Edidit Opus celebre: *De Reſignatione Beneficiorum* duobus Tomis in fol. diſtinctum. Venet. apud Sectum MDXCVI.

Digitized by Google

MDXCVI. Quod illuſtratum Notis P. Duelos iterum Toloſæ prodiiſſe conſtat apud Dominicum Boſcum An. MDCXVI. Johannes Rivellius in Senatu Toloſano Cauſſarum Patronus de Flaminio noſtro ſic cecinit:

*Ut Paris umbroſa Paſtores Paſtor in Ida;*
*Gallica ut antiſtant oppida Pariſii:*
*Pariſium ſic tollit bonos, ſic anteit omnes*
*Pariſius Scribas Sedis Apoſtolicæ &c.*

Obiit Flaminius An. MDCIII.

## JOH. ANDREA SPHILANTES

TAbernenſis J. C. Cathedraticus Neap. Clar. An. MDXC. Edidit: *Commentaria in Inſtitutiones Imperiales, ubi quid de Jure communi obtinet, breviter explicatur: & quid de Jure Regni, & Conſuetudinario Neapolitanorum eſt correctum, non omittitur*. Neap. apud Joh. Jacobum Carlinum MDCII. Clar. An. Ch. 1590.

## JOH. BAPTISTA PIATTI

ROſſanenſis Teologus, Juriſconſultus, & Orator ſatis doctus. Clar. An. MDXC. Edidit: *Un Sermone funebre fatto nella Chieſa Cattedrale di detta Città, ove ſi celebravano l' Eſſequie di Papa Urbano VII. Arciveſcovo di quella Chieſa*. Neap. apud Hæredes Matthæi Cancer MDXC. in 4. ex Topp. Clar. An. Ch. 1590.

## CLADIUS MILLIARESIUS

COnſentinus S. J. Vir Litteris juxta atque prudentia conſpicuus. Clar. An. MDXC. Scripſit: *de Votis Societatis, cum Expoſitione Extravaganti*. Aſcendente Domino *Gregorii XIII.* Quod Opus extat M. S. apud PP. Societatis. Clar. An. Ch. 1590.

## FRANCISCUS ANTONIUS AMICUS

COnſentinus Poeta elegantiſſimus, & eruditiſſ. cui Naſutus Vir Quattrimanus ſua quæque Scripta examinanda ſubjicere non eſt dedignatus. Pauca cecinit, ſed multa ſuavitate referta, quæ in Opere inſcripto: *Raccolta di Rime dell' Abate Acampora* prodierunt Neap. apud Dominicum Parrinum MDCCI. in 12. Clar. An. Ch. 1590.

## JOH. BAPTISTA ARDOINUS

COnſentinus Poeta non ignobilis ex Ughell. Clar. An. MDXC. Edidit *Le Rime in morte d' Iſabella Quattromani* ejus Uxoris. Neap. apud Joſephum Cacchium MDXC. in 8. Meminerunt de eo Maraſiot. Henric. Bacch. Gualterius, & alii. Clar. An. Ch. 1590.

## JOHANNES MARIA BERNAUDUS

COnſentinus Poeta non injucundus. Clar. An. MDXCV. Hic Uxoris ſuæ difficili ingenio recantando, edidit *La Zotica*, nimirum in Tiſiphonis manus prolapſus, Muſarum præſtolabatur opem: quæ etſi maximis rebus celebrandis natæ eſſe dicerentur; ſæpe tamen iſtiuſmodi ærumnis animo efferendis eouſque illas fœcundia diſeruit, donec Caprificus vi ſua, rupto jecore eruperit. Opus, igitur, noſtri hujus vario Italici Carminis genere, mixta Proſa compactum, prodiit Neap. MDCVII. in 4. Meminitque de eo Topp. Clar. An. Ch. 1590.

FA-

## FABIUS CICADA

*Clar. An. Ch.* 1590. CONſentinus Philoſophus valde doctus, quem laudant Ughell. *Tom IX.* Henric Bacch. *in deſcript. Regni*, & Anonymus in ſuo *Poem. La Geruſalemme perduta*. Clar. An. MDXCV. Scripſit: *De Prægnantium deſideriis, eorumque cauſſis, & effectibus* = *De Generationibus fabuloſis*, & = *De Somnis Ariſtotelicis*, quæ M.S. perierunt ex Mut. Caven.

## ANONYMUS

*Clar. An. Ch.* 1590. CONſentinus Poeta Celebris. Clar. An. MDXCV Scripſit Poema eximium, cui Titulum fecit: *La Geruſalemme perdona* Extat M S. in Muſæo Eruditiſſimi J.C. Petri Græci Conſentini, quem ſummo jure laudat Acet.

## SERTORIUS QUATTRIMANUS

*Clar. An. Ch.* 1590. CONſentinus, dictus Montanus. Claruit An. MDXC. Hic Philoſophus Thyleſianus, & vir eruditiſſimus, famâ, non in ſola Italia, ut Nicodemus ait, ſed apud Ultramontanos valde inclaruit.

Scripſit plura, & præclara, quæ ſequuntur: „ *Rime* di Monſignor „ Giovanni della Caſa ſpoſte dal Signor Sertorio Quattromani. *Neap. apud* „ *Lazarum Scorrigium MDCXVI. in* 4. *& iterum Lucæ apud Fredianum* „ *MDCCXXXVII: in* 8. = Lettere di Sertorio Quattromani Gentiluomo, „ ed Accademico Coſentino diviſe in due Libri, e = La Traduzione del „ Quarto dell' Eneide di Virgilio del medeſimo Autore. *Neap. apud eun-* „ *dem Scorrigium MDCXXIV. in* 8. = Le Iſtorie delle Guerre fatte in Ita- „ lia da Conſalvo Ferrando di Aylar di Cordova, detto il Gran Capita- „ no, tradotte in Lingua Toſcana da Sertorio Quattromani, detto *l'Inco-* „ *gnito* Accademico Coſentino. *Neap. apud Joh. Jacobum Carlinnm MDCVII.* „ *in* 4. = La Filoſophia di Bernardino Teleſio riſtretta in brevità, e ſcrit- „ ta in lingua Toſcana da *Montano* Accademico Coſentino. *Neap. apud* „ *Joſephum Ca chium MDLXXXIX. in* 8. = Trattato della Metafora. *Ibid.* „ apud Felicem Moſcam An. MDCCXIV. in 8. = Parafraſi Toſcana del- „ la Poetica di Orazio = Traduzione della medeſima Poetica in verſo To- „ ſcano = Annotazioni ſopra la detta Poetica. ibid apud eundem Moſcam „ uno ſimul volumine comprehenſa omnia hæc poſtrema ejus Opera Poſt- „ huma prodierunt curante V. Cl. Comite Matthæo Ægyptio, qui aureo „ ſtylo in ejus Voluminis fronte conſcriptam ab ſeſe Vitam Sertorii præ- „ miſit. „

Et hæc quidem edita ſunt; Manuſcripta vero, de quibus ex Epiſtolis editis, ut diximus, conſtat: quæque in Hiſpania apud Hæredes Petri Valerii extitiſſe creduntur, ex Nicodemo *in Addit ad Topp.* hæc ſequuntur. „ Dialoghi dell' Impreſe = Diſcorſi delle Bellezze del Petrarca = Altro Di- „ ſcorſo de' Luoghi tolti dal Petrarca d' altri Autori = Trattatello, nel „ quale ſi dimoſtra, che il Petrarca prepone anche le Lettere all' Armi, e „ che in ciò non è contrario a Dante, ma di di uno ſteſſo parere = Spiega- „ zione del detto Petrarca ſin' al Sonetto *: Giunto mi ha Amor fra belle, e* „ *crude braccia &c.* „ (de quo opere Jacobus Philippus Thomaſinus *in ſuo Petrarcha Redivivo Cap. VIII. pag. XXXVII.* ita ſcribit. *At ne quidquam ad Vatis noſtri ſplendorem deſiderari poſſet, optandum erat ut in lucem veniſſet Eruditis laudatus in expoſitione Petrarchæ Sertorii Quadrimanii Conſentini*

labor

*liber eximius. Cujus Commentarium M. S. a Franciſco de Caſtro in Hiſpaniam tranſportatum accepi Litteris V. C. Leonis Allatii in omni curioſa Litteratura verſatiſſimi quidem, ad me humaniſſime miſſis*) = Dichiarazione di „ alcuni luoghi di Plauto (*ſunt ultra centum, ſuntque iidem, quos Lambinius non percepiſſe ſe ad Franciſcum Mollum ſcribit*) = La Coſenza vin„ dicata, e lodata = Annotazioni ſopra il Dante = Spoſizione ſopra De„ metrio Falereo, Ermogene, e Dioniſio Longino = Volgarizzamento del„ la Poetica di Ariſtotele = Trattato della Famiglia Quattromana = Gram„ matica Toſcana intitolata: Accreſcimento al Libro di Bembo della Lin„ gua Toſcana = Seſtine, Canzoni, Sonetti, e Satire = Introduzione alla „ Filoſofia Teleſiana = Critica del Taſſo = Epigrammi, Orazioni, e Satire „ Latine, e Toſcane ſopra Orazio Flacco = Avvertimenti di materia in„ certa.

His M. S. accedunt ejuſdem Sertorii = Animadverſiones in Gabrielem Barrium; quæ tamen Romæ in Bibliotheca S. Auguſtini repertæ in nuperrima ejuſdem Barrii editione, de qua in eo diximus, ſuo quæque loco appoſitæ, in lucem prodierunt. Ac de ipſis quidem, ſi quid judico, dixiſſe licebit: Eas ſal illud nigrum ſapere, quo tum ſe Quattrimanus prodiit ſcatere, cum narrante Ludovico Dominico *in Lib. Facet, & Luſuum edit. Venet. MDLXVIII. pag. XCVII.* obvius perſonato Viro equitanti, dicente quodam: *Hunc ex perſona ipſa novi*. Reſpondit Quattrimanus: *Et Ego ex Beſtia*. Carpit enim Barrium Animadverſionibus his, ſæpe immerentem; nec reddita ſuæ Critices ratione, illum redarguit, quem tamen Eruditio univerſa commendat, cui tantum, ac tantum tota Calabria debet. Fuit ſolius Pythagoræ illud a propriis uſurpaſſe Diſcipulis: *Ipſe dixit*. Vix fuerit alterius, Barrius, ubi teſtimonia deſunt, ſua quæque dicta ſolido Traditionis fundamento confirmat: Sertorius Traditionem ſolide fundatam, ſæpe ſine fundamento convellit: *Quare ſic?* ait: Ad quod: *Quare non ſic?* reſponderet utique Barrius ubi vivus in Anthitheſis libraret crimina raſis. Si res ita ſe habet, ut arrogaſſe ſibi quod velit, poſſit quis ſola licentia dicendi; facile dicta a præclaris Scriptoribus convellerentur: quando velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno. *Eſt Traditio*, inquit Chryſoſtomus, *nihil quæras amplius* (*Epiſt. II. ad Theſſalonic.*) At citat ſæpe Sertorius Librum ſuum Annalium, ut nuncupat; ſed Annales Litterarius Orbis non vidit. Barrium vidit: Non laudandus eſt qui plus credit quæ audit, quam quæ vidit: & ſi clanculariis Teſtibus deferendum eſt, quos repulſare non liceat, facile Innocentiſſimi quique indignam mortem injuſta condemnatione ſubirent.

Cæterum fuit Sertorius Vir magnus, ac doctrina ſua perinde Calabriam noſtram illuſtraſſe dixerim, atque illam Barrius tot editis laudibus illuſtravit: Hic hiſtoriam conſcribens: Ille de ſeſe materiam conſcribendæ hiſtoriæ præbens, uterque Patriam miro decore condecorarunt. Obiit Conſenſie MDCXII.

## FRANCISCUS DE RUBEIS

APrilianenſis Minorita Theologus celebris. Clar. Ann. MDXC. *Scripſit Comment. ſuper Libros Sentent. Scoti* ex Gualt. in M.S. apud Acet. *Clar. An. Ch.* 1590.

## FRANCISCUS ANTONIUS ROSSIUS

COnſentinus. Clar. An. MDXC. Edidit *De Arte Metrica Libellum*. Neap. eodem anno apud Joſephum Cacchium in 8. Libellum hunc, Sertorius *Clar. An. Ch.* 1590.

rius Quattrimanus *in Epiſt. ad Franciſcum Maurum Lib.* I. *Cap. XV.* cenſuit *Optimis de ea re Tractatibus poſſe comparari*. Ex Nicod. ad Topp.

## FAUSTINUS SALERNUS

*Clar. An. Ch.* 1590. CAſtriveteris. Carthuſianus Eruditiſſimus Camilli filius. Clar. An. MDXC. Prodiit ſub nomine Caroli Ramelli Fauſtini opus inſcriptum: *De Præſtantia B.M.V. ejuſque Sacratiſſima Conceptione, & Sanctificatione, & quam perinde ejus gloria in Sancta reſulgeat Eccleſia. Cui Tripartitum Pſalterium additum eſt, quo Chriſti, & Mariæ magna Trophæa cernuntur*. Venet. MDCXXI. Edidit etiam *Librum Commentariorum ſuper Pſalmos* ex Flor. *Tom. I. Calab. Illuſtr.* Quod Opus extat M. S. in Carthuſia Neapolitana ex Topp. qui corrigendus dum Fauſtinum Neapolim repetit. Vid. Flor. cit. *Tom. I. Part. II. Cap. IV.*

## DOMINICUS VIGLIAROLUS

*Clar. An. Ch.* 1600. STylenſis Coſmographus Philippi III. Hiſpaniarum Regis. Clar. Ann. MDC. Scripſit Librum *De Coſmographia* ex Marafiot. *Lib. II. Cap. XXVIII.*

## INNOCENTIUS VALENTONUS

*Clar. An. Ch.* 1600. MArcopolitanus Cler. Reg. Theatin. Vir Eruditus. Clar. An. MDC. Edidit: *Le Prediche Annuali*. Venet. apud Lucium Spinadam MDCVI. in 4.

## PYRRHUS CORRADUS

*Clar. An. Ch.* 1600. TErrænovanus J. C. Prothonotarius Apoſtolicus, Eccleſiæ Majoris Neapolitanæ Canonicus, atque Supremæ S. Rom. Inquiſitionis Generalis Miniſter, & Ordinarius Conſultor ex Amat. Clar. Ann. MDCV. Edidit: *Praxim Diſpenſationum Apoſtolicarum, ex ſolidiſſimo Rom. Curiæ ſtylo inconcuſſe ſervato, excerptum, Praxim Officii Sac. Pœnitentieriæ Urbis, juxta illius ordinationem novi Status, complectens*. Prodiit iterum Venet. apud Franciſcum Baba MDCLVI. in fol. Item edidit: *Praxim Beneficiariam, recentioribus Conſtitutionibus Apoſtolicis, Rotalibus Deciſionibus, Sacrarumque Congregationum Declarationibus, Decretis, atque Reſponſis, Dubiorum quoque in dies occurrentium Reſolutionibus firmatam, Cancellariæ Apoſtolicæ Notabilibus perornatam, Formuliſque Beneficialibus pro ipſius Praxis germana tutaque intelligentia locupletatam Tom. II.* Neap. apud Camillum Cavallum MDCLVI. in fol. Prodiit, & Venet. apud Balleonium An. MDCXCIX. addito Quinto-Libro *Praxis Reſignationum* alias non impreſſo in fol. Obiit Corradus MDCXXXVI. ex Acet.

## PHILIPPUS JESUALDUS

*Clar. An. Ch.* 1600. CAſtrivillarenſis Conventualis ejuſque Ordinis Exgeneralis: An. MDCII. creatus Epiſcopus Geruntinus. Vir Græce, & Latine doctus. Scripſit: *La Plutoſofia, nella quale ſi ſpiega l'Arte della memoria, con altre coſe notabili pertinenti alla memoria naturale, ed artificiale*. Ediditque Patavii apud Paulum Maggettum MDXCII. in 4. Obiit MDCXIX. ex Ughell. *Tom. IX. fol. DCCVIII. num. XXXVI.*

CA-

Digitized by Google

## CAROLUS MUSITANUS

CAſtrivillarenſis Presbyrer Eruditus. Vixit An. MDC. Edidit : *La Navicella Grammaticale*. Neap. An. MDCVI. in 8. *Clar. An. Ch. 1600.*

## BENEDICTUS DE LEONIBUS

SEminarienſis Ord. Capuc. ter Provincialis ſuæ Provinciæ, Concionator eximius, & utriuſque Calabriæ Apoſtolus nuncupatus. Hic contemptu ſummo ſui: abſtinentia ſumma, ſpiritu prophetico, ſanctitate, & prodigiis valde claruit Anno MDC. Scripſit plura, ſed hoc unum ejus Opus ſupereſt, quod Typis vulgavit, ſic inſcriptum : *Catechiſmus utiliſſimus in commodum Parochorum pro erudiendo Populo*. Obiit Patriæ ſuæ An. MDCXXVII. Æt. an. LXIII. Ejus Vitam ediderunt D. Hieronymus Ord. S. Baſilii, & Flor. *Tom. III. Cap. Cap. IV.* Meminerunt de eo autor Appendic. ad *Tom. III. Annal. Capuc.* a Bononia *in Biblioth.* & alii. *Clar. An. Ch. 1600.*

## PAULUS BOMBINUS

COnſentinus Soc. Jeſu, dein Congregat. Sommaſchiat. Præpoſitus Generalis *Vir fuit* (ut notat Nyc. Æryth. Phinac. I.) *Poeta magnus : Orator ſommus, ac pene extemporaneus. Sententiæ in eo crebræ, & graves &c.* De quo eadem ferme Coronellus *in Biblioth.* Morer *in Dictionar.* Leo Allat. *in Apes Urban.* Nicolaus Ant. *in Biblioth. Hiſp.* Alegambe *in Biblioth. Jeſuitica*, & alii alibi. Flor. An. MDC. Edidit = *Orazione nel funerale della Sereniſſ. Margarita di Auſtria fatta in Roma*. Romæ apud Zannettum MDCXI. in 4. = *Orazione recitata in Roma avanti Paolo V. Som. Pont.* Romæ apud Maſcardum, & Caballum MDCXII in 4. = *Orazione nel funerale di Coſmo II. Gran Duca di Toſcana*. Mantuæ apud Franciſcum Oſannam MDCXXII. in 8. = *Altra Orazione recitata in Roma nella Cappella Pontificia il Giorno di Pentecoſte*. Quæ & ipſi ejuſdem erat argumenti : De adventu Spir. Sancti, cum prima, & apud eoſdem Typographos An. MDCXXI. edita in 4. = *Veſtigium Gymnaſii Romani quali ornatu exceperit venientem ad ſe Scipionem Cardinalem Burgheſium*. Romæ apud Jacobum Maſcardum MDCXXV. in 8. = *Vitam, & Martyrium Edmundi Campiani Soc. Jeſu*. primum in Belegio in 12. dein Mantuæ apud dictnm Oſannam MDCXX. in 8. ſub nomine Pompei Muti. *Clar. An. Ch. 1600.*

Et hæc ſcripſit, & edidit Jeſuita ex Alegambe fol. CCCLXII. Sommaſchiata vero ſcripſit, & edidit = *Breviarium Rerum Hiſpanicarum ab Hiſpania reviviſcente Enneadem primam*. Venet. MDCXXXIV. in 4. *Enneadem vero ſecundam, & Hiſpaniam Auſtriacam* Lib. XVII. comprehenſam editioni parata habebat, ſed non edidit. Ex Leone Allatio *in Biblioth. Hiſpan. Tom. II. in Appendice fol. CCCLXIX.* = *Orationem funebrem in Funere Philippi III. Hiſpaniarum Regis*. Mantuæ apud dictum Oſannam in 4. = *La Vita di S. Ignazio Loyola*. Neap. apud Lazarum Scorrigium MDCXV. in 8. quam deinde ex Proceſſibus pro ejuſdem S. Ignatii Canonizatione formatis, narratione ejuſdem Canonizationis auctam iterum vulgavit Typis Zannetti Romæ An MDCXXI. in 8. & rurſum tertia editione correctam, & auctam Neap. apud Secondinum Roncagliolum MDCXXVII. in 8. preſſo nomine autoris.



Digitized by Google

## OCTAVIUS CAPUTUS

Clar. An. Ch. 1600.

COnſentinus. Clar. An. MDC. Edidit: *Relazione della Pompa Funerale, che ſi celebrò in Napoli nella morte della Sereniſſ. Reina Margarita di Auſtria*. Neap. apud Tarquinium Longum MDCXXII. in 4. = *La Pompa funerale fatta in Napoli nell' eſequie del Cattolico Re Filippo II. di Auſtria*. Neap. apud Stigliolam MDXCIX. in 4.

## BERNARDINUS BRANCA

Clar. An. Ch. 1600.

SCyllacæus Cathedraticus Salmaticenſis Vir doctiſſimus, & multi, ac celebrati nominis. Ex Gualt. in M. S. Clar. An. MDC.

## JOH. ANTONIUS PALATIUS

Clar. An. Ch. 1600.

COnſentinus. Flor. An. MDC. Edidit Opus inſcriptum: *Del Governo, e della vera ragion di Stato*. Neap. MDCIV. in 4. ex Topp.

## JOH. LEONARDUS TUFARELLUS

Clar. An. Ch. 1600.

MUranenſis Medicus ſatis doctus. Clar. An. MDC. Edidit: *La Vita del P. Fr. Bernardo da Rogliano Fondatore della novella Congregazione di S. Maria del Colorito di Morano dell' Ordine Eremitano di S. Agoſtino dell' Oſſervanza*. Conſenſiæ apud Andream Riccium MDCL. in 4. Quo Opere valde Calabriam illuſtrat, Pontifices, Cardinales, cæteroſque Illuſtres Viros, qui in ea nati erant enumerans. Item edidit: *Un Trattato della Sagnia, nel quale ſi moſtrano quante Infermità per mezzo di quella ſi poſſono ſanare: quanti mali naſcono a chi ſi cava ſangue fuori del dovere: La vera Regola, che han da tenere quei, che ſi averan da cavar ſangue: il vero modo, che han da tenere i Sanguinarj nel far delle ſagnie, e come ſi devonoguarire i mali, che per cauſa della ſagnia ſoglion venire, con altri buoni, ed utili avvertimenti neceſſarj alla ſalute umana*. Conſenſiæ apud Ludovicum Caſtellanum MCXCIX. in 4. Huic Operi præcedit *Tractatus de Antiquitate Murani* Patriæ ſuæ.

## LUDOVICUS ADIMARUS

Clar. circa An. Ch. 1600.

ROſſanenſis Vir doctrina, & pietate conſpicuus. Clar. circa An. MDC. Scripſit *Hiſtoriam Iconis B. M. V.* Α᾽χειροποιήτυ Archiropetæ *dictæ*, ideſt *non manu facta*, quæ Roſſani ſumma colitur veneratione. Vid. Marac. *Biblioth. Mart.* & M. S. Mart.

## JOH. PETRUS CANANEA

Clar. An. Ch. 1600.

CAtacenſis Presbyter doctrina, & pietate clarus. Flor. An. MDC. Hic Scholarum Piarum Inſtitutum ſub ejus Fundatore amplexus, pœnitentia magnopere eminuit. Edidit: *Meditationes de B. M. V. Roſario*. Ex M. S. Gualt. Obiit Tuſculi poſtr. Id. Septemb. MDCXXV. ex M. S. Mart.

## POMPEJUS PHILANTES

Clar. An. Ch. 1600.

TAbernenſis J. C. eximius ex Topp. Clar. An. MDC. Scripſit de Rhetorica plura, & præſertim = *I Precetti della Rettorica a Giovan Andrea,*

Digitized by Google

*drea*, *e Filippo figli*. Quo Opere pleriſque Tullii locis plurimam lucem infert. Scripſit etiam = *Epigrammata* = *Elegias*, & = *Annotationes in L.Florum*. Laudant ejus Viri ingenium, & eruditionem Julius Cæſar Capac. *in Elog. fol. CCCLXXX. num. LXXXIV. & LXXXV.* Top. Amat. Acct. & alii.

## FRANCISCUS ALBERTINUS

CAtacenſis Soc. Jeſu Vir Litteris, & Pietate conſpicuus. Clar. An. MDC. Edidit Opus duobus Tomis in fol. diſtinctum, ſic inſcriptum: *Corollarium Theologicorum ex principiis Philoſophicis deductorum*. Quorum I. Tomus continet: *Corollaria deducta ex præcipuis Principiis complexis*, *quæ fere pertinent ad primam*, *& ad tertiam partem Summæ S. Thomæ*. Neap. apud Tarquinium Longum MDCVI. Et correctius, auctiuſque Lugduni per Hæredes Cardon. MDCX. Secundus Tomus continet: *Corollaria*, *ſeu Quæſtiones Theologicas de Trinitate*, *Incarnatione Verbi*, *& de Euchariſtia ex Principiis Philoſophicis incomplexis*, *ſeu de Prædicamentis ſubſtantiæ quantitatis ad aliud*. Lugduni per Cardon MDCXVI. Librum hunc eximium Inſignis P. Suarez ſemper præ manibus habuiſſe fertur. Item edidit = *Apparatum Angelicum*, *cum Diurnali Aureo Angeli Tutelaris*. Coloniæ MDCXXV. Opus poſthumum. Italice vero ſcripſit, & edidit = *Tractatum pium de S. Angelo Cuſtode*. Romæ apud Guilielmum Facciottum MDCXII. in 16. Et præſſo ejus nomine = *Concionem* Italicam *a ſe habitam in Juſtis funebribus P. Petri Antonii Spinelli Soc. Jeſu*, & = *Panegyricum ſuper Triplici Teſſera S. Franciſci de Paula*: *Humilitate*, *Pœnitentia*, *& Charitate*. Neap. apud dictum Tarquinium MDCXVIII. in 4. ut refert Alegamb. in fol. CXII. Obiit An. MDCXIX. *Clar. An. Ch. 1600.*

## JOH. FRANCISCUS SAVARUS

PItienſis, Archidiaconus Miletenſis: In Univerſitate Bononien Rhetoricæ Cathedraticus, Vir eruditiſſimus Clar. Ann. MDC. Edidit duas fabuloſas narrationes, quas *Romanzi* vulgus appellat = *Il Polimante* = *Il Filandro*, & Opera Scænica XVII. = *Il Criſpo* = *L'Anna Bolena* = *Il Fretone*, *o finta Femina* = *L'Emiddio* = *Maria Stuarda* = *Il Druſo*, *o Tradimento punito* = *La Fauſtina* = *L'Inganno fortunato* = *Il matrimonio per inganno* = *Amore non ha legge* = *Il Rubello per amore* = *L'Onorato imprudente* = *Il Zelante inſidiato* = *La Viſione* = *I Lamenti dell' Ereſia* = *Il Siſara*, & = *Il Pſiche*. Et Epitalamia III. = *Giove Conciliatore* = *Amore pronubo* = *L'Imeneo*. Vertit ex Latino in ſermonem Italicum ediditque = *Il Compendio della Guerra fatta in Italia dal Cardinal Egidio Albernozzo*. Edidit denique = *Il Parthenio* ſive Cenſuram in Librum inſcriptum *Il Coſtantino*. Scripſit poſtremo, ſed non edidit alia bene multa, quorum partim intercedit: partim extant M. S. apud Hæredes: Inter quæ erat: *Epiſtola ad Marcellum Malpichium Civem Bononienſem Artium*, *& Medicinæ Doctorem*; *De Aquis*, *aliiſque Mineralibus Napitiæ Patriæ ſuæ*, quæ tamen ab Joh.Floro edita eſt in ſuo *Tom. I. Calab. Illuſtr. Lib. II. Cap. II. §. III. fol. CCLXIII.* *Clar. An. Ch. 1600.*

## PAULUS ANTONIUS SCARINUS

MOntaltinus, Franciſci filius, quem *Foſcarinum* ſcripſerunt, rati unâ ſyllaba plus poſſe illi Venetam Nobilitatem mercari; quando unâ littera plus, ut lepidiſſimus Plautus ajebat, ex *Medico* fit *Mendicus*. Igitur Foſcarinus hic Concivis meus, ut interim illum ſic, Patre, & Paro- *Clar. An. Ch. 1600.*



Digitized by Google

cho reluctantibus, dicamus, fuit Ord. Carmelitarum S. T. M. ter Provincialis Calabriæ, & Cœnobii Montaltini ſui Ordinis Fundator. Clar. Ann. MDC. Plura ſcripſit partim edita, partim edenda, ut notat Amat. *in Pantopol.* Edita ſunt = *Inſtitutionum omnium doctrinarum Syntaxis*. Cui acceſſit *Oratio*, ejus Argumenti exornativa, *Chryſoſtomi Marini Crotoniatæ*, itidem Carmelitæ, S. T. M. & Oratoris facundiſſimi, ex Amat. Conſenſiæ apud Andream Riccium MDCXIII. in 4. = *Ordinationes*, & *Exercitia quotidiana*. Ibid. apud eundem MDCXI. in 4 = *Trattato della Divinazione Naturale Coſmologica*. Neap. apud Lazarum Scorrigium MDCXV. in 4. = *Epiſtola de Terra mobilitate*. Ibid. eod. Anno. M. S. vero ſunt quædam Moralia, & Sholaſtica; que lectu Delio indigent Natatore; ſervanturque in Bibliotheca dicti Cœnobii Carmelitarum Montalti, in quo Paulus Antonius Ann. MDCXV. diem ſuum clauſit extremum: De eo late ſcribit Carolus Nardi in ſuis *Ociis Genial.* aliique pariter meminerunt.

## MARCUS AURELIUS SEVERINUS

*Clar. An. Ch. 1600.*

TAiſienſis, Philoſophus, Juriſconſultus, Medicus doctiſſimus, & omnigena eruditione admirandus. Natus An. MDLXXX. ſub optimis Præceptoribus tantum profecit, ut ad Philoſophiæ culmen evaderet. Neapoli Cathedraticus una ex ejus Urbis mirandis rebus Alienigenis fuit: quando eorum quidam ab Urbano VIII. interrogati: *Quid rari Neapoli*, unde venerant, *vidiſſent? Severinum*. Reſponderunt: ad quem plane inviſendum Litterati, qui ultra montes erant, confluebant; quibus cum univerſi ipſe erat ſumma familiaritate conjunctus.

Quem tamen Europa, quem ipſe Pontifex ſuſpexit, invidiæ petivere tela; & qui eandem cum Campanella doctrinam profitebatur, non poterat parem cum illo fortunam non ſuſtinere, iterum, nec ſine iterata calumnia de Violata Religione poſtulatus.

Sed enim a Philoſophicis ſtudiis, & ab ipſa Urbe Neapoli a Patruele ſuo in Patriam arceſſitus, & Juriſprudentiæ ſtudiis ſub Cæſare Scarlato, haud infimæ notæ J. C. addictus, brevi ad conſummationem uſque Operis attigit Diſciplinam; nam, ut ejus vitæ retulit Scriptor Georgius Volchomerus: *Ad hæc dum ſtudia incumbit, ſucciſivis horis Budæum æmulatus, luculentiſſima in Pandectas Commentaria concinnavit. Quæ a prepotenti dignitatis Viro Autori erepta, inani nunc prorſus ſpe ab Eriuditis deſiderantur*.

Quoniam autem ejus Monimenta recenſere cœpimus, & ejus Vitæ Autorem adeſſe meminimus, apud quem plura qui cupit egregia tanti ingenii facinora inveniet, ad reliqua ejuſdem ingenii monimenta recenſenda properemus.

„ Scripſit, igitur, quæ ſequuntur, & ſunt = Anatomiæ, & Chirurgiæ Vipera Pythia, ideſt de Viperæ Natura, Veneno, Medicina, Demonſtrationes, & Experimenta nova. *Patavii Typis Pauli Frambotti MDCLI. in* 4. = Therapeuta Neapolitanus, ideſt: Veni mecum Conſultor curandarum febrium, & internorum omnium morborum: incluſa Pædancone affectu peſtilente, ac Pueros præfocante, cum Commentario Clariſſ. Thomæ Bartholini Regis Danorum Archiatri. Quæ ſumma ſunt Terminus, & Cardo factitandæ neceſſariæ Medicinæ, Erecta de Scriptis M. Aurelii Severini. Addidit Gregorius Villanus Atripaldenſis, Utriuſque Medicinæ Doctor, Clariſſimi Viri Auditor, & Obſervator. *Neap. Typis Roberti Molli MDCLIII. in* 8. = Antiperipatias, hoc eſt adverſus Ariſtoteleos de Reſpiratione Piſcium Diatriba = De Piſcibus in

„ ſicco

Digitized by Google

„ ſicco viventibus Commentarius in Theophraſti Ereſii libellum hujus
„ argumenti = Phoca illuſtratus, ſcilicet Anatom. ſpectatus, & Philoſo-
„ phico Criterio examinatus = De Radio Turturis Marini, ejuſque vi,
„ medicina veneno &c. Neap. apud Hæredes Camilli Cavalli MDCLIX.

Opuſculum autem, qgod nominavimus: *Phoca Illuſtratus* Anatomicum αὐτοσχεδίασμα ſcripſerat Severinus Ann. MDXLV. & nuncupaverat Decem Viris clariſſimis, qui reflui in orbem ſanguinem aſſerebant: Guillelmo Harvejo Regis Angliæ Archiatro, Georgio Hent Londinenſi Scriptori, Natanieli Hicmoro Londinenſi Profeſſori, Hermanno Conringio Helmſtadienſi in Juliæ Academia Rei Medicæ Profeſſori, Thomæ Bartholino Gaſparis F., Regis Danorum Archiatro, Vernero Rolphinchio in Hienæ Academia Profeſſori, Johanni Van-Horn Lugdunobatavorum Profeſſori, Fortunato Pemplio Lovanii Practicæ Medicinæ Profeſſori, Guillelmo Erneſto Scheffero Aſclepiade Francſordienſi præcipuo, & Petro Caſtello in Gymnaſio Meſſanen Anteſignano Medicinæ Autori. Dividitur autem hoc
„ Opuſculum in VIII. Segmenta, ſuntque ſcilicet. I. Libri Commenda-
„ tio Decem Viris Clariſs. II. *Οὐρανο φυτεία*. i. *Cœlo receptus Phoca*. III.
„ Σπλαγχνοσκοπια. i. e. *Obſervatio corporis interioris*. IV. Φυσιολογία. i. e.
„ *Expoſitio Naturæ* (Phocæ). V. Μακρὀδυσεία. i. e. *Longa Urinatio* (Phocæ)
„ VI. Ἐκκάρπωσις. i. e. *Diſſertationis uſus expoſit*. VII. Πόρισμα. i. e. De
„ Arteriarum apud Harvejanos uſus. VIII. Peroratio. In calce cujus le-
„ gitur Epiſtola Severini *ad ſollertiſſimum Medicum Doctorem Janum Geor-*
„ *gium Valchomerum Pæonem alterum Reip. Norimbergenſis Amicum lectiſſi-*
„ *mum: De Radio Turturis Marinæ*.

Cæterum Catalogus Librorum Severini extat in principio Libri inſcripti: *Therapeuta*, eſtque ſequens:

*Nomenclator Meletematum, & Diatribarum Severini.*
*Edita Volumina ſunt aſteriſco notata* *

*Ex Phyſiologia.*

„ Phyſiogogica, & Emphytologica prima principia ſciendi demonſtra-
„ ta = Dimiatria = Phyſiognomia Medicinalis, & compar Ethophyſio-
„ gnomia diſtinctæ = Phyſica genuina Nicolai Cabei, cum IV. Meteo-
„ rologico, & Libro de Calore uno Severini = * Pneuſiheoria = * Pneu-
„ ſichthoſia *apud Joh. Albertum Tarinum* = * Cyrtologium Platonis in Ti-
„ meo, ſeu de contextis affabre ſub animantis ergaſtulo natis = * De Pi-
„ ſcibus in ſicco viventibus juſtus in Theophraſtum Ereſium Commenta-
„ rius = * Phoca Illuſtratus = * De Veneno radii Paſtinacæ Marinæ = * Vi-
„ pera Pythia, id eſt de Viperæ natura, veneno, medicina demonſtratio-
„ nes = Agyræma = Magirium naturale dioptra perluſtratum ejuſdem Se-
„ verini = * De Lapide fungifero = Divinatio, ſeu de Divinatione Re-
„ rum naturali.

*Ex Re Anatomica.*

„ * Zootomia Democritæa = Symbolæ Anatomicæ = Epidochæ di-
„ ſcuſſiones quattuor in totidem Anatomicas diſcuſſiones Julii Jaſolini Præ-
„ ceptoris = De Utero, & Fœtu, & reliqua anatome tum ordine com-
„ poſitivo, tum diviſivo.

*E Re Medica.*

„ * Agoſtimatias, quod alias de recondita abſceſſuum natura inſcri-
„ ptum eſt = Item alterius Tomi coagmentum cum figuris = Sciloma-

„ ſtix,

„ ſtix, ſeu de Phlebotome Salvatellæ = Conſultationum Medicinalium in „ utraque Rei Medicæ facultate Tom. III. = Anterotematum, ſeu Re- „ ſponſorum Medicinalium, & varia doctiſſimis amicis inſcripta Miſcella „ Tom. II. = * De Choccolata Indico Medicamento = Diſceptationes A- „ natomicæ, ac Medicæ = * Therapeuta Neapolitanus Venimecum inſcri- „ ptus Conſultor practicæ Medicinæ. Neap. excuſus ære Joh. Alberti Ta- „ rini = Nauſophthalmia, ſeu de vitiis oculi dignoſcendis, atque meden- „ dis = Chirurgia illuſtrata = * Efficax Medicina = * Chirurgia Trimem- „ bris = Chirurgia Authentica = Chirurgia Traumatica reſtituta. Ad quam „ acceſſerunt = Animadverſiones Chirurgicæ, & = Il Medico a roveſcio „ = Chirurgia inermis = Chirurgia Sholaſtica duplex: Major Minor = So- „ phiſtica Medicina detecta ſatyra pediſſequa Brancaleonis.

*Paraphraſes, & Exegeſes, ſeu Commentaria noſtra Principes in Autores.*

„ In Hippocratis Libros technicos ſingulos Commentaria, & in alios „ pleroſque Libros Indigitamenta = In Dioſcoridis Libri primi Proemium, „ & in reliquum de Medica Materia Paraphraſis, & Notæ tantum non „ abſolutum Opus = Pro Galeno Defenſiones adverſus Trallianum, Avi- „ cennam, Magnum Commentatorem = In Artis Galeni Medicæ Librum „ primum Diatriba = In Harvei Librum de Cordis, & Sanguinis motu, „ Analecta marginalia = Scribonii Largi Vita, & in ejuſdem Compoſitio- „ nes Adverſaria.

*In Rem Chirurgicam Commentaria, ex quibus Ars Chirurgica conflatur exegematica.*

„ In Librum de Ulceribus Hippocraticum Commentarius = Item in „ Librum de Ulceribus Capitis Hippocraticum Commentarius = Paraphra- „ ſis in Proemium Generale Celſi = Commentarius in V. de Re Medi- „ ca Celſi = In ejuſdem Autoris VIII. Libri Cap. IV. Paraphraſis = De „ Vulneribus Nervorum ex Galeno = In Avicennæ Tractatum de Ulce- „ ribus Metaphraſis = Item in Avicennam de Ulceribus generatim.

*Exoterica.*

„ Adverſus Aſtrologos Declamatio, adſcito Sexto noſtra Verſione = „ Præfationes, Laudationes, Teſtationes = Græciſmus derivatus, quo cum „ comprehenditur Grammatica Græca per Verborum ſpecies, ut Latina „ digeſta = Epiſtolarum Latinarum Centuriæ paulo tribus minore = Ju- „ venilia tum Carmine, tum Proſa genii gratia ſervata = Problematolo- „ gus varie contextus.

*Ex genere Logico.*

„ De Locis Dialecticis ex Rhodulpho Agricola = Rudimentum de „ Norma Repetitionis ab Auditoribus retinenda = De Methodis Doctri- „ narum ex Zabarella, & Capivacea cum Ariſtotelis Organi compilatio- „ ne conjunctæ Periochæ.

*Ex Phyſicis.*

„ Animadverſiones in Ariſtotelem de Calore nativo = De Rerum Or- „ tu ſimplici: De Elementis, de Generatione, de Miſtione.

Ora-

Digitized by Google

*Oratorii, e Poetici Argomenti nella volgar favella.*

„ Declamazioni contro i migliori Filoſofi, ed Oratori = La Galleria „ del Caſa, cioè delle bellezze, e degli artificj oſſervati nelle Rime di „ Monſignor della Caſa; con cui van congiunte = La Topica di Giulio „ Camillo dal Severino ricompilata, & = Un della Comedia Antica Trat- „ tato = La Filoſofia, ovvero il Perche degli Scacchi = * La Querela „ dell'(Et) accorciata.

Obiit Severinus An. MDCLVI. cum Peſtis Neap. graſſaretur; ſepultuſque in Eccleſia S. Blaſii ad Librarios. De eo multa, & magnifica ſcripſerunt Epiphanius Ferdinandus, Fortunius Licetus, Paulus Zacchias, Petrus Caſtellus, Johannes Nardius, Athanaſius Chircherius, Gaſpar Oſmannus, Ermandus Conringius, Johannes Veſtingius, Johannes Faber, Thomas Bartholinus, Guilelmus Harvejus, Laurentius Craſſus, Alphonſus Borellius, & alii. Cæterum concludendum cum Valchmero ejus Vitæ Scriptore, ut diximus: *Non perſequor ultra quamplurimos, inclytos Profeſſores, qui plenis Aurelium buccis extulerunt: hic equidem interſeco multa: Tu ſuſtine parumper moram, ducentos poſtmodum audies vi candoris, &, dictante veritate, graviſſimos, & optimos quoſque Viros mirum in modum Eulogos de Severino, Danos, Boruſſos, Anglos, Celtas, Allobrogas, Belgas &c. qui Templum honorum Aurelio noſtro conſtruxere.*

## FRANCISCUS A VALLE

Conſentinus Academicus Humoriſta Poeta Celebris: Cujus ſtylus *neque humilis* (ut de eo ſcribit Jan. Nyc. Erythr. *Pynach.* 1.) *neque vulgaris, ſed elatus, ac ſplendidus*: Et paulo ante: *Quoniam*, ait, *Academiæ Humoriſtarum facta eſt mentio, ſine piaculo præteriri non poteſt* Franciſcus Vallenſis Conſentinus, *qui tot annos, quot Romæ vixit, honeſtiſſimum illum Conventum, qui erat quaſi Theatrum illius ingenii, & ſuo frequenti ad eum acceſſu cohoneſtavit, & voce erudita, ac auribus Romanis digna, illuſtrem, ac nobilem reddidit*. Hinc Joh. Bapt. Marini, & Antonii Bruni, ævi ſui, qui in annum incidit MDCX. Poetarum Principum ſumma familiaritate uſus, cunctis, qui tum litteris inclareſcebant, in pretio erat. Tametſi autem, eodem teſte Erythræo, ingenio, & exercitatione aſſequutus eſſet, ut nemo eo celerius ſcriberet, neque majorem numerum Verſuum, fere ſine labore perficeret, nihilominus edidit breve Volumen, quod inſcribitur: *Poëſie di Franceſco della Valle Coſentino*. Romæ MDCXVIII. apud Joh. Georgium Razzi Edit. II. in 8. Unde corrigendus Amatus. qui illum Agellenſem fecerat. *Clar. An. Ch. 1610.*

## PETRUS VIGLIAROLUS

Stylenſis Poeta celebris, & Academicus *Ocioſus* ex Amat. Clar. Ann. MDCX. Edidit Opus inſcriptum: *Infelix Studens, ſeu de Infelici Studentium Vita*. Neap. An. MDCXVI. in 8. ex eod. Amat. *in Pantopol.* *Clar. An. Ch. 1610.*

## VINCENTIUS DE VIA

Conſentinus Ord. Minim. Vir eruditæ diligentiæ: plurimæ lectionis, & ſi quis alius, in Sacra, & Eccleſiaſtica Hiſtoria verſatiſſimus. Clar. An. MDCX. Edidit Opus cui tit. fecit: *De Carnium abſtinentia brevis Di-* *Clar. An. Ch. 1610.*



Digitized by Google

ſputatio, *in qua oſtenditur & plurimis Patrum auctoritatibus, & rationibus probatur a Chriſti adventu Apoſtolis, egregiiſque Viris carnibus veſci prohibitum fuiſſe*. Lugduni apud Joh. Pilleottem MDCXVIII. in 8. Meminit de hoc Opere Cor. a Lapid. eumque laudibus extollit, ubi *in Prophet. Minoribus* de Vita, & Victu Prophetarum loquitur: cumque illud male aliquot Critici exciperent, & quidam Jeſuita Hiſpanus acriter exuflaret: doctiſſima Apologia ſuſceptum argumentum ſuſtinuit: quam & ipſam in alio Opera inſervit, cui Titulum fecit: *Crux omnium Religionum, Aſperiorque Minimorum ab originali Cruce Chriſti effecta Cruciformis Religio, & ad primum exemplar expreſſa*. Edit. Bononiæ MDCXLV. apud Carolum Zenerum in fol. Quo Opera æqualis eruditiones tenorem ſervat, & ſe paris judicii, quod rariſſimum eſt, Criticum exhibet.

## JOH. FRANCISCUS TRANQUILLUS

*Clar. An. Ch.* 1610. PItienſis J. C. & Poeta clarus. Flor. Ann. MDCX. Edidit Tragœdiam inſcriptam: *La Cecilia*. Venet. apud Joh. Albert. MDCVI. in 12. = *Il Natale di N. S. Gesù Criſto Sacra Rappreſentazione, con due Intermedj*. Meſſanæ apud Joh. Franciſcum Biancum MDCXXX. in 8. ex Topp. in Bibl. in ſupplem. Remanſerunt ex eo M. S. = *Il S. Giorgio* = *S. Dorotea* = *La Reſurrezione di Criſto* = *S. Barbara*, & ipſa Opera Scænica. Item Poema Herticum ſuper Vita, & Morte S. Georgii, cum ingenti Volumine Variarum Rerum Aſceticarum. Ex M. S. Mart. & Hilar. Tranquill.

## NICOLAUS ANTONIUS MARINUS

*Clar. An. Ch.* 1610. PItienſis. Clar. An. MDCX. Edidit *Tragediam S. Georgii Martyris*. Ex M. S. Mart. Remanſit M. S. *Il Neania*, o *S. Procopio* ex Hilar. Tranquill. *Differt. de antiq. Neap.*

## HIERONYMUS RICCIULLUS

*Clar. An. Ch.* 1610. RUblonenſis J. C. clariſſimus ex Topp. Archigymnaſii Romani Cathedraticus, dein Epiſc. Belcaſtren. An. MDCXVI. De quo cum laude meminit Georgius Gualterius *in Tab. Sicil. & Calab.* Obiit Rublani MDCXXXVI. In cujus Tumulo legitur honorifica Inſcriptio, quam refert Topp. *in Biblioth.*

## IGNATIUS ADAMUS

*Clar. An. Ch.* 1610. RUblanenſis Presbyter valde eruditus. Clar. An. MDCX. Edidit Librum inſcriptum: *I Secoli delle Principeſſe*. Amſtelodami MDXCII. in 4. ex M. S. Mart. apud Act.

## SCIPIO PASCHALIS

*Clar. An. Ch.* 1610. COnſentinus Academicus Humoriſta Legatus Ferdinandi Gonzagæ Ducis Mantuæ ad Regem Hiſpan. dein Epiſc. Caſalenſis in Monteferrato Poeta, & Orator multi nominis. Clar. An. MDCX. Scripſit = *Le Rime* = *Orazione per l'Interdetto di Venezia* = *Orazione alli Principi Criſtiani per la guerra contro il Turco* = *Lezione ſopra le lagrime all'Accademia degli Umoriſti*. Quæ omnia curante Viro Erudititiſſimo Nicolao Amenta Neapolitano, prodierunt Venetiis MDCCIII. apud Hæredes Storti in 8. Item ſcripſit Latine Hiſtoriam Belli Montisferratenſis, quæ extat M. S. in Bi-

Biblioth. Vaticana, & Ducis Mantuæ. Obiit circa Ann. MDCXL. ætat. ſuæ anno circiter LIII. Laudant ejus Viri ingenium, & doctrinam Jan. Nyc. Erythr. in Pynacoth. 1. Caſpar Sciopp. *Lib.* 4. *Inſtit. Gramm.* Marin. *in Rithmis*, & alibi, Porphirius Felician. & alibi.

## CAMILLUS CONSTANTIUS

BOvalinenſis Soc. Jeſu Vir Litteris, & Pietate conſpicuus: in Japonia An. MDCXV. publice pro Chriſti Fide combuſtus. Sinice, & Japonice doctus. Scripſit *Annuas Litteras ex Japonia An. MDCXIII.* = *Annuas item ex Sinis MDCXIII.* = *Apologiam Fidei Chriſtianæ contra calumnias Gentilium Japonice* ex Alegamb. *in Biblioth. fol. LXVII.* *Clar. An. Ch.* 1610.

## JOH. BAPTISTA DE RUBEIS

BLaſienſis Philippi III. Regis Hiſpan. Aſtronomus, & Mathematicus celeberrimus ex Maraf. & Pariſ. Clar. An. MDCX. *Clar. An. Ch.* 1610.

## CAROLUS PALERMINUS

TRebiſatienſis Poeta non inſuavis. Clar. An. MDCX. Edidit: *L'Amore Trionfante Favola Paſtorale*. Neap. apud Scipionem Boninum in 12. ex Amat. *Clar. An. Ch.* 1610.

## SILVESTER POLITUS

RHeginus Ord. Prædic. S. T. M. dictus ante Monachiſmum Marcus Antonius, ut Topp. notat; eratque Medicus celebris. Clar. An. MDCX. Scripſit: *Chronicon Rheginum* editum Meſſanæ MDCXVIII. ex Zuccalà; quod laudat Saccus in ſuo *Hippic. Lib. II. fol. XXXVI.* & alii; & = *Tragœdiam S. Stephani Epiſcopi Rhegini, & Sociorum ejus*. Ibid. apud Petrum Bream in 8. *Clar. An. Ch.* 1610.

## PETRUS PAULUS NAVARRUS

LAenſis Soc. Jeſu Theologus doctiſſimus: Japonice etiam doctus. Clar. An. MDCX. Edidit: *Un' Apologia per la Fede Criſtiana contro le calunnie de' Gentili*, & = *Vertit in Linguam Japonicam Opus Antonii Spinelli Soc. Jeſ.* inſcriptum: *Maria Deipara Thronus Dei*. Ex Alegamb. *in Biblioth.* fol. CCCXCII. In Japonia Martyr occubuit An. MDCXXII. *Clar. An. Ch.* 1610.

## JOH. ANTONIUS MARTELLINUS

ARocellenſis Philoſophus, & Medicus celebris. Clar. An. MDCX. Scripſit Librum *De Nutriendis Bombycibus* ex M. S. Gualt. *Clar. An. Ch.* 1610.

## ROGERIUS CARBONELLUS

CAtacenſis Canonicus ejus Eccleſiæ Vir eruditiſs. Clar. An. MDCXIII. Scripſit *Hiſtoriam Triſchenes* ab Ughell. editam Tom. IX. Scripſit & alia multa, quæ extant M. S. Neap. in Biblioth. S. Joh. ad Carbonar. ex Acet. *Clar. An. Ch.* 1610.



Digitized by Google

## JOH. BAPT. CARNEVALIUS

Clar. An. Ch. 1610. STylenſis Medicus doctiſſimus. Flor. An. MDCX. Edidit: *De Epidemico ſtrangulatorio affectu*. Neap. MDCXX. in 4. Meminit Vander. *de Script. Medic.* & Topp.

## MAURITIUS BARACCHA

Clar. An. Ch. 1610. COnſentinus Eques Hieroſolymitanus. Clar. An. MDCX. Edidit Librum plurium Comœdiarum genialium. Neap. MDCXV. apud Demetrium Caſtaldum in 4.

## JULIUS BERLINGERIUS

Clar. An. Ch. 1610. BAdolatenſis J. C. & Cathedraticus Neap. Clar. Ann. MDCX. Hic in Congregat. Oratorii aſcriptus, duo ſuorum ſermonum, qua in re eminebat, Volumina M. S. reliquit, quæ ſervantur in Bibliotheca ejus Congregat. ex Topp. Obiit An. MDCXXII.

## BONAVENTURA CAMPAGNA

Clar. An. Ch. 1610. RHeginus Inſtit. Capucinus. Clar. An. MDCX. Scripſit *Chronicon Capucinorum cum Vitis multorum ſui Ordinis Virorum. S. Vitæ.* Ex Gualt. Cap. XV. Opus hoc extat M. S. in Biblioth. Capucin. Rhegii.

## JOH. ANGELUS SPAGNOLIUS

Clar. An. Ch. 1610. RHeginus ejuſque Urbis Archidiaconus. Clar. Ann. MDCX. Scripſit *Chronicon de Rebus Rheginis a Creatione Mundi, uſque ad Ann. Ch. MDCXXV.* Quod in Monaſterio Franciſcanorum ejuſdem Urbis ſervatur. Meminit de eo Cornelio a Lapide *in cap. ult. Act. Apoſt.*

## AUGUSTINUS DE BENEDICTIS

Clar. An. Ch. 1610. BEſidienſis Ordinis Minim. Flor. An. MDCX. Edidit: *Le Lezioni, ovvero Diſcorſi ſopra la Magnificat.* Florentiæ apud Joh. Antonium Cancum MDCXII. in 4.

## JOH. BAPTISTA BOVIUS

Clar. An. Ch. 1610. RHeginus Juriſconſultus celebris. Edidit Tractatum *De Statutaria Urbis Præſcriptione.* Neap. An. MDCX. in 8. ex Topp. Clar. eodem anno.

## JULIUS CÆSAR BARRICELLUS

Clar. An. Ch. 1610. MArcopolitanus Philoſophus, & Medicus inſignis. Clar. Ann. MDCX. Ejus Munimenta a Wander Linden *de Script. Medic.* hæc notantur „ = *Julii Cæſaris Barricelli a S. Marco* = *De Hydronoſa Natura*, ſive ſu„ dore humani corporis Lib. IV. In quibus non ſolum de Origine, Diffe„ rentiis, & Præſagio, verum atque de Uſu, Apparatu, & Curatione Su„ dorum diſſeritur. *Neap. apud Lazarum Scorrigium MDCXIV. in* 4. = *Hor„ tulus Genialis:* ſive Arcanorum valde admirabilium tam in Arte Medi„ ca, quam reliqua Philoſophia Compendium Curioſis Naturæ Scrutato„ ribus

Digitized by Google

„ ribus lectu tam utile, quam jucundum. *Coloniæ apud* [illegible] *m Smiz*
„ *MDCXX. in* 12. *Genevæ apud Philippum Albert MDCX*[illegible]. Huic
„ editioni acceſſit Arnoldi Freitagii Liber de Exculentor[illegible]ulento-
„ rumque Facultatibus = *De Lactis*, *Seri*, *&* *Butyri facultati*[illegible], *& uſu.*
„ Opuſcula tum jucunda, tum utilia; in quibus pleraque præter M[illegible]dico-
„ rum communium opinionem, notatu digna examinantur. Ac[illegible]ſſit in
„ fine = *De Chimico Butyro* non inutilis *Commentarius*. *Neap. apud Laza-*
„ *rum Scorrigium An. MDCIII. in* 4. Hactenus Linden.

Hunc Toppius nititur Calabriæ adimere, & Beneventanis aſcribere; ſed Benevalentibus non eſt opus Medico invite veniente, & obtorto collo pertracto. Cæterum Toppius Auctor incomitatus accedit; Scriptoribus vero noſtratibus, una cum laudato Linden, & Paciucchell. in ſua Regni Neap. Proſpect. v. *Sammarcum*, reliqui omnes Barricello vindicando accedunt, & ſuffragantur.

## Q. TIBERIUS ANGELERIUS

BOliſfortenſis Philoſophus, & Medicus celebris. Clar. An. MDCX. Hunc ab Rege Hiſpaniarum in Sardiniam miſſum, ob peſtem ibi graſſantem, Librum ibidem edidiſſe *De Peſte*, ſcribit in ſuo M. S. Gualt. *Clar. An. Ch.* 1610.

## FRANCISCUS AMICUS

COnſentinus Soc. Jeſu Theologus Vir impenſe doctus: quicquid eum ſugillent Montaltius, & Wendrochius: candidiſſimis moribus ornatus, & ſimplicitate quadam præditus, quam idem mox, ut ſcribit Alegamb. *in Biblioth.* fol. CXIII. Evangelicâ prudentiâ temperabat. Clar. An. MDCX. Præfuit Collegio Viennenſi ſui Ordinis in Auſtria circiter novennium, poſtquam Cancellarius Academiæ Gracenſis in Stiria quinquennio fuiſſet. Scripſit = *Curſus Theologici juxta Scholaſticam hujus temporis Soc. Jeſu Methodum Tom. I. De Deo Uno*, *&* *Trino*. Ediditque Viennæ Auſtriæ apud Gaſparem Rath MDCXXX. in fol. = *Tom. II. De Natura Angelorum*, *eorumque proprietatibus*. Antuerpiæ Typis Belleri MDCXXXVII. in fol. Sed & integrum Opus IX. diſtinctum Voluminibus in fol. prodiit iterum Antuerpiæ Anno MDCL. apud Leſteric, & rurſum Duaci in VIII. Volum. in fol. apud Balthaſarem Bellerum. Cujus Operis Tractatus de *Juſtitia*, *et Jure*, qui extat in Vol. V. prohibetur donec corrigatur propter Theſim: *Licet Clerico*, *vel Religioſo calumniatorem gravia crimina de ſe*, *vel de ſua Religione ſpargere minitantem*, *occidere*, *quando alius defendendi modus non ſuppetit*. Quæ licet a Caramuele excepta ſit; cum tamen ab Alex. VII. merito damnaretur, Ludovicus Montaltius ea in re, non male in Amicum noſtrum, ſeptima ejus Epiſtolâ ex Provincialibus, quas edidit, genuinum confregit. *Clar. An. Ch.* 1610.

## DOMINICUS A MONTELIONE

HIpponicenſis, quæ Civitas Montelionum dicitur, Minorita Eruditus. Clar. An. MDCX. Edidit: Un *Trattato dello Stato Vedovile*, *nel quale ſi moſtra di quanta gran perfezione*, *e merito ſia il conſervare in tale ſtato il prezioſo teſoro della caſtità*. Romæ Ann. MDCXVI. apud Andream Fei in 8. *Clar. An. Ch.* 1610.

OCTA-

Digitized by Google

## OCTAVIUS GLORITIUS

*Clar. An. Ch.* 1610. TRopæenſis. Vixit An. MDCX. Edidit Comediam inſcriptam: *Impreſe di Amore*. Venet. apud Joh. Albertum MDCVII. in 12. Meminit de eo Toppius *in Biblioth.*

## IOH. ANDREA DE GEORGIO

*Clar. An. Ch.* 1610. NUcerinus J. C. doctiſſimus, Reg. Conſiliarius, & Cathedraticus Feudorum Neap. Claruit An. MDCVIII. Ejus Opera Legalia, & poſthuma ſunt: *La Repetizione al Cap. Imperialem de Prohibita Feudi alienat. per Frideric.* = *Le Alleganze, con le annotazioni di Ottavio Bilotta ſuo Nipote*. Neap. apud Jacobum Gaffarum MDCLIV. in duobus Volum. in fol Obiit An. MDCXXV.

## JOH. BAPT. GREGORACIUS

*Clar. An. Ch.* 1610. STylenſis Poeta. Clar. An. MDCX. Edidit Comœdiam inſcriptam *Doralicem*. Neap. apud Joh. Bapt. Garbanum, & Lucretium Nuccium MDCXI. in 12.

## JACOBUS GRÆCUS

*Clar. An. Ch.* 1610. SYllanenſis Ord. Ciſterc. S.T.M. Clar. An. MDCX. Edidit Opus inſcriptum: *Joachimi Abbatis Florentis Ordinis Chronologia*. Conſenſiæ apud Andream Riccium MDCXII. in 12.

## THOMAS CAMPANELLA

*Clar. An. Ch.* 1610. STenianenſis in Diœceſi Stylenſi Ord. Prædicat. Natus V. Sept. MDLXVIII. *Ardentis, & portentoſi Vir ingenii* ex Gabriele Naudæo *in Biblioth. Polit.*: *Stupendi*, ſimul, *& portentoſi* ex Conring. *Incomparabilis* ex Caſarello. Exiguo vero judicio præditus, moderationiſque, ac ſoliditatis indignus habitus ex Morer. *in Dictionar.* Quippe qui ob ſingularem doctrinam cum invidiam ſibi conflaſſet, licet iterum apud Inquiſitores delatus, quaſi illam ex Inferorum fontibus hauſiſſet, reddita doctrinæ ſuæ hujuſce ratione, abſolveretur, Neapoli tamen, ut Koning narrat, Perduellionis Reus factus, quod Regnum hoſtibus prodere conaretur, conjectus in carcerem XXV. annis in eo miſerrime tractatus eſt, donec vinculis elapſus in Galliam, tanquam in portum confugeret.

Atque in Gallia quidem. extentis, ut inquiunt, ulnis, exceptus eſt: *Singulares, ſi quidem* (notat Jacobus Caſarellus in Præfat. Librorum Medicinal. Campanell.) *quas maxime Viri dotes ſunt demirati Noſtrates Galli, dulciſſima quamprimum illius gaudebant præſentia. Audio namque* (addit) *illum Româ diſceſſiſſe, Galliaſque petere. Faxit Deus, Opt. Max. ut tanti ſolis aliquando lumine fruatur Regio noſtra* &c.

Porro Cardinalem Richelium magna in eum beneficia contuliſſe teſtatur Morer: quodque imprimis Ludovico XIII. Regi, cunctiſque Regni illius Proceribus, quoad vixit acceptiſſimus extiterit, ſcripſit laudat. Koning: quin & ejuſdem Regis Conſiliarium intimum creatum narrat Toppius. Cum enim ejus doctrina, quam antea Neapoli, Romæ, Piſis, moxque Pariſiis docere cœperat, nova eſſet, & ab aliis inaudita, atque inexcogitata: *Scripſit*, notat de eo Leo Allatius *in Ap. Urb.*, *ab anno ætatis vice-*

*viceſimo, non quæ ab aliis ſcripta erant, ſed in hoc incumbens, ut nova in omnibus fere Scientiis excogitaret.* Et Janus Nic. Erythr. *in Pinacoth.: Scripſit ingens Opus*, ait, *de Reformatione Scientiarum, decem in Codices diviſum, quorum ſinguli plures in partes diſtribuuntur, unde nihil acutiſſimo ingenio homini tam fuiſſe propoſitum apparet, quam relictis veteribus viis, ad omnium Scientiarum notitiam, novum, atque directum iter aperire*; hinc ipſa quoque novitate ejus, quam dicebamus, doctrina acceptior erat, & ipſe acceptiſſimus.

Quoniam autem cum Jano Nic. Erythræo in ejus Operum mentionem incidimus, ad hæc ipſa recenſenda, quod noſtri argumenti eſt, tranſeamus. Atque horum Operum quidem partim edita ſunt, partim extant M. S. Manuſcriptorum autem multa apud Antonium Magliabechium extitiſſe narrat Nicodemus; omnium vero tum M. S. tum editorum Indicem ad Gabrielem Naudæum idem Campanella conſcripſit, diſtinto Libro comprehenſum: qui Liber editus eſt ſub hoc Titulo: *Thomæ Campanellæ De Libris propriis, & recta ratione ſtudendi ſyntagma ad Gabrielem Naudæum Pariſienſem*. Pariſiis MDCXLII. in 8. Reperiturque Amſtelodami reimpreſſus An. MDCXLVI. una cum Volumine, cui Titulus eſt: *Hugonis Grotii, & aliorum Diſſertationes de Studiis inſtituendis*. Ut ſi quando in eo Indice, ſeu Libro Pariſiis, & Amſtelodami impreſſo, aliquod ipſius Campanellæ Opus non reperiatur, ſtatim ipſum in altero Indice, qui una cum præfatis M. S. apud dictum Magliabechium repertus, diligentia ejuſdem Nicodemi, *in addit. ad Toppium* editus eſt, notatum Lector inveniet. Igitur nos in re valde prolixa, & de qua diſtinctus Liber prodierit, ne quod Lectoribus noſtris tædium ingeneremus, duntaxat ſumma capita omnium prædictorum Operum Campanellæ adnotaſſe ſatis eſſe putamus; quæ quidem ſunt hæc.

„ Philoſophia Rationalis in quinque partes diviſa; in = Grammaticam = Dialecticam = Rhetoricam = Poeticam = & Hiſtoriographiam „ = Prodromus ad Phyſiologiam = Philoſophia Realis quattuor partibus „ comprehenſa, videlicet = Phyſiologia = Ethica = Politica = & OEco- „ nomica. Quibus additur = Idea optimæ Reip. quæ vocatur: *Civitas* „ *Solis*. De qua Naudæus: *Dum in tenebris*, ait, *& pædore carceris vitam traduceret, Civitatem Solis delineavit*. Cui addit Conring. *ſine omni Librorum auxilio, ea cogitationum novitate* (ſequitur Naudæus) *& ſublimitate ſenſuum, ut præter Philoſophicas ſpeculationes, multa etiam contineat, queis Reſpublicæ melius adminiſtrari poſſent, & homines ipſi meliores evaderent*. Hæc illi: Nunc ſequitur Index = Quæſtiones in Epilogiſmum ad- „ verſus Sectarios Antiquiores, & Modernos pro eadem Philoſophia ſtabi- „ lienda = Philoſophia ſenſibus demonſtrata adverſus M. Antonii Martæ „ Pugnaculum pro Ariſtotele in Thyleſium = Philoſophia practica in tres „ partes diſtincta: quarum prima continet = Rerum Medicinalium Li- „ bros VII. de quibus Gaſſarellus ~~in Præfat.~~ *Novos hos*, inquit, *proculdubio appellabis conatus, cum ii novis omnino ſint fulti principiis, habeantque fere innumera (procul jactantia dictis) quæ Medicorum mentis aciem ef-* „ *fugerent* = Secunda, & Tertia Secreta Naturæ = De Senſu Rerum, & „ = Magia Lib. IV. = Philoſophia Communis, ſive Metaphyſica iu tres „ partes diviſa = Philoſophia Divina XXX. Libris comprehenſa, ubi o- „ mnium Nationum Theologia examinatur = Theologia Practica pro „ Converſione Nationum, ad veram Fidem; in qua habetur = Atheiſmus „ triumphatus = Liber ſub Titulo: Quod reminiſcentur, & convertentur „ Univerſi fines Terræ. Quadripartitus ad magnas Mundi Nationes: Ju- „ daicam, Gentilem, & Mahomettanam = Monarchia Meſſiæ pro Juri-

„ bus

„ bus Pontificis, & Principum agnoſcendis, & retinendis = De Monar-
„ chia Chriſtianorum inſtauranda = Aſtronomia, cum examine Tychonis,
„ Copernici, & Ptolomæi = Articuli Prophetales, ſive Apologia pro ſe-
„ ipſo de Perduellionis crimine accuſato = Coſmographia ſecundum ve-
„ ram artem = Praxis Politica, ſive de Monarchia Hiſpanica = De Mo-
„ narchia Chriſtiana recuperanda = De congregando ſub unum Paſtorem
„ Orbe toto per modos non obnoxios Principum contradictionibus = Phi-
„ loſophia Pythagoreorum = Cantica Italica Lingua de ſua Philoſophia.
*Ex his Tobias Adami nonnulla Poemata ſelegit, quæ ſub nomine Septimon-
tani Squillas edita ſunt in* 4. = Apologia de Venarum, Nervorum, Arte-
„ riarum origine = Syntagma de Rei Equeſtris præſtantia = Dialogus de
„ Ratione convincendi Hæreticos noſtri temporis = Tragœdia Mariæ Sco-
„ torum Reginæ = Liber de Conceptione Virginis = De Regimine Re-
„ gni Naapolitani = Conſultatio pro ejuſdem Regni Cenſu = Defenſio
„ Summi Pontificis adverſus ejus Oppugnatores = Opuſculum de Peſte
„ Colonienſe = Apologia pro Libro Antonii Perſii de Potu Calido = Alia
„ pro carminibus Virgilii Cæſarini in nuptiis Principis Ludoviſii = Opu-
„ ſculum de Aſſiſtentia DD. Cardinalium in Curia = Quod libertas ſub
„ Papatu major eſt, quam ſub alio quovis Principatu = Concilium Pole-
„ micum quomodo pauci adverſus plures pugnare, & vincere poſſint = De
„ Philoſophia Gentilium non retinenda = Apologia pro Scholis Piis = Ex-
„ poſitio Cap. IX. Epiſtolæ ad Romanos = De Aulicorum Technis = Ora-
„ tiones de Laudibus D. Thomæ = Liber de Prædeſtinatione, Reprobatio-
„ ne, & Auxiliis Divinæ Gratiæ. Cento Thomiſticus = Ecloga in Na-
„ tivitatem Delphini Galliæ. Horum Operum major pars Romæ, Nea-
poli, Pariſiis, Francofurti, Amſtelodami edita eſt ex Allat. *in Ap. Urban.*
pag. CCXLI. & CCXLII. Toppio *in Biblioth.* Nicodem. *in Addit. ad di-
ctum Topp.* & alios.

„ In M. S. vero recenſentur = Epilogo di quello, che della Natura
„ delle coſe ha filoſofato, e diſputato Fr. Tommaſo Campanella Servo di
„ Dio = Della Credenza, Diſcredenza, Opinione &c. Magia del Campa-
„ nella = Della Monarchia = Epiſtola Sociorum, & Parentum Fr. Thomæ
„ Campanellæ = Prattica dell' Eſtaſi Filoſofica (*De hoc Tractatu dubitant
„ Critici an ſit Campanellæ*) = Concetti Metodoci, & Ammaeſtramenti
„ Politici di Fr. Tommaſo Campanella = Diſcorſo a' Principi d' Italia,
„ che non debbon contradire alla Monarchia di Spagna &c = Dialogo
„ Politico contro i Luterani, Calviniſti, ed altri Eretici &c. (*Extat hic
„ Dialogus in Bibliotheca Cæſarea Viennæ*) = Riconoſcimento Filoſofico
„ della Religione Cattolica contro l'Anticriſtianiſſimo Macchiavelleſco (*Ex-
„ tat apud Gaſparem Scioppium ex Nicodemo*) = Metodo di convertire i
„ Gentili dell' Indie Orientali, ed Occidentali alla Fede Cattolica colla
„ ragione comune, e coi principj delle propie Sette, non credendo all'au-
„ torità = Ragionamento ai Veneziani per l'oſſequio dovuto al Papa =
„ Diſcorſi a' medeſimi ſopra lo ſteſſo ſuggetto = Diſcorſi Aſtrologici a'
„ medeſimi per la ſteſſa materia = Chiare Segreta delle Profezie della Sa-
„ cra Scrittura ſopra tutte le Nazioni, ed in particolare dell' imminente
„ rovina di Venezia = De Epiſcopo Liber unus = Apologia pro Philoſo-
„ phis M. Græciæ ad S. Officium = De Inſomniis Liber unus = De In-
„ veſtigatione Rerum = Un Trattato grande dell'Arte Cavalereſca = Un
„ Diſcorſo a' Veneziani richieſto da loro ſe dovevano laſciar parlare in
„ lingua ſtraniera, e non Veneziana gli Ambaſciatori Spagnuoli, e Fran-
„ ceſi nel loro Senato = Tractatus duo Cur Sapientes, & Prophetæ Na-
„ tionum omnium in magnis temporum articulis fere omnes Rebellionis,
„ & Hæ-

Digitized by Google

„ & Hæreſis tanquam proprio crimine notentur, mortique violentæ ſub-
„ jaceant, & poſtmodum cultu, & Religione reviviſcant.

Sunt & alia, quæ in eo, quod diximus, ipſius Campanellæ ad Naudæum Opuſculo, & in præfato ejus Operum Indice M. S. qui apud Magliabechium erat, videri poterunt. Cæterum: *Alia etiam*, notat Leo Allatius l. c. *ſub ejus nomine circumferuntur* = Apologia pro Galilæo de Motu Terræ. *Francofurti apud Tarabachium in* 4. = De Senſu Rerum, & Magia Lib. IV. *Ibidem apud eundem in* 4. = Aſtrologicorum Lib. VII. *Lugduni MDCXXIX. in* 4. = De Monarchia Hiſpanica Diſcurſus. *Amſtelodami MDCXL. in* 12. *Hæc tamen, cum ab aliis, inſcio Autore, & in multis etiam invito, in vulgus emiſſa ſint, ſpuria a propriis, vitioſa, & corrupta a puris, & incorruptis ejuſdemmet Campanellæ Syntagmate De Libris propriis, tantopere a Viris Doctis expectato, facile poterunt internoſci. De cujus etiam Libris ſcripſit Paulus Gualterius Terranovanus in Addit. ſuis ad Librum Conſtantini Laſcaris De Philoſophis Calabris*. Hæc Allat.

Obiit Campanella Pariſiis VIII. Kal. Decembris MDCXXXIX. ætat. ſuæ ann. LXXI. & Regiâ pompâ ſepultus eſt. Fuit ſtaturæ proceræ, optimique temperamenti: Caput habebat Æſopium, peponis inſtar, variis ſegmentis diſtinctum: Capillos hiſpidos, Oculoſque caſtaneos. Ejus Effigies a celebri artifice Franciſco Cozza Concive ſuo, & Conſanguineo depicta, Romæ in Cajetana Pinacotheca ſervatur. De eo, ſi Scriptorum elogia velim addere, Volumen, ut Nicodemus ait, conficeretur: quando unus Naudæus Librum de Campanella compoſuit, qui paſſim circumfertur. Sufficiat, igitur, compoſita ab Johanne Benedicto Perazzo Veneto in præfatam illius effigiem carmina a Popeblount *in Cenſ. Celeb. Aut.* notata, heic coronidis vice retuliſſe:

*Exprimit elatæ ſat nomen mentis abyſſum*
*Exprimit agnomen fama; & ubique ſonum.*
*Multiplici partum portendit Cudice plauſum,*
*Quam cupide eximii cernis Imago Viri.*
*Numinis Oſores perdit, fiduſque revelat*
*Abdita quæque Polo, condita quæve ſolo.*
*Calluit ingenio cunctas omniſcius artes;*
*Fit Cous Medicis; eſt & Apollo Cycnis.*

## FELIX DE MAIDA

MAidanus Ordinis Minimorum Theologus, & Poeta. Clar. An. MDCXX. Edidit heroico carmine Opus, cui titulum nuncupavit. *Le Lagrime della Maddalena, e di S. Pietro Apoſtolo*. Ex Topp. *in Biblioth.* *Clar. An. Ch. 1620.*

## FRANCISCUS CEREUS

MAidanus Ord. Minim. Generalis, dein Epiſcopus Lavellen. Theologus celebris. Clar. An. MDCXX. Scripſit duo Volumina: Alterum *Sanctilogia*: Alterum *Dominicalia* nuncupatum, quæ tum extare M. S. apud Franciſcum de Longobardo ſcripſit Topp. *Clar. An. Ch. 1620.*

## CORNELIUS AJELLUS

*Clar. An. Ch. 1640.* CRotoniata. Claruit Anno MDCXL. Edidit: *De Sacramentis Tom. II.* in fol. Neap. apud Matthæum Nuccium MDCXLVI. Scripſit præterea Tom. II. De Sacramento Euchariſtiæ = Tom. I. Soliloquiorum „ erga Deiparam, & alios Cœlites = Tom. II. Homiliarum ſecundum „ Matthæum = Tom. I. Variorum Opuſculorum Aſceticorum = De Sa- „ cramento Confirmationis Tom. III. = Sermonum in aliquos Pſalmos, „ & præcipuas ſolemnitates Deiparæ, & aliorum Sanctorum Tom. I. = De „ Æterna Beatitudine Librum unum = Sententiarum Librum unum = De „ Vitio Superbiæ Librum unum = De Deo diligendo Librum unum = De „ Vita contemplativa Librum unum = De Adam, & Eva Librum unum „ = De Virgine Maria Libros tres = De Laudibus Carthuſianæ Religio- „ nis Tom. I. in fol. Omnia hæc M. S. vidiſſe ſe in Carthuſia Neapoli- „ tana Toppius ſcribit.

## JOH. BAPT. DE NOLA MOLISIUS

*Clar. An. Ch. 1640.* CRotoniata. Clar. An. MDCXL. Edidit: *La Cronica dell' Antichiſsima, e Nobiliſſima Città di Cotrone, e della M. Grecia*. Neap. apud Franciſcum Savium MDCXLIX. in 4.

## PAULUS ALAGONA

*Clar. An. Ch. 1640.* RHeginus Cler. Reg. Theat. Clar. Ann. MDCXL. Edidit: *Allegationes in Jure Principis, et Regularium*. Veronæ apud Franciſcum de Rubeis MDCXLIV. in 4. ex Silos *Tom. III.* Item = *Librorum ad ſcientiam de natura actinentium*. Venet. apud Hæredes Franciſci de Franciſcis MDCL. in 4.

## FRANCISCUS MAJORANA

*Clar. An. Ch. 1640.* RHeginus Ord. Minim. Philoſophus, & Theologus celebris ex Topp. Clar. An. MDCXL. Edidit: *Lavacrum Sacramentale*. Meſſanæ apud Jacobum Matthæum MDCXLIII. in 4. = *Promptuarium Sacramentorum* MDCXLIV. in 4.

## JOH. ALPHONSUS BORELLIUS

*Clar. An. Ch. 1650.* AGathenſis quod Oppidum vetuſtiſſimum juxta Rhegium eſt: Medicus, & Philoſophus, ac in Matheſeos Inſtitutis nulli ſecundus. Claruit An. MDCL. Docuit publice Meſſanæ, Neapoli, & Piſis. Romæ quoque arceſſitus a Chriſtina Suecorum Regina, multos Auditores habuit.

Scripſit multa Latine, & Italice vario Idiomate, ſed eodem ſublimiſſimi ſtyli tenore, eadem penitus gravitate. Omnia ſic numerat Acetus: *Euclide reſtituto*. Edit. Piſis MDCLVIII. in 4. = *Teorica de' Pianeti Medicei.*

Digitized by Google

*cei*. Florentiæ cuſum Opus MDCLXVI. in 4. recuſum Amſtelodami = *De vi Percuſſionis*. Edit. Bononiæ MDCLXVII. in 4. = *Iſtoria dell' Incendio di Mongibello*. Rhegii MDCLXX. in 4 = *De Motu Animalium*. Romæ MDCLXXX. in 4. & reimpreſs Amſtelodami.

Obiit Romæ Ann. MDCLXXXVIII. cum hoſpes apud Cler. Regul. Scholarum Piarum S. Pantaleonis moraretur, ſenio confectus.

Quod Borellius primum Meſſanæ docuiſſe, hinc fluxit Siculorum plagium, quo illum Meſſanæ aſcribunt, ſed fruſtra: nam extat in *Progymnaſmo* Thomæ Cornelii Viri noſtratis Epiſtola quædam, ſub nomine M.Aurelii Severini pariter noſtratis, ad Borellium conſcripta, qua illum *Municipem ſuum* Thomas Cornelius appellat, & *Timæum Locrenſem*. Et Thomas Acetus ſcribit in ſuis *ad Barrium Annotat.* Vidiſſe ſe Romæ, ubi qui in Regno noſtro naſcuntur *Regnicolæ*, & *Neapolitani* promiſcue audiunt, Borellii Iconem ære inſculptam, cum Epigraphe: *Johannes, Alphonſus Borellius Neapolitanus*. Imo Dominicus Martyr Borellio Synchronus exerte hunc ipſum Agathenſem fuiſſe teſtatur in M. S. Ex quibus præfatum Siculorum plagium omnino exufflatur neceſſe eſt.

## FRANCISCUS PRESTE Junior

Longobardenſis, Ord. Minim. alterius Franciſci Preſte, de quo dictum eſt, Nepos. Clar. An. MDCL. Edidit = *Brieve modo di far Orazione mentale*. Romæ apud Franciſcum Monetam MDCXLVIII. in 12. = *Inſignior Thaumaturgi Solis Zodiacus Divo Franciſco a Paula Minorum Patriarchæ Elogium*. Ibidem apud Franciſcum Albertum Tani MDCLXXII. in 4. Reliquit M. S. = *La Regola del Terz' Ordine di S. Franceſco di Paola, con alcune conſiderazioni* = *Il Teatro dell' Ordine de' Minimi, diviſo in più Libri* = *Calabria Sacra, cioè Vita de' Santi, Beati, e Venerabili di quelle Provincie* ex Topp. *Clar. An. Ch. 1650.*

## PHILIPPUS GUERRA

COElicenſis Ord. Minorum Philoſophus, & Theologus ſatis doctus. Claruit An. MDCL. Edidit Tom. II. Alterum continet *Axiomata Philoſophica, et Medica*. Alterum *Axiomata Phyſiognomonica, et Moralia*. Romæ apud Jacobum Dragonellum MDCLXVII. in 8. Corrigendi Toppius, & Acetus, qui Philippum cum Matthæo Guerra confundunt; nam poſtremus hic, prioris quidem Gentilis fuit Epiſcopus Fundanus Theologus multi nominis, qui Tridentinæ Synodo interfuit. De quo vid. Ughell. *Clar. An. Ch. 1650.*

## PYRRHUS SCHETTINUS

APrilianenſis Canonicus Conſentinus, ævo ſuo, qui in An. incidit MDCL. Italicæ Poeſis Inſtaurator celebratiſſimus ex Autore *Hiſt. Civ. Regni Neap. Lib. XXXIV.* & Giacchio in *Orat. Funeb. in Obitu Cajetani Argenti:* De quo mira deprędicat Creſcimben. in ſua *Hiſt. Vulg. Poeſ.* Multa cecinit, etiam Latine, propter quæ magnis amicitiis inclaruit; ſed moriens haud dixerim, Virgilium imitatus, qui Æneidem ſuam Urſino Fœtui comparans, comburi juſſerat, ſed potius Eccleſiaſticam veritus dignitatem, cui ſua non videbantur congruere Poemata, & ipſa comburi præcepit. Vix, igitur, faventibus, ut ita dixerim, Muſis, aliquot ex eis reperta prodierunt ſub Epigraphe: *Poeſie di Pirro Schettini*. Neap. MDCXCII. & iterum ibid. apud Dominicum Parrinum, una cum Poemat. Galeatii de Tarſia *Clar. An. Ch. 1650.*

ſia MDCCXVI. in 4. ſuperſunt & alia M. S. apud Hæredes Agnelli Comi Patritii Neapolit.

## MANILIUS PLANTEDIUS

*Clar. An. Ch.* 1650. COnſentinus Hiſtoricus. Clar. Ann. MDCL. Hic *Franciſci Guicciardini* celebrem quidem *Hiſtoriam*, ſed ea prolixitate notatam, quam vellicat Boccalinus, *in Epitome redegit*, prodiitque Venetiis apud Nicolaum Pezzanam MDCLXXI. & iterum Florentiæ apud Maſſium, & Landum in 4.

## ROBERTUS MIRABELLUS

*Clar. An. Ch.* 1650. SYllanenſis Soc. Jeſu Theologus ſatis doctus. Clar. An. MDCL. Edidit Romæ ſub nomine Laurentii ejus germani fratris: *Ragionamenti, e Sermoni ſopra varj luoghi delle Divine Scritture*. An. MDCLII. apud Hæredes Corbelletti in 4.

## AUGUSTINUS A SURIANO

*Clar. An. Ch.* 1650. SUrianenſis Ord. Præd. S. T. M. Prior Cœnobii ejus loci, illiuſque Procurator Matriti apud Philippum IV. Regem Hiſpan. ad tractandam emptionem Status Surianenſis, quam ſua dexteritate perfecit. Clar. Ann. MDCL. Edidit Hiſtoriam Miraculorum S. Dominici in Suriano *cum propria Additione*. Neap. apud Franciſcum Savium MDCLVI. in 8.

## THOMAS GALLIARDUS

*Clar. An. Ch.* 1650. HIeracienſis Capucinus. Clar. An. MDCL. Edidit: *Il Diamante Maria Vergine concetta ſenza peccato originale, con ſuoi effetti fra il giro degli anni 1628. e ſeguenti occorſi, e nel ſemplice anello in queſto Libro a maggior gloria di Dio, e di eſſa Genitrice degniſſima*. Meſſanæ apud Hæredes Petri Brea MDCL. in 4.

## JACOBUS GALLIARDUS

*Clar. An. Ch.* 1650. SCyllæus Juriſconſultus. Clar. An. MDCL. Edidit: *Tractatus quoſdam de uſuris* ex M. S. Mart.

## ANTONIUS OLIVA

*Clar. An. Ch.* 1650. RHeginus Metropolitanæ Eccleſiæ ejus Urbis Canonicus, Philoſophus, & Medicus multi, & celebrati nominis. Clar. An. MDCL. Docuit publice Romæ, & Florentiæ. Fuit Medicus Innocentii X. & Clementis IX. Summ. PP. in Galliam, & Hiſpaniam ægrotantibus illis Regibus ſæpe arceſſitus: M. Principis Etruriæ Præceptor extitit. Scripſit multa cedro digna, & æternitate, quæ M. S. cum remanſiſſent, per Autoris obitum intercıderunt Laudant Virum celebrem Joh. Alphonſus Borellius ejus diſcipulus, Scarſò, Florus, Zuccalà, & alii.

JOH.

Digitized by Google

## JOH. BAPT. FERRARIUS

PItienſis Ord. Minim. Theologus, & Aſtronomus inſignis. Clar. circa An. MDCL. Scripſit: *Il Dizionario Aſtronomico* multæ apud eruditos, æſtimationis; extatque M. S. apud ſuos. *Clar. circa An. Ch.* 1650.

## MICHAEL ANGELUS DONATUS

SAracenenſis Juriſconſultus ſatis doctus. Clar. An. MDCL. Edidit Opus inſcriptum: *Aſyla Immunitatis*. Romæ MDCLII. in fol. *Clar. An. Ch.* 1650.

## HYACINTHUS DONATUS

LAenſis U. J. D. dein Ord. Præd. S. T. M. Vir valde doctus. Clar. An. MDCL. Edidit: *Rerum Regularium quadripartitam Praxim reſolutoriam*. Quattuor Tomis in fol. diſtinctam: Quorum duo priores prodierunt. Neap. apud Jacobum Gaſſarum Ann. MDCLII. reliqui duo apud Novellum de Bonis ibidem Ann. MDCLX. & LXI. Nuper vero totum Opus duobus tantum Voluminibus diſtinctum. Coloniæ prodiiſſe audivimus. *Clar. An. Ch.* 1650.

## CONSTANTINUS GRANITUS

CAſſanenſis Philoſophus, & Medicus. Clar. An. MDCL. Edidit eodem anno: *Epiſtolarum, & Conſultationum Medicinalium ad diverſos Tom. I. continens ſex Libros*. Neap. apud Franciſcum Savium in 4. *Clar. An. Ch.* 1650.

## JOH. PETRUS SODA

CEllarienſis Vir eruditus. Clar. An. MDCL. Hic arduum opus, ſeu inutile ſimul conſcribere aggreſſus, feliciter, & ingenioſe perfecit, atque Conſenſiæ apud Joh. Bapt. Mojum anno prædicto edidit in 12. nuncupavitque. *L' R. Bandita*. Eſt enim Liber, in quo R. Littera omnino excluſa non legitur, adeo verba ſelegit, coaptavitque eam litteram non habentia, ut in varios Dialogos, diverſi argumenti abirent. Quamvis ſciam Vincentium Cardonem Dominicanum idem Opus, eodem titulo conſignatum, carmine, quod difficilius eſt compegiſſe, Typiſque vulgaſſe. Neap. apud Ciarlinum MDCXVI. *Clar. An. Ch.* 1650.

## BONAVENTURA AJERBIS ARAGONIÆ

CAtacenſis Ord. Capuc. Miniſter Provincialis, & in variis ejudem Ord. Provinciis Italiæ. Galliæ, & Hiſpaniæ Commiſſarius Generalis. Vir ætate ſua, quæ in annum fertur MDCL. eruditione, prudentia, & in rebus agendis dexteritate conſpicuus. Scripſit plura Theologica, Scholaſtiſtica, & Poſitiva, quæ tamen prodiiſſe non conſtat. De Viro hoc generis pariter nobilitate inſigni, meminerunt cum laude Bover. ad An. prædict. Flor. *Tom. I.* Bernardus a Bononia *in Biblioth. Capuc.* & alii. *Clar. An. Ch.* 1650.

FER-

Digitized by Google

## FERDINANDUS STOCHIUS

Clar. An. Ch. 1650.

COnſentinus Philoſophus, Theologus, Aſtronomus, Hiſtoricus peritiſſimus, Linguarum notitia clarus, uno verbo omniſcius, ac multi, & celebrati nominis futurus, niſi ejus qua tum utebatur facultatum peritia in impoſturas prolaberetur, quæ vel Cabaliſticis vanitatibus, vel venditandis Fabulis pro Hiſtoriis, infames fuere: cui poſtremæ rei Liber ille, qui inſcribitur: *De Geſtis Suevorum in utraque Sicilia*, teſtis erit. Cæterum vixit Stochius An. MDCL. Edidítque: *Del portentoſo Decennio Opera Aſtrologica part. prima*. Conſenſiæ apud Joh. Bapt. Mojum, & Ruſſum MDCLV. in 8. Item: *Carmina*, & *Luſus* Ibidem. Obiit An. MDCLXI. Vid. de eo Gregor. de Laura *in Apol. Abb. Joachimi*.

## PHILIPPUS ROCCHUS

Clar. An. Ch. 1650.

COnſentinus Ord. Minim. Theologus. Clar. An. MDCL. Edidit: *Il Memoriale dell' eſtremo Giudizio* = *Il Sebaſtiano Comedia Sacra*. Conſenſiæ apud Joh. Bapt. Mojum, & Roſs. MDCLVI. in 8. &: *In Obitu Thomæ Campanellæ Philoſophorum Maximi Orationem*. Mantuæ MDCXLII. in 4. Scripſit etiam *L'Agneſe*, quæ remanſit M.S. Meminit de eo Top. & Amat.

## JOSEPH ZUCCALA'

Clar. circa An. Ch. 1650.

RHeginus Inſtituto Capucinus. Clar. circa An. MDCL. Scripſit duo Volumina in 4. *De Antiquitatibus*, & *Gloriis Civitatis Rheginæ, in XXIV. Libris diviſa*. Quæ extant M. S. in Biblioth. Capucinorum Rhegii.

## THOMAS CORNELIUS

Clar. An. Ch. 1650.

RUbertenſis Mathematicus, Philoſophus, & Medicus ſolide doctus, ac vere Medicorum ſui ævi κορυφαῖος. Clar. An. MDCL. Hic Neapoli Inclytæ Academiæ Inveſtigantium cooptatus annis quattuor ſupra triginta publice docuit ſummo plauſu, pari frugi: Nec minore Theatro dignus erat, in quo tanta cum laude inclareſceret, qui Ægrorum multitudini opem ferre non deſiit; & confluentibus undique Sanis doctrinæ ſuæ lucem impartiri non omiſit: *Dignus* (ut bene de eo ſcripſerat Tozzi *par. prim. ſpec. med.*) *cui natura nudam ſeſe viſendam exhiberet*.

Ferunt illum, ea quoque vertigine invaſum, quæ eminentiſſima ingenia fere corripit, quandoquidem cum Franciſco de Andrea per Europam ſimul peregrinari ſine viatico ſtatuerunt; experturi, ſcilicet, hi duo Viri, qui tum Juriſprudentiæ, & Medicinæ ſupremiſſimi Poli eſſe credebantur, an Cynicus Diogenes verum reſpondiſſet, ubi interrogatus: *In quo Doctus ab Indocto differret?* Reſpondit: *Mitte eos nudos ad ignotos*, & *diſces*. Et profecto, cum Italiam, Germaniam, Angliam, & Galliam luſtraſſent, feciſſentque ſuæ cujuſque artis experimenta: Cornelius Romæ: Franciſcus Venetiis: Ille Viennæ, & Londinii, hic Pariſiis, & alibi: peregrinatione peracta, unde nudi diſceſſerant, Neapolim divitiis, & honoribus cumulati redierunt.

Qua in Urbe Cornelius quidem licet totos dies, & tantum non noctes in prædictis ejus curis exhauriret, tamen arti ſuæ excolendæ, augendæque præſertim *novis circa Nutrititium Succum Inventis*; unde & Thomæ Willis, & Franciſco Gliſſonio ejus Synchronis tum hujus, tum *aliorum*

pari-

pariter *Inventorum* gloria dehiſceret; ac Libris etiam conſcribendis præfatam ejus artem locupletiorem reddere aggreſſus eſſet; quamvis multos quidem ſcripſiſſet; tamen vix unus extat, cui titulum fecit: *Progymnaſmata Phyſica in ſeptem Exercitationes diviſa. I. De Ratione Philoſophandi: II. De Rerum Initiis: III. De Univerſitate: IV. De Sole: V. De Generatione: VI. De Nutritione: VII. De Vita*. Prodiit Venetiis apud Hæredes Franciſci Baba MDCLXIII. in 4. Francofurti apud Thomam Mariam Goltium MDCLXV. in 12. Dein Lypſiæ, & Jenæ apud Tobiam Oebnlingium MDCLXXXIII. & cum Obſervationibus Phyſicis Medico-Criticis Henrici Frinburgii Aphniæ apud Thomam Valphr MDCLXXXV. Acceſſit dein *Progymnaſma* poſthumum *De Senſibus*, & = *Diſſertatio de Circumpulſione Platonica*, ſive ea ſit: *Epiſtola ad Marchionem Marcellum Creſcentium* conſcripta, *qua motuum illorum, qui vulgo ob fugam vacui fieri dicuntur, vera cauſſa, per Circumpulſionem, ad mentem Platonis, explicatur. Tum Quæſtiones aliquot naturales, ex occaſione incidente dirimuntur, & nova quædam Problemata proferuntur in lucem*. Quæ Epiſtola caſu reperta, excuſa fuerat Romæ apud Manelphum Manelphi MDCXLVIII. in 12. Sed & extant ejus *Epiſtola* altera, *nomine M. Aurelii Severini ad Thimeum Locrenſem*, & *Carmina* Latina; nam & illum Poetis annumerant, etiam Italicis, apud Creſcimben. in *Catal.* eorum, qui Rhythmos ſcripſerunt Ann. MDCXL. Quorum aliquot extant in Collect. edit. Neap. MDCLXXXV. in 4. Quæ omnia Cornelii Opera in unum collecta poſtremo excuſa ſunt Neap. apud Raillard. MDCLXXXVIII. Quæ editio cæteris plenior habetur. Atque his munimentis, quoniam reliqua, ut diximus, interciderunt, memoriæ tanti Viri parentaſſe ſufficiat: quam etſi multi mirum in modum extollant, ut videre eſt in *Diar. Rom.* Ann. MDCLXIX. & apud Gymmam in *Idea Hiſtor. Litter. Ital. Tom. II.* & alibi, tamen Cornelii noſtri memoriam Neapolitana Toppii Bibliotheca frigeſcentibus excipit liminibus: quod nihilominus cum pleriſque inſignioribus Calabris ibi ſæpe factitatum, & hoc quoque ſummæ doctrinæ noſtri Viri potentiſſimum argumentum eſto: quando & in multis Calabria Toppium minus faventem experitur.

Obiit Thomas Cornelius IV. Kal. Nov. MDCLXXXIV. Sepultuſque eſt Neap. in Eccleſia Cler. Regul. S. M. Angelorum, Lucæ Rinaldi Archidiaconi Capucini Oratione laudatus.

## JOH. DOMINICUS MAURUS

APrilianenſis Parochus Romæ in Eccleſ. S. Salvatoris ad Cohort. Trans Tiberim. Vir doctus, & eruditus. Clar. An. MDCL. Scripſit: *Deſcriptionem ejuſdem Eccleſiæ* = *Martyrium SS. Pugmenii, et Sociorum*. Edit. Veliterni MDCLXXVII. in 4. = *Iſtoria Sacra tratta dal Martirologio Romano, Annali del Cardinal Baronio, ed altri Scrittori Eccleſiaſtici, nella quale ſi diſcorre di molti Servi di Dio* &c. prodiit Romæ MDCLXXXII. & LXXXIII. in 4. = *De Sacramentis, et Doctrina Chriſtiana*. Excuſ. Romæ MDCLXXXIII. Martyr illum noviſſe dicit. *Clar. An. Ch. 1650.*

## CAROLUS SELVAGUS

TErrænovanus J. C. celebris. Clar. An. MDCL. Edidit: *De Origine, Etymone, et præſtantia Pandectarum*. Romæ An. MDCLVIII. in 8. *Clar. An. Ch. 1650.*



Digitized by Google

## FRANCISCUS ZACCONUS

Clar. An. Ch. 1650. CAtacenſis J. C. unus ex Collegialibus Neap. Clar. An. MDCL. Edidit: *Le ſtravaganze di Amore*. Neap. MDCLIII. = *Le Gare de' Diſperati* = *Un'Orazione in lode di S. Anna* = *L'Incoſtanza punita*. Ibid. MDCLXXVI.

## FRANCISCUS ZACCONUS alter

Clar. An. Ch. 1650. CAtacenſis Ord. Prædicatorum, Theologus celeberrimus, qui primus Dogmaticas Theſes publice, & coram Julio Spinola Nuncia Apoſtolico, & mox S. R. E. Cardinale, præſentibus pleriſque Hæreticis propugnatas ſubinde Neap. edidit MDCLVIII. in 4. ex Topp. *in Biblioth.*

## ISIDORUS TOSCANUS

Clar. An. Ch. 1650. PAulanus Ord. Minim. Clar. An. MDCL. Edidit Opus inſcriptum: *Della Vita, Miracoli, et Iſtituto di S. Franceſco di Paola Fondatore de' Minimi*. Romæ An. MDCLVIII. & reimpreſs. Neap. MDCLXXV. & Mediolani MDCCXII. in 4.

## ANDREAS GIRONDAS

Clar. An. Ch. 1650. SCyllacenſis, Soc. Jeſu Philoſophus, & Theologus illuſtris. Claruit An. MDCL. Edidit: *De Epiſcopo Libros IV. in quibus fuſe diſputatur de Præſulis electione: De Perſona eligenda, et juſtitia in electione ſervanda*. Tom. II. Neap. apud Jacobum Gaffarum MDCLIII. in fol.

## GEORGIUS MARRA

Clar. An. Ch. 1650. COnſentinus Poeta non inſuavis. Clar. An. MDCL. Edidit: *Il Martirio di S. Giorgio deſcritto in Dramma*. Romæ apud Joh. Bapt. Roblett. MDCL. in 8. & apud Franciſcum Sibertum Tanum MDCLVIII. in 12. *I Trionfi di S. Giorgio Martire*. Carmine. Romæ apud Ignatium de Lazaris MDCLXI. in 8.

## MARIUS SCHIPANUS

Clar. An. Ch. 1650. TAbernenſis, quem neſcio quomodo Calabriæ adimat Toppius, ubi Schipani reſident Lares? Ubi ejus Familia adhuc priſca nobilitate floret? At Toppio Schipanum ſimul, & alios bene multos ademiſſe quid profuit, ſi non potuit ademptos ſolida ratione detinere? Fuit Marius Protophyſicus doctiſſimus: Poeta jucundus, & multæ, ac variæ eruditionis Vir: quem non ſolæ Epiſtolæ Nobilis Peregrini Petri de Valle Romani, ad eum datæ, famoſum reddunt; ſed extat quoque Aloyſ. Epigramma, in ejus Autoris *Epigram. Cent. I.* quod illius Imaginem perſpicuam reddit: cujus alioquin ex ſuperſtitibus ingenii ſui munimentis omnino caremus: Eſt autem ſequens:

*Caſtalii collis lux inclyta, cui Mare nomen*
*Nectereum Siren, cui dedit alma melos.*
*Pieridum decus incedis par omnia Phœbo,*
*Ille lyra, jaculis, Peonis arte valet.*
*Peonis arte rapis mortalia corpora letho;*
*Latheiſque lyra nomina tollis aquis;*

*Spi-*

Digitized by Google

*Spicula tractandi veniat ne dira Cupido:*
*Tela ſit invidiæ frangere poſſe ſatis.*

## NICEPHORUS SEBASTUS MELISSENUS

RHeginus Auguſtinianus, Vir doctiſſimus. Clar. Ann. MDC. Edidit: *De Chocolata Potione Reſolut. Moralem*. Neap. Typis Hieronymi Faſuli MDCLXVII. in 12. Acceſſit *Epiſtola ad Clem. IX. de ejus ad Sum. Pont. aſſumptione, cum Elogiis de Rom. Murice eidem ab Alex. VII. delato*. Ibid. apud Joh. Franc. Paci MDCLXXI. = *Indulgenze, e grazie concedute da diverſi Sommi Pontefici a quelli che ſono ricevuti nella Compagnia della Centuria de' PP. dell' Ordine Eremitano*. Ibid. apud eundem MDCLXVIII. in 16. = *Teſſeracontias Epigrammaton in Feriis Nuptialibus Aug. Principum Philippi IV. & Mariæ Annæ Auſtriacæ, Matriti celebratis die XV. Nov. MDCXLIV.* Ibid. apud Joh. Martin. de Barreo MDCL. in 4. = *Vitam B. Johannis Ghiſii Senenſis Ordinis Eremitarum S. P. Auguſtini, Alex. VII. Pont. Max. Gentilis*. Romæ apud Franciſcum Caball. MDCLVI. in 4. = *Epinicia ad Alex. VII. Pon. O. M. in Epidemiam ab Urbe noviſſime profligatam. Itemque de Parthenopæa illic feliciter abſumpta in geminos bipartita Choros*. Romæ Typ. Reg. Cam. Apoſt. MDCLVII. in 4.

*Clar. An. Ch. 1650.*

## HYACINTHUS SERRAUS

MOnardenſis Ord. Præd. Miſſionarius Apoſtolicus, & Doctor Collegiatus. Clar. An. MDCL. Edidit: *Il Direttorio, e Prontuario utiliſſimo per l'eſercizio della S. Miſſione*. Neap. apud Hæredes Roncaglioli MDCLX. in 4.

*Clar. An. Ch. 1650.*

## DOMINICUS DE SANCTIS

PHilocaſenſis Ord. Præd. S. T. M. Prior Suriani, & iterum Provincialis Calabriæ. Vir pius, & valde eruditus. Clar. An. MDCL. Edidit Opus inſcriptum: *Conſiderazioni predicabili ſopra gli Evangelj della Quareſima, ed altre Feſte. Part. I. & II.* Suriani apud Antonium Ferrum An. MDCLXVII. in 4. In quo Opere acceſſerunt *LXXIV. Conciones Sacræ*, & *Oratio Funebris*, quam in morte Aſcanii Theotonici recitavit; edidit etiam Opus, cui tit. fecit: *Modo di recitar a Coro il SS. Roſario, con tre affettuoſiſſime Meditazioni per ciaſcun Miſtero, ed altre Divozioni &c.* Ibid. apud eundem, eodem anno in 8.

*Clar. An. Ch. 1650.*

Sed enim extant in Bibliotheca FF. Prædicatorum Suriani ſequentia ejus Opera M. S. multa eruditione plena = " Synopis Sac. Scripturæ Pars
„ Prima: De Libris Legalibus Veteris Teſtamenti: Geneſi, Exodo, Levi-
„ tico, Humeris & Deuteronomio, cum Præludiis generalibus in princi-
„ pio = De Nominibus Sac. Scripturæ = De Libris Sacris = Quot, & qui
„ ſint Dei Sacrorum Librorum Idiomata = De Variis Sac. Scripturæ Ver-
„ ſionibus, earumque auctoritate = De Sacrorum Librorum tum Veteris,
„ tum Novi Teſtamenti Numero, Ordine, Nominibus, Autoribus, &
„ Materiis = De Senſibus Scripturæ Sacræ = De quibuſdam ad Sac. Scri-
„ pturæ intelligentiam ſcitu neceſſariis. *Opus eſt in 4.* = Selva Alfabetica
„ di Concetti, e varie Erudizioni Tom. III. in fol. = Selva di alcune Ma-
„ terie particolari Tom. I. in fol. = Selva di Concetti, e Penſieri raccolti
„ da diverſi Autori gravi Tom. I. in 4. = Selva con alcune Compoſizio-
„ ni Poetiche, e Prediche particolari Tom. I. in 4. = Quattro Quareſima-
„ li in 4. = Dir fiorito, e ſpiritoſo per arricchir le Prediche, raccolto da

„ gravi Autori Tom. I. in 4. = Synopſit totius Scholaſticæ Theologiæ, „ cunctarumque ejus materiarum, juxta methodum, qua a D. Thoma in „ ſua Angelica Summa diſpoſita cernuntur Tom. I. in fol. = Totius ejuſ- „ dem Theologiæ, & D. Thomæ Summæ Brevis Memoriæ gratiſſimus „ Elenchus Tom. I. in 16. = Elucidationes in D. Thomæ Tractatus de Vo- „ luntate Dei, & pertinentibus ad ipſam, deque Virtutibus in genere, „ Vitiis, & Peccatis Tom. I. in 4. = Elucidationes in Tractatum de Pro- „ videntia, Prædeſtinatione, & reliquis actuum tum Intellectus, tum Vo- „ luntatis Divinæ includentibus Tom. I. in 4. = Elucidationes in Tracta- „ tum de Trinitate Tom. I in 4. = Logica brevis: cui acceſſerunt Theol. „ aliqua in primam partem Tom. I. in 8. = Elucidatio brevis in Metaphyſi- „ cam, ſive de Traſcendentibus Tom. I. in 4. = Poeſes Variæ Sacræ, Morales „ Honeſtæ, Venuſtiores ex diverſis Autoribus ad deſtandum affectum, & „ ocium effugandum collectæ Tom. I. in fol. = Poeſiæ diverſe Sacre, Mo- „ rali, & oneſte, le più ſpiritoſe per deſtar l'affetto, e fugir l'ozio rac- „ colte Tom. I. in fol. = Bibliographia Suriana, ſive Catalogus omnium „ Librorum, qui in Bibliotheca S. Dominici in Suriano reperiuntur, jux- „ ta varias, de quibus tractant, facultates diſpoſita, cum annotationibus „ Tom. III. in fol = Catalogo di tutt' i Libri Italiani, Spagnuoli &c. „ che trovanſi nella Libreria di S. Domenico in Soriano, con Annotazio- „ ni &c. in fol.

## JOH. BAPT. SERSALIS

*Clar. An. Ch. 1650.*

COnſentinus Ord. Præd. Vir eruditiſs. Clar. An. MDCL. Scripſit Opus, cui titulum fecit: *Penſieri ſantamente Politici, indrizzati al mantenimento della Repubblica dell' Anime Criſtiane*. IX. Libris diſtinctum. Prodiit Neap. apud Novell. de Bonis MDCLX. in 4. cum Epiſtola nuncupatoria ad Alex. VII. & altera ad Lectorem a Petro Thoma Serſale Autoris Nepote ejuſdem Ordinis Baccalaurea, Vir eruditiſſimo conſcriptis.

## DIDACUS RAGUSA

*Clar. An. Ch. 1650.*

CAruleenſis Philoſophus, & Medicus celeberrimus, Cathedraticus in Univerſitate Neapolitana, & Regni Archiater. Clar. An. MDCL. Hic Prognoſticis incomparabilis fuit, & hinc Proregibus ejus temporis acceptiſſimus, multorum patuit invidiæ: Qui ut eum prognoſticis ſuis ridiculum redderent, clariſſimo ex Neapolitanis Proceribus graviter aliquando ægrotante, adeout palam de ejus ſalute ab omnibus, qui tum aderant Medicis, deſperaretur, Didacum ad curationem arceſſivere: exhibitaque eidem ſani hominis urina, quam ægri Proceris eſſe dixerunt, quid ex ea futurum præſagiret initio ſtatim interrogarunt: Tunc ille: *Hic, qui eſt urinatus*, ait, *brevi morietur*: *Vos me fruſtra arceſſiſtis*; cumque Medicis ad ea dicta ridentibus, rurſum ei vera ægrotantis Proceris urina exhiberetur: *Bono animo eſto*, ait ad Procerem: *brevi convaleſces*. Tunc illis, impune, ut rebantur, riſum tollentibus, exitus Prognoſticorum veritatem comprobavit; namque accidit, ut qui ſanus eſſe credebatur, ſubito interiret, æger, qui fuerat deſtitutus, brevi intervallo convaleſceret. Ex quo Didaci fama tantopere inclareſcere cœpit, ut invidia major effectus, Archiater, ut diximus, Regni deputaretur. Alia, & æque præclara, circa ejus hac in re excellentiam dicenda ſuppeterent; ſed hæc eadem retuliſſe ratio ſuſcepti argumenti non patitur. Obiit Didacus circa An. MDCLXXII.

STE-

Digitized by Google

## STEPHANUS PEPE

RHeginus Cler. Reg. Theat. Theologus inſignis. Clar. An. MDCL. Edidit: *Le Battaglie degli Agonizzanti moſtrate a quei ſecoli dal Gran Simone Stilita*. Januæ apud Petrum Joh. Calezanum MDCLI. in 4. = *Le Leggi Nuzziali date da' Genitori a Sara di Tobia, diviſe in cinque parti*. Venet. apud Thomaſinum MDCLXV. in 8. = *Diſputationes de Deo, cæteriſque divinitus revelatis ex Theologicis principiis ad Scholaſticæ Lecturæ methodum deducta*. Venet. apud Bertranos MDCXLIX. in fol. = *Le Figure del Purgatorio*. Tribus Tomis diviſas: Quorum I. prodiit Mutinæ MDCXXXV. II. Neap. & III. Bononiæ MDCLXII. in 4. = *Il Quareſimale*. Romæ MDCLVIII. & Venet. in 4. = *La Vita del B. Gaetano Tieneo*. Romæ MDCLVI. in 4. = *Le maraviglie del medeſimo*. Ibid. MDCLVII. in 4. = *La Vita della B. Chiara Agolante*. Monachii MDCLXII. in 8. = *Orazione Funebre nella morte del Venerando Annibale di Afflitto Arciveſcovo di Reggio*. Neap. MDCXXXVIII. in 4. = *Savj Privilegj Panegirico nella ſolennità della Sac. Lettera di Meſſina*. Meſſanæ MDCXLVIII. in 4. Fundavit denique Oratoria SS. Apoſtolorum Neap. Vide de eo Silos *Tom. III.* Topp. *in Biblioth.* Flor. Zuccalà, Amat. Acet. & alios.

*Clar. An. Ch. 1650.*

## FRANCISCUS PISCIOTTA

COriolanenſis S. T. M. Provincialis Conventualium Calabriæ: infinitæ lectionis, & paris doctrinæ Vir: de quo queritur Franchinus *in Biblioth.* quod ille non diu vixerit, & mortem accuſat quod Inſigniores ſui Ordinis Viros: D. Antonium Patavinum, Johannem Scotum, D. Bonaventuram, D. Ludovicum Epiſcopum Toloſanum, ipſumque Franciſcum noſtrum, de quo loquimur, florente ætate ſuſtulerit. Claruit Franciſcus An. MDCL. Scripſit: *Annales Minoritarum ab An. MDCLXXXI. ad ſua uſque tempora: duobus Voluminibus in fol. diſtinctos*. Opus eruditionis varietate incommparabile: ex cujus fragmentis magnitudinem Coloſſi cognoviſſe ſe laudatus Franchinus ſcribit: ac illud miris laudibus effert, ac quemadmodum interciderit, ſummo ſtatim animi ſui dolore deſcribit: apud quem videas, ſi cupis. Cæterum dicit in ſumma: *Eo in opere exactiſſima Chronologiæ, Hiſtoriæ, Chorographiæ, & Topographiæ norma, & amœnitas erant; & additis ad Wadingum Paralepomenis, cumulatior, & plenior cæteris Franciſcanorum Hiſtoria exiſteret, ſi Opus illud extaret*. Interim teſtatur ex Toppio illud unum Franciſci Opus Ann. MDCLIV. prodiiſſe, quod *Diverſarum Inquiſitionum* inſcribitur. Inter quas illum inquirere, ac ſententiam ſuſtinere ſubjecit, quæ Franciſcanos ab Jejunio Feriæ V. in quam Natalis Dominicus incidat, eximit. Qua in re Belluto *in Opuſc.* ſuffragatur. Cujus utriuſque opinio, poſt editum S. Congr Decretum, robur, & firmitatem amiſit: quæ tamen eſſent forſitan habitura, ſi dubium, tunc a P. Manni Ord. Franciſcanorum Procuratore Generali Sac. Congregat. propoſitum, nullo contrario momento, ut notat l. c. Franchinus, veſtitum, nunc iterum momentis Piſciottæ, & Belluti comitatum, proponeretur. Sed hæc e re noſtra non ſunt, & obiter dicta ſufficiant.

*Clar. An. Ch. 1650.*

## GREGORIUS PINELLUS

CAtacenſis, Ord. Præd. S. T. M. Clar. An. MDCL. Edidit Opus inſcriptum: *Stimulus Charitatis omnibus peregrinantibus ad Cœleſtem Jeruſalem, utilis, & neceſſarius*. Neap. apud Scipionem Beninum MDCXXXVI.

*Clar. An. Ch. 1650.*

in

in 4. = *Politica Criſtiana ridotta in breviſſimi documenti utili a qualſivoglia perſona, che deſidera vivere regolatamente; con un brieve metodo per conſervar la ſalute del corpo, raccolti da molti gravi Autori*. Romæ apud Franciſcum Moneta MDCLV. in 4.

## FRANCISCUS CANGEMUS

Clar. An. Ch. 1650.

TErrænovanus S. T. M. Ord. S. Auguſtini. Clar. Ann. MDCL. Scripſit Tomos duos: quorum alterum duobus Libris diſtinctum edidit ſub Epigraphe: *Brevis ampla methodus pro morbis humani corporis in particulari curandis*. Romæ apud Angelum Barnabò MDCLVIII. in 4. Alterum ejuſdem argumenti remanſiſſe M. S. dicunt. Scripſit etiam Poema heroicum duodecim partibus diviſum, quod inſcripſit: *La Vittoria Navale* = Item = *L'Apoſtolo piangente* = *Conſiderationes in Symbolum Apoſtolicum* = *Sonetti, e Madrigali Sacri*. Quæ omnia extant M. S.

## GREGORIUS ANGELERIUS

Clar. An. Ch. 1650.

PAnagienſis, Capucinus, Vir pius, & doctus, ac Concionator inſignis. Clar. An. MDCL. Edidit Opus inſcriptum: *Il prezioſo Teſoro del Sangue di Criſto raccolto dalla Sacra Scrittura, e da' Sac. Dottori in quaranta Prediche*. Neap. apud Franciſcum Savium MDCLI. in fol. = *De Preparatione Catholica Narrationes ſeptem*. Ibid. apud eundem Ann. MDCLIII. in 4. Remanſerunt ejuſdem Autoris ſequentia Opera M. S. in Cœnobio „ Capucinorum ejuſdem Oppidi = Conformitates Miraculorum Seraphicæ „ Religionis Capucinorum, cum Miraculis Sanctorum Veteris, & Novi „ Teſtamenti Lib. XX. Pars I. & = Opuſcula de Deo = De Anima Rationali = De Logica = De Phyſica = De Eloquutione Oratoria = De „ Grammatica = De Demonſtratione Catholica Lib. II. = De Vero Deo, „ & de vera Eccleſia Dei: in quibus veritas Catholicæ Fidei Romanæ „ validis Sac. Script. Teſtimoniis demonſtratur, & Hæretici ſuis propriis „ rationibus convincuntur = Criſto Crociſiſſo dipinto in un Inno poetato dalla Divina Poeteſſa M. V. ſua Madre, e da Lei rivelato ad un Indiano incurabilmente infermo, ed in recitandolo perfettamente riſanato, ſpiegato in undeci Trattati = La Fontana del Sole, che colle illuminoſe acque delle ſue cinque canali rallegra la Città di Dio della Serafica Religione de' Frati Minori Capuccini di S. Franceſco = Il pretioſo Teſoro delle lagrime di Criſto, e di M. V. ſua Madre Tom. III. = il pretioſo Teſoro del Sangue di Criſto Sacramentale = La Salve pietoſa compoſta dal Padre delle Lettere Agoſtino Santo, colla quale egli adorando ſaluta tutte le afflitte membra del delicato Corpo dell' appaſſionato Gesù Criſto noſtro Redentore. In quattordici Diſcorſi eſpoſta dal P. Gregorio, diviſa in III. Tomi = Pianto della Madre di Dio M. V. e della Chieſa Santa con lagrime cantato nell' Inno *Stabat Mater doloroſa*: in venti Omilie ſpiegato = Il Torchio del Sangue di Criſto ſpiegato in cinquantacinque Sermoni = Tre Quareſimali, e = Tre „ Selve. Obiit Neap. An. MDCLXII. ex Topp.

## HIRONYMUS CALA'

Clar. An. Ch. 1650.

CAſtrivillarenſis J. C. & in Foro Neapolitano ſtrenuiſs. Cauſſarum Patronus, & demum M. C. V. Judex integerrimus. Clar. An. MDCL. Edidit: *De Reſtitutione in integrum Minoribus, aliiſque privilegiatis perſonis*

Digitized by Google

*nis quandoque denegenda Tractatum*. Neap. apud Ægid. Longum MDCLXXIII. in fol. = *Doctiſſimum Juſtiniani Imperium, ſive de Juriſdictione Narrationem in L. Imperium de Juriſdict. Omn. Jud.* Romæ apud Franciſcum Monetam MDCLII. in 4.

## CAROLUS CALA'

CAſtrivillarenſis Dux Diani, Regius in Supremo Nea. Regni Senatu Conſiliarius, dein Reg. Cancell. Regens. Vir in Juriſprudentia, & eruditione multi nominis. Clar. An. MDCLX. Prodierunt ejus monimenta = *De Contrabandis Clericorum in Rebus extrahi prohibitis a Regno Neap. Diſſertatio Juridico-Politica*. Neap. apud Novellum de Bonis MDCLX: in 4. = *Defenſio Jurium Fiſcalium in celebri controverſia inter D. Emmanuelem Caraffam, & Fiſcum Regni*. Ibid. apud eundem in 4. = *Reſponſum pro Illuſtri Marchione Oyræ in cauſſa exequutionis Sententiæ Rotæ Januenſis, cum Dom. Carolo Imperiali, & aliis Fratribus*. Ibid. in 4. = *Memorie Iſtoriche dell' Apparizion delle Croci prodigioſe*. Ibid. apud eundem MDCLXI. in 4. = *Gli Elogj, Iſcrizioni, ed Impreſe nelli Funerali del Re N. S. Filippo IV. il Grande di glorioſa memoria*. Ibid. MDCLXV. in 4. = *Iſtoria de' Suevi nel conquiſto de' Regni di Napoli, e di Sicilia per l' Imperadore Errico VI.* Ibid. apud eundem MDCLX. Tom. II. in fol. de quibus dictum heic in *Valerio Pappaſidero* = *De Primipilo, & Primipilari adminiſtratione, tribuente Fiſco Privilegium, ſuper bonis dotalibus uxoris, & propriis filiorum, Hiſtorico-Juridica Conſultatio in cauſſa Illuſtr. D. Iſabellæ de Sancto Severino Principiſſæ Montileonis in R. Juncta delegata pro S. M.* Ibid. MDCLXV. in 4. = *Riſpoſta al Manifeſto del Criſtianiſs. Re di Francia, nel quale eſpone le Ragioni delle ſue Armi incaminate al Regno di Napoli*. Pariſiis MDCXLVI. & Neap. apud Dominicum Maccaranum MDCXLVIII. in 4. Opus hoc prodiit ſub Anagrammatico nomine *Larcandi Laci* = Extat ejus Opus M. S. *De Baliatu* ſatis doctum, & eruditum. Meminerunt de eo cum laude Gregorius de Lauro in *Hergaſiar. Aleth. Apolog. fol. XXXIX. Litt. A.* Domin. de Rubeis *in Forenſ. certam. ſpecim. cert. XI. fol.* 354. *num.* 8. Claſs. *in Elog. fol.* 335. Cuſan. *in Poemat. Sac. fol.* 286. *Clar. An. Ch.* 1660.

## NICOLAUS GYRARDUS

COnſentinus J. C. & Poeta eruditus. Clar. An. MDCLX. Edidit Opus Poeticum, quod inſcripſit: *La Celinda*. Conſenſiæ apud Joh. Baptiſtam Mojum MDCLX. in 8. *Clar. An. Ch.* 1660.

## JOH. FRANCISCUS DE JESU MARIA

COriolanenſis Cler. Reg. Schol. Piar. Clar. An. MDCLX. Edidit Opus, cui titulum fecit: *Joſephus Proſa elegiacis expreſſis Ven. Servi Dei Joſephi a Matre Dei Fundatoris, & Generalis &c.* Romæ Typis Jacobi de Falco MDCLXIV. in 8. ex Topp. *Clar. An. Ch.* 1660.

## ANTONIUS GUZZIUS

*Clar. An. Ch.* 1660.

LUcienſis Canonicus S Angeli ad Forum Piſcarium de Urbe, Vir valde eruditus. Clar. An. MDCLX. Edidit Opus multæ eruditionis, cui titulum nuncupavit: *Agrophilus, ſive Ruſticatio Tuſculana, ad Eminentiſs. Principem Laurentium Cardinalem Raggium*. Continet Opus hoc Epigrammata

Digitized by Google

mata quædam, & alia in ocio Tuſculano animi, & eruditionis cauſa conſcripta. Prodiit autem Romæ Typis Fabii de Fulchis MDCLXIX. in 8. Scripſit & Opus alterum Poeticum, cui titulum indidit: *Floſculi Heliconis*, ſed hoc Opus M. S. intercidit.

## PETRUS GAMBACURTUS

Clar. An. Ch. 1660. MElichlochienſis Congregat. B. Petri de Piſa, Campanellæ Auditor, memoriæ arte, & doctrina. Claruit An. MDCLX. Hic, ut Toppius narrat, *Typis Opus erat commiſſurus valde pulchrum, & ingenioſum*; cujus Titulum interim non prodit; nos cum Toppio juxta neſcimus. Obiit Romæ ſeptuagenarius An. MDCLXXXIX. ſepultuſque eſt in Eccleſia S Honuphrii de Urbe, ex Acet.

## BENEDICTUS HIERACIUS

Clar. An. Ch. 1660. HIeracienſi, Epiſcopus Liparen. Vir Humanis, Diviniſque Litteris doctiſſimus: de quo cum laude ingenti meminit Ughell. *in Ital. Sac. in Appendice Tom. VI.* & Toppius *in Biblioth.* Hic Romam veniens ad Limina Apoſtolorum, ibi diem clauſit extremum Ann. MDCLX. ſepultuſque fuit in Eccleſia S. Agathæ, in qua ſequens extat Inſcriptio a Torrentino Tornetorio poſita;

*D. O. M.*

*Benedictus Hieracius, Civitatis Hieracen. oriundus, Liparenſium Epiſcopus, Divinarum, atque Humanarum Litterarum Incomparab: inſimul Animi probitate, & Religione adjuncta, Vir ornatiſſimus hic jacet. Sacra Apoſtolorum Limina, de more veneratus Die XXVIII. Auguſti MDCLX. Ætatis Annorum LXXI. Romæ obiit. Terentius Tornatorius Amico meritiſſimo faciendum curavit.*

## ANTONINUS LEMBUS

Clar. An. Ch. 1660. CAtacenſis Dominicanus Provincialis Calab. ter Prior, & Comes Suriani, Vir valde doctus, & pius. Clar. An. MDCLX. Edidit: *Cronica del Convento di S. Domenico in Soriano dall' anno* 1510. *ſin' al* 1664. *diviſa in tre Libri*. Suriani apud Dominicum Antonium Ferrum MDCLXIV. in fol. Addidit præterea ad Hiſtoriam Miraculorum S. Dominici in Suriano, eamque reimprimi curavit Meſſanæ apud Jacobum Matthæum in 8. Ejus Vitam ſcripſit Raymundus Romanus *in Chron. cap. VI.* Obiit XXVII. Junii MDCLXVI.

## JOSEPHUS LOTTELLUS

Clar. An. Ch. 1660. SCyllæus Dominicanus. Vixit An. MDCLX. Tranſtulit ex Latino in Italicum ſermonem: *Il Compendio della Vita, e morte della B. Roſa di S. Maria, compoſta dal P. Maeſtro Fra Antonino Gonzales del Perù*. Edidit Hipponii apud Dominicum Ferrum MDCLXVIII. in 8. Meminit de eo Toppius.

MAR-

Digitized by Google

## MARCUS ANTONIUS LACTARUS

CAtharesſis Ult. Calab. U. J. & Academicus Naufragans, Poeta, & Grammaticus doctus, & eruditus. Clar. Ann. Ch. MDCLX. Scripſit metro non injucundo ſequentes Tragœdias = *Criſto riſuſcitato* = *La Criſtina* = *L'Annunciazione di M. V.* = *La Paſſione del Redentore* = *Antonio il Santo* = *S. Giuliana V. e M.* = *S. Caterina V. e M.* = Item: *Il Cacciator fedele Opera boſcareccia* = *La Palma di Amore Favola boſcareccia* = *Gesù adorato &c. Opera Sacra*. Et = *Annotationes ſuper Grammaticæ Leges*. Tom. I. in 4. Quæ omnia M. S. aſſervantur in Bibliotheca Monaſterii FF. Prædic. Suriani. *Clar. An. Ch.* 1660.

## JOSEPH PANCALO'

POliſtinenſis Ord. Præd. S. T. M. Provincialis Calab. Vir eruditus. Clar. An. MDCLX. Edidit: *De Arte Oratoria Lib. IV.* Meſſanæ An. MDCLXV. apud Paulum Bonacotam in 8. *Clar. An. Ch.* 1660.

## FRANCISCUS-MARIA LABONIA

LOngoburgenſis J. C. eruditiſſimus. Clar. Ann. MDCLX. Scripſit. *De vera loci Urbis olim Timeſinæ ſituatione adverſus pertinaciſſimos Neutericos Diſcurſ. Apologet.* Quod Opus bonum, & egregium appellat Toppius, & tunc M. S. apud ſe extare ſubjecit. *Clar. An. Ch.* 1660.

## JOSEPH LUMBUS

RHeginus J. C. Flor. An. MDCLX. Edidit: *La Vita di S. Calogero Anacoreta*. Neap. apud Andream Colicchiam MDCLXIX. in 8. *Clar. An. Ch.* 1660.

## MICHAEL MARRA

COnſentinus. Clar. An. MDCLX. Vertit in Italicam linguam Comœdiam Petri Calderonis inſcriptam: *Con chi vengo, vengo*, ediditque Neap. apud Novellum de Bonis Anno MDCLXV. in 8. ex Topp. *Clar. An. Ch.* 1660.

## IGNATIUS MAJORANA

CAtacenſis Vir eruditus. Clar. An. MDCLX. Edidit Opus inſcriptum: *Ozj Eruditi*. Neap. apud Novellum de Bonis MDCLXV. in 12. *Clar. An. Ch.* 1660.

## HYACINTUS ARNONUS

COnſentinus Poeta. Clar. An. MDCLX. Edidit Poema inſcriptum: *Le Diſgrazie Scherzi del Negrone*. Conſentiæ apud Joh. Baptiſtam Moum, & Joh. Baptiſtam Ruſſum MDCLXIV. ex Amat. *in Pantopol.* *Clar. An. Ch.* 1660.

## APOLLINARIS AGRESTA

MAmmolenſis Baſilianorum quater Generalis Vir Latine quidem doctus, ſed Græce doctiſſimus. Clar. An. MDCLX. Hic Græcos Codices Eccleſiaſticos M. S. ab innumeris, quibus mendis expurgavit, & edidit An. MDCLXVI. Unde laudem ſibi comparaſſe ſummam notat Acet. *Clar. An. Ch.* 1660.

Edidit præterea : *La Vita del Protopatriarca S. Baſilio Magno Dottore di S. Chieſa, ed Arciveſcovo di Ceſarea di Cappadocia*. Romæ apud Thomam Colignì MDCLVIII. in 4. Quam etiam notis auctam, & illuſtratam Meſſanæ recudit. Item = *La Vita di S. Giovanni Theriſti* An. MDCLIII. &, ut dicit Acetus, edidit: *Vitam SS. Johannis, & Nicodemi ejuſdem Baſiliani Inſtituti*. Obiit Meſſanæ ſeptuagenario major, An. MDCXCV.

## ANTONIUS BARONIUS

Clar. An. Ch. 1660. TRopæenſis Soc. Jeſu. Clar. Ann. MDCLX. Edidit: *Vitam S. Dominicæ V. & M.* Neapoli MDCXCII. in 4. & *Vitam Sertori Caputi Paternenſis, Franciſci Pavonis, Evangeliſtæ de Gattis, & Antonii Spinelli*, ex M.S. Mart. apud Acet.

## JOH. BAPTITA BONJOHANNES

Clar. An. Ch. 1660. MAidanus J. C. Claruit An. MDCLX. Plura ſcripſit, ut inquiunt Amat. & Acet. ſed duo tantum ejus monimenta prodiiſſe, atque extare teſtantur : quorum alterum eſt: *Tractatus de carceratione Fœminarum*: Alterum : *Vita de' Pittori antichi Napolitani fin' all' anno* 1600. utrumque Neap. MDCLXXIV. in 4.

## JACOBUS BRUNUS

Clar. An. Ch. 1660. SYllanenſis Ord. Præd. Philoſophus, & Theologus celebris. Clar. Ann. MCCLX. Edidit : *Breviarium Dialecticum, quod Summundas vocant*. Meſſanæ apud Paulum Bonacotam MDCLXIII. in 8. = *Partem primam Summæ Philoſophiæ Diſciplinæ, quæ dicitur Logica*. Ibid. apud eundem, eodem anno in 4. = *Secundam partem Summæ Philoſophicæ Diſciplinæ, quæ dicitur Pphyſica*. Ibid. apud eundem An. MDCLXIV. in 4. = *Sacro Teatro dell' Eccellenze, Prærogative, Privilegi, e frutti miracoloſi del SS. Roſario* Neap. apud Carolum Porporam, & Carolum Troyſem MDCXCVIII. = *Quareſimale de' Sermoni del SS. Roſario*, & = *Annuale de' Sermoni del SS. Roſario*. Ibid. apud Joh. Franciſcum Paci MDCXCII.

## JOSEPH CAPIBLANCUS

Clar An. Ch. 1660. HIpponienſis J. C. Clar. An. MDCLX. Edidit Opus inſcriptum : *Originis, Situs, Nobilitatis Civitatis Montis Leonis Geographica Hiſtoria*. Neap. apud Lucam Antonium de Fuſco MDCLIX. in 4.

## FRANCISCUS ANTONIUS MATTHÆI

Clar. An. Ch. 1660. NUcerinus ex Flor. *Lib I. cap. II.* Clar. Ann. MDCLX. edidit : *Della Scherma Napolitana Diſcorſo: dove ſott' il titolo dell' impoſſibile, ſi prova, che la Sherma ſia Scienza, e non Arte*. Foggiæ apud Novellum de Bonis MDCLXIX. in 8. corrigendus Toppius, qui illum Fogiam repetit; nam Florus fuit Matthæi Coævus, & Nucerinum dicit.

## JOSEPH PHOTIUS

RHeginus Soc. Jeſu, doctrina, & probitate celebris. Clar. An. MDCLX. Multa ſcripſit, & quædam ſub alieno vulgavit nomine: Scripſit: *L'Informazione della Vita del Ven. Ignazio Abezeda, e compagni*. Prodiit Romæ Typis Veroſianis MDCLXIV. in 4. = *La Vita di S. Franceſco Sales*. Ibid. MDCLXII. in 8. = *La Vita di S. Maria Maddalena de Pazzis*. Ibid. MDCLXIX. in 4. Hanc ſcripſerat quidem P. Vigilius Ceparen; ſed Photius illam auxit, & ex Gallico in Italicum ſermonem vertit. Quemadmodum ex eodem ſermone Gallico in Italicum vertit, edidítque ſub nomine P. Stephani Binetti = *La Converſione del Buon Latrone*. Romæ apud Maſcardum MDCXXXVIII. in 12. = *Conſolazione delle Anime afflitte*. Ibid. apud Corbellettum MDCXXXV. in 12. = *Gli efficaci Rimedj contro la Peſte*. Ibid. apud Ignatium Follarum MDCLVIII. in 12. = *Riſpoſte alle domande di un Gran Prelato* (Joſephi Neri) *circa la Gerarchia Eccleſiaſtica*. Florentiæ, & Romæ MDCXXXVIII. in 8. = *Degli efficaci diletti dell'Amore di Gesù Criſto*. Romæ apud dictum Maſcardum MDCXLIII. in 12. Vertit ex Hiſpanica in Italicam linguam Opus Ludovici Andries; quod inſcribitur: *Il perpetuo Coltello della Regina de' Martiri*, edidítque Romæ apud Ignatium Coller MDCXLII. in 16. & = *Caſi, ed eventi della confeſſione fatta da Criſtoforo Vega*. Ibid. apud Fabium Folcum MDCLXVIII. in 12. Vertit etiam ex eadem lingua, edidítque ſub alieno nomine: *L'Iſtoria Santa compoſta da Niccolò Folone*. Ibid. MDCXLIX. in 12. Ex Latino itidem vertit *Epiſtolam Pareneticam P. Goſvvini Nikel De Paupertate*. Edidítque An. MDCLIV. in 8. & = *Articoli del Teſtamento della Ducheſſa Buglione* MDCLXX. in 8. Scripſit denique, & edidit = *La Vita di S. Demetrio*, & = *La Vita di Annibale di Afflitto Arciveſcovo di Reggio* An. MDCLXXXVII. in 8. Accedunt dictis = *Il Plauſo Romano*, & = *Glorias Petri Mariæ Burgheſii S. R. E. Cardinalis*, Latino carmine concinnatas. Quæ tamen extant M. S. Rhegii in Biblioth. Capucinorum. Vid. de eo P. Natanael. *in Cathal.* & alios. *Clar. An. Ch. 1660.*

## LAURENTIUS PASSARUS

MAmertinus Cler. Reg. Theat. Vir pius æque, atque eruditus. Clar. An. MDCLX. Edidit: *Il Quareſimale*, quod Joh. Franciſco Mauroceno Patriarchæ Venetiarum nuncupavit. Venet. apud Paulum Balleonium MDCLXVI. in 4. & alia, quorum notitia caremus. *Clar. An. Ch. 1660.*

## JOSEPH SERSALIS

COnſentinus Cler. Reg. Theat. Vir valde doctus, & de Re Litteraria optime meritus. Clar. An. MDCLX. Edidit: *Contradictiones apparentes Sac. Scripturæ a diverſis Autoribus expoſita: in breviorem methodum collecta. Opus Concionatoribus, & Eccleſiaſticis utiliſſimum*. Antuerpiæ apud Viduam Joh. Bapt. Verduſſem MDCLXIV. in fol. *Clar. An. Ch. 1660.*

## HECTOR SERSALIS

COnſentinus Vir eruditione clarus. Flor. An. MDCLX. Scripſit: *Li Capricci Accademici, e Caſtelli in Aria*. Excuſ. Neap. apud Camillum Cavallum MDCLXVI. in 4. *Clar. An. Ch. 1660.*

## FELIX ROTUNDUS

*Clar. An. Ch.* 1660.

HIpponienſis Conventualis Vir eruditiſs. & Theologus multi nominis in Collegium D. Bonaventuræ ſui Ordin. Romæ cooptatus: inde Peruſii; poſtea Bergomi in Cœnobiis ejuſdem ſui Ordinis Lector, & Ann. MDCLXV. a ſuo Generali Venetiis Regens Studiorum creatus, donec Ferchio, publicus in Univerſitate Patavina, & in primaria Theologicæ facultatis Cathedra ſubſtitueretur. Cum adhuc Romæ eſſet publici juris fecit: *Le Poeſie del P. Catalano con ſuoi Commenti*. Ibid. apud Ignatium Lazarum MDCLV. dein Patavii *Enchiridion Dialecticum* apud Cadorinum MDCLXXII. in 8. = *Enchiridion Neotericum*. Ibid. apud eundem in 8. Scripſit & *Tom. I. Scoti Dogmatici, & Scholaſtici*; aliaque Dogmat. & Scholaſt. ex Franchino num. CXVIII. qui tamen corrigendus eſt, dum Rotundum Umbriæ aſcribit, Scriptoribus noſtratibus, & veritate ipſa reclamantibus.

## IGNATIUS SAMBLASIUS

*Clar. An. Ch.* 1660.

COnſentinus Vir impenſe eruditus. Clar. An. MDCLX. Scripſit: *I Furori di Pindo*, & = *Tyrſum Apollinis Ditirambo per la Vittoria dell' Amata Criſtiana ſopra quella del Turco*. Prodiit Conſenſ. apud Mojum, & Rondell. MDCXLV. in 8. & alia quedam edita in Volumine inſcripto: *Pompe funebri dell' Univerſo nella morte di Filippo IV. Re di Spagna &c.* quod prodiit Neap. apud Ægyd. Longum MDCXVI. in fol. & alia, quæ itidem edita ſunt in Volumine, cui Titulus eſt: *Il Regno feſteggiante per l'entrata al governo del ſuo Gran Vicerè D. Gaſpar de Haro Marcheſe del Carpio &c.* prodiit hoc Volumen ibid. MDCLXXXIII. ex Topp. & Amat.

## MATTHÆUS DE CORIOLANO

*Clar. An. Ch.* 1660.

„ COriolanenſis Capucinus. Clar. An. MDCLX. Scripſit = Sanctilogia
„ Lib. I. = Commentaria in Paſſionem Domini latino carmine con-
„ cinnata = Canticum Virginis ſuper illa verba Matthæi *Liber Generatio-*
„ *nis Jeſu Chriſti* Lib. I. = Miſcellanea Moralia Lib. II. = Quareſimale
„ Lib. I. = Annuale Lib. I. = Expoſitiones Pſalmorum Lib. II. = Adven-
„ tum Hieroglyphicum Lib. I. Quæ omnia ſervantur M. S. in Biblioth.
„ Capucinorum Coriolani.

## HECTOR CAPALBUS

*Clar. An. Ch.* 1660.

COriolanenſis Medicus præſtantiſſimus. Clar. An. MDCLX. Scripſit: *De Reſpiratione Piſcium*, & *De Motu Cordis*. Quæ duo ejus Opera prodierunt cum Opere M. Aurelii Severini *De Reſpiratione Animalium*.

## DIDACUS

*Clar. An. Ch.* 1660.

PIzzonenſis Min. Conventualis Vir doctus, & pius. Clar. An. MDCLX. Edidit Opus inſcriptum: *Devote Compoſizioni*. Ex Franchin. *in Biblioth.* num. CI. fol. CLXII.

PHI-

Digitized by Google

## PHILIPPUS DE FEULIS

CAſtrivillarenſis Conventualis S. T. M. Vir eruditiſſimus . Clar. Ann. MDCLX. Scripſit : *Hiſtoriam de Rebus Calabris* . Ex Franchin. fol. CCXVIII. in Biblioth. Convent.

*Clar. An. Ch. 1660.*

## INCOGNITUS

CAlaber Scriptor in Re Hiſtorica valde verſatus , qui rara plane arte , & ad exactas tum Hiſtoriæ , tum Chronologiæ Regulas accomodatas narrationes confingit , & contechnatur *De Bello Friderici I. cum Inſubribus* &c. = *De Nuptiis Henrici VI.* = *De Tumultibus Calabris* &c. = *De Geſtis Henrici Andelberti Calà in Syria* &c = *De Victoria ejuſdem de Saracenis Piratis* = *Proceſſus Vitæ* (aſſerti) *B. Joh. Calà* . Et alias, quas Magiſtro Alferio, & Flaminio de Dominico Coſanis: Utrique Valerio , & Johanni Pappaſidero Moranenſibus , aliiſque ſuppoſitis obtrudit Autoribus : Quæ Narrationes ſimul prodierunt duobus comprehenſæ Voluminibus inſcriptis: *De Geſtis Suevorum in Utr. Sicilia*. Excuſis Neap. An. MDCLXV. apud Novellum de Bonis in fol. His , igitur Ignotus noſter , ſive is ſit *Ferdinandus Stocbius Conſentinus* , ut placet quibuſdam, ſive alius , nuper conſutis dolis advenit = *Atque ita mentitur* , *ſic veris falſa remiſcet* , ut ſpe lucri , alioſque fallendi, fas attentatus, & nefas, miſcuerit ſacra profanis.

*Clar. An. Ch. 1660.*

## CAROLUS PEREGRINUS

CAſtrivillarenſis Epiſcopus Avellinen. Clar. An. MDCLXX. Typis commiſit: *Muſæum Hiſtorico-Legale*. Romæ apud Fabium de Falco MDCLXV. in 4. & = *Praxim Vicariorum, et omnium in utroque Foro Juſdicentium, quattuor partibus comprehenſam*. Venet. apud Michaelem Milochum MDCLXVII. in fol.

*Clar. An. Ch. 1670.*

## MARTIALIS PEREGRINUS

CAſtrivillarenſis Conventualis doctiſſimus. Clar. An. MDCLXX. Hic ex Archigymnaſii Romani Cathedratico , Archiepiſcopus Nazarenus doctrinæ cauſſa creatus eſt ex Franchin.

*Clar. An. Ch. 1670.*

## JOH. BAPT. SAMBLASIUS

COnſentinus. Clar. An. MDCLXX. Poetam hunc celeberrimum, inter ſuos Illuſtres Scriptores Toppius aſcribit.

*Clar. An. Ch. 1670.*

## BLASIUS BONELLUS

MAidanus Carthuſiani Inſtituti Laicus. Clar. An. MDCLXX. Scripſit carmine Italico, ediditque ſub nomine Franciſci germani fratris : *Il felice Paſtorello per la Natività del Bambino Gesù* ,& eodem carmine : *L'Angelico riſtoro per trattenimento dell' anima amante* . Piſis apud Joh. Ferrett. MDCLXX. in 8. ex Topp.

*Clar. An. Ch. 1670.*



Digitized by Google

## PETRUS SANSEVERINUS

*Clar. An. Ch.* 1670. CAtacenſis Cler. Reg. Theat. Poeta nobilis. Clar. An. MDCLXX. Edidit: *Le Poeſie Liriche* in duas partes diviſas. Panormi apud Petrum de Iſula MDCLXXVIII. in 8. Scripſit & alia, quarum notitia diligentiam noſtræ inquiſitionis fruſtrata eſt.

## ANTONIUS GAROPHYLUS

*Clar. An. Ch.* 1670. COnſentinus Cler. Reg. Theat. Vir eruditiſs. & eloquentiſs. Clar. Ann. MDCLXX. Prodiit ex eo: *Extemporalium Rhetoricorum pars Oratoria complectens Præfationes, & gratias ad diſputandum de quaque Scientia ad Laureas Doctorales: ad alia quædam publica munia. Quibus accedunt dedicandatum Theſium, aliorumque Operum formulæ*. Romæ Typis Vareſianis MDCLXX. in 4.

## PETRUS PAULUS DE RUBEIS

*Clar. An. Ch.* 1670. COnſentinus J. C. & Poeta celeberrimus. Clar. An. MDCLXX. Flor. MDCLXX. Hunc de Juris Scientia, & Poetices ſuavitate commendat Toppius, & in ſuam retulit Bibliothecam.

## MARCUS LAURUS

*Clar. An. Ch.* 1670. CAtacenſis, quem Topp. Marcellum appellat, Soc. Jeſu. Clar. An. MDCLXX. Edidit: *Conciones Quadrageſimales, & Orationes Panegyricas*. Meminit de eo P. Situell. *in Biblioth.*

## HIERONIMUS ROCCA

*Clar. An. Ch.* 1670. CAtacenſis J. C. valde doctus: creatus Epiſcopus Iſulanus Ann. MDCLXXIII. ex M. S. Anonym. olim Neapoli, deinde in Urbe Advocati multi nominis. Edidit duo Volum. *Diſputationum Juris ſelectarum cum Deciſionibus ſuper eis prolatis*. Quorum primum continet Diſputationes *De Majoratibus, & Primogeniturіs, Fideicommiſſis, cæteriſque Ultimis Voluntatibus: Hærede, & Hæreditate, Legitima, Renunciationibus, Feudis, Emphyteuſi, Regalibus, Officiis* &c. Secundum continet Diſputationes = *De Cambiis, Aſſecuratione, Societate, Fidejuſſione, Donatione, Dote, Locatione, & Conductione, Cenſu, Emptione, & Venditione, Pignoribus, & Hypothecis, Credito, & Debito, Præſcriptionibus, Retractu, Servitutibus* &c. Coloniæ Allobrogum apud Fratres de Tournes MDCXCVII. in fol.

## DOMINICUS MARTYR

*Clar. An. Ch.* 1670. SErræ Pedatii J. C. Conſentinæ Eccleſiæ Decanus, & Hiſtoricus doctiſſimus, & eruditiſs. Clar. An. MDCLXX. Scripſit Italice *Hiſtoriam Calabriæ* duobus partitam Volum. in 4. quam ego Romæ vidi M. S. in Colleg. FF. Minimorum noſtræ Nationis, ubi aſſervatur. Scripſit etiam *Geographiam Sacram*, quæ & ipſa extat M. S.

VIN-

Digitized by Google

VINCENTIUS DE AMATO

CAtacenſis. Clar. Ann. MDCLXX. Edidit: *Le Memorie Iſtoriche della* **Clar.An.Cb.**
*famoſiſſima, e fedeliſſima Città di Catanzaro*. Neap. Apud Joh. Fran- **1675.**
ciſcum Paci MDCLXX. in 4. ex Topp.

VINCENTIUS DE AMATO

COnſentinus Vir doctiſs. ex Amat *in Pantopol.* Clar. Ann. MDCLXX. **Clar.An.Cb.**
Edidit: *L' Eroe Pallavicino Regale Opus*. Genevæ MDCLXXIII. **1675.**
apud Calenzanum in 8.

JOH. FRANCISCUS RAYMUNDUS

CAtacenſis Vir eruditiſs. Clar. Ann. MDCLXX. Edidit: *Franciſci Ray-* **Clar.An.Cb.**
*mundi unico cnm Libro Umbrarum genialium miſcellanearum, & Poe-* **1670.**
*mata. Tres Centuriæ politicarum*: I. *De Vita Civili.* II. *De Togata Pruden-*
*tia*. III. *De Prudentia Militari*. Romæ apud Angelum Bernabò MDC-
LVIII. = *Lettere del Signor Abbate Gio: Franceſco Raimondi diſtinte in*
*Cap. LXXXII.* Ibid. apud Tizzon MDCXXXIII. = *Scelta di Lettere, e Ti-*
*tolario*. Roncilion. apud Menechel. MDCLXXXIII. ex Amat.

IGNATIUS DE CUMBIS

RHeginus Ord Capuccinorum Theologus, & Poeta valde eruditus ex **Clar.An.Cb.**
Dionyſ. ab Janua *in Biblioth.* Clar. An. MDCLXX. Edidit: *La Mad-* **1670.**
*dalena liberata* carmine heroico, Opus XX. Libris partitum. Venet. apud
Paulum Balleonium MDCLXXIII. in 8. Scripſit etiam: *La Lira Sagra di*
*varie corde poetiche, ordinata in due claſſi*. Ex Zuccalà.

JOSEPH HETTINUS

TYrienſis Juriſconſultus celebris, & in Foro Catacenſi ſtrenuus Cauſſa- **Clar.An.Cb.**
rum Patronus. Clar. An. MDCLXX. Typis dedit: *De Jure offerendi* **1670.**
*creditori, & in ejus locum ſuccendi = De Tertio veniente ad cauſſam an-*
*te, & poſt ſententiam*. Neap. in fol. & = *De Pactis ſucceſſionum affirma-*
*tivis, & negativis*. Venet. in fol. Extant ex eo ſequentia Opera M. S.
pœnes Nepotes in dicto Oppido Tyrienſi = *Praxis Civilis = Praxis Cri-*
*minalis = Decem Opuſcula Legalia de Rebus practicabilibus, & valde uti-*
*libus = Epitome de Subſtitutionibus = Octo Centuriæ Diſceptationum Quoti-*
*dianarum, de totidem caſibus in Jure practicabilibus, etiam in Re Feudali.*
Omnia hæc ſunt in fol Obiit Tyrii menſe Majo An. MDCC.

VINCENTIUS BARBASTEPHANUS

MUranenſis Archipresbyter Eccleſiæ D. Petri ejus Oppidi Vir humanis **Clar.An.Cb.**
Litteris eruditus ex Topp. Clar. Ann. MDCLXX. Scripſit *Vitam* **1670.**
*S. Jacobi = S. Catharinæ = S. Apolloniæ = S. Stanislai = S. Chryſanti*, & =
*S. Donati*. Italice omnes; quas tunc M. S. circumvagari dixit Toppius
laudatus.

ROCCHUS MAURELLUS

COnſentinus Philoſophus, & Poeta jucundus. Clar. Ann. MDCLXX. **Clar.An.Cb.**
Hic Botaniaces peritiſſimus, Herbarum natura carmine cecinit ex **1670.**
Topp. in Biblioth.

FRANCISCUS ACERBUS

NEocaſtrenſis, licet alii Nuceriam repetant, Soc. Jeſu, Philoſophus, **Clar.An.Cb.**
Theologus, & Poeta ſuaviſſimus, & nobiliſs. ex Topp. Clar. Ann. **1670.**
MDCLXX. Edidit: *Polypodium Apollineum* Latino carmine. Neap. apud
Joh. Franciſcum Paci MDCLXXIV. in 8. = Item eodem carmine = *Ægro*
*Corpori a Muſa ſolatium* Opus in 8. Ibid. apud eund. An. MDCLXVI.

PETRUS JOVINATIUS

GEorgienſis Ord. Præd. S. T. M Prior Suriani, & Provincialis Calabr. **Clar.An.Cb.**
Clar. An. MDCLXX. Vir doctus, & pius. Edidit: *Memoriale diſtin-* **1670.**



Digitized by Google

*to in Lezioni Panegiriche ſopra la Salutazione Angelica, ed i mottivi ſopra gli Evangelii delle Domeniche di tutto l' anno, per diſcorrere a gloria di Maria Santiſſima, e del ſuo Roſario*. Tom. II. in fol. Meſſanæ apud Vincentum de Amico MDCXC. & MDCXCI. cum duobus Appendicibus additis in primo Volum. Typis Dominici Coſtæ ibid. impreſſis: *De Gloriis SS. Dominici, & Thomæ Aquinatis: & de Indulgentiis conceſſis Confratribus SS. Roſarii*. Extant præterea in Archivio Cœnobii Surianenſis alia duo Opera M. S. ejuſdem Juvenatii: quorum alterum V. Voluminibus in fol. diſtinctum, inſcribitur: *Pater Annuale, ovvero Eſpoſizione del Pater noſter diſtinta in Lezioni Morali predicabili nelle Domeniche dell'anno, e Giorni di Quareſima*. Alterum vero tantum Volumine in fol. comprehenſum, titulum præſefert: *Trattato Miſcellaneo Teologico-Filoſofico-Aſtronomico Morale di ſoddisfazione a' curioſi: di profitto a' divoti, ed utile a tutti, nel quale ſi diſcorre del Mondo, e di tutte le ſue parti, diſtinto in quattro Libri.* Opus multa Eruditione refertum ex Antonio Collace ejuſdem Ordinis Baccalaureo in ſua Relat. M. S. ad nos tranſmiſſa.

## CAJETANUS PASSARELLUS

*Clar. An. Ch.* 1680. CAtacenſis Cler. Reg. Theat. Vir eruditiſs. Reginæ Hiſpan. a Sac. Confeſſionibus. Clar. An. MDCLXXX. Scripſit: *Hiſtoriam Belli Luſitanici*, quæ prodiit Pariſiis An. MDCLXXXIV. in fol. = *Clypeum Pontificiæ Auctoritatis II. Tom.* in 4. diſtinct. & = *Honorium Vindicatum*. Quibus egregiis monimentis ſummam in Litteraria Rep. Laudem eſt conſequutus. Meminerunt de eo Mart. Acet. Amat. Alegamb. & alii.

## JOH. DOMINICUS FRATEA

*Clar. An. Ch.* 1580. HIpponienſis Conventualis. Clar. An MDCLXXX. Edidit: *Brieve dichiarazione del SS. Sacrificio della Meſſa ad Laurentium Brancatum Cardinalem de Laurea*. Neap. apud Franciſcum Benzi MDCLXXXII. in 8. ex Franchin.

## CAROLUS BLASCUS

*Clar. An. Ch.* 1580. ROſſani natus ex nobili familia etiam Tabernenſi, & Crotoniata Grandonii ſuperius memorati abnepos Juriſconſultus multi nominis & Poeta ſuaviſſimus. Claruit anno 1680. Cum adhuc adoleſcens & in minoribus ordinibus Romæ ageret, adſcriptus fuit Academiæ Humoriſtarum & ab Alexandro VII. donatus Abbatia S. Angeli ad Metilinum ac Archipresbyteratu Cathedralis Eccleſiæ Roſſanenſis; unde ab Ughellio in Archiepiſcopis Roſſanenſibus & a Montfauconio in Paleographia græca aliiſque vocatur Canonicus. Sed unico ſuo fratre nullis ſuperſtitibus liberis è vivis ſublato uxorem duxit Lauram ex Marchionibus Berlingieriis nobilem Crotoniatam Caroli Archiepiſcopi Siberenatis & Pompilii Epiſcopi Beſidienſis Sororem. Quæ notata volo, ne cum idem Carolus modo vocetur Canonicus & modo appareat uxoratus dividatur in duos. Licet aliis curis diſtractus (erat enim Vicarius Generalis ditionis ſeu ſtatus Roſſanenſis) muſas tamen colere non omiſit: fuitque Princeps Academiæ Incurioſorum ejuſdem Civitatis. Scripſit ex Gimma in ejus Elogio: *Lagrime di Pindo Poeſie lugubri* = *Iſtoria della Città di Roſſano*: quæ extant MS. Meminerunt etiam de eo cum laude Perrimezzi in notis ad vitam S. Franciſci de Paula, Amatus in *Pantopologia Calabra*, aliique.

Eſt & Carolus Carolo modo dicto poſtumus natus ex generoſiſſima altera conjuge Anna Ayerbe de Aragonia J. C. græcis ac latinis literis eruditiſſimus. Laudatur a multis: inſtar omnium Cl. Alexius Symmachus Mazzochius libro de Sanctis Epiſcopis Neapolitanis eum valde commendat.

HYA-

Digitized by Google

## HYACINTHUS GARCÆA

SYnopolitanus Grammaticus. Vixit An. MDCLXXX. Edidit Neap. Librum Grammatices, cui titulum fecit: *Ingenioſa Apis*, ſæpius recuſum in 8. Scripſit etiam *Comment. in Hymnos Sacros*, ex Acet. qui & ipſi excuſi ſunt. *Clar. An. Ch.* 1680.

## GREGORIUS POLITUS

CAtacenſis Cler. Reg. Theat. Vir doctus æque, atque eruditus. Clar. An. MDCLXXX. Edidit: *Il Quareſimale*. Bononiæ apud Joſephum Longum MDCLXXXIX. in 4. *Clar. An. Ch.* 1680.

## LUCAS ANTONIUS FOLINUS

SYllanenſis Vir valde eruditus, & Poeta jucundiſſimus. Floruit Ann. MDCLXXX. Hic Virgilii Æneidem in lepidiſſimum Carmen Calabricum vertit. Quæ lingua, circumſcripta accentus gravitate, & aſperitate, in ſolis Pagis Conſentinus vigentis, & ex quo natio univerſa male audit, quando eo univerſa non utitur, ut conſtat aures habenti, ſumma ſuper cæteras Gentes, vocabulorum abundantia redundat: quod vel ex ſolo Folini noſtri Opere perſpicuum fieret, ſi modo illud in lucem prodiiſſet: nos dictum Opus Syllani vidimus M. S. & totum tota animi voluptate legiſſemus, niſi characteris præpediviſſet aſperitas. Obiit Folinus Anno MDCCXX. *Clar. An. Ch.* 1680.

## CÆSAR FIRRAUS

LUciis in domeſtico Feudo natus IX. Kal. Julias MDCXLVIII. Orator, & Poeta ſuaviſſimus. Scripſit Carmina Italica bene multa multæ pariter ſuavitatis, paris eruditionis: Quorum aliquot a Thoma Firrao S. Agathæ Principe ejus Nepote collecta, prodierunt ſub Epigraphe: *Rime di Ceſare Firrao de' Principi di S. Agata, Accademico Coſentino*. Lucæ apud Fredianum MDCCXXVIII. in 4. Obiit Cæſar IX. Nov. MDCCXIV. in Monaſterio Ciſtercien. Sambucinæ dicto, in quo ſibi ocium, & ſeceſſum elegerat, ut Muſas in ejus Montis Cacumine liberius coleret. *Clar. An. Ch.* 1680.

## RAYMUNDUS ROMANUS

STalatienſis Ord. Præd. S. T. M. Clar. Ann. MDCLXXX. Scripſit: *La Vita di S. Agazio Protettore della Città, e Dieceſi di Squillaci* ex Amat. *in Pantopol.* Item = *Chronicon Monaſterii Dominicanorum Catacii* ab Anno MDCLXXXII. additis in eo vitis celebriorum ejus Monaſterii Fratrûm. Extat hoc Opus M. S. in dicto Monaſterio. *Clar. An. Ch.* 1680.

## JOSEPH PONTHÆUS

COriolanenſis Epiſcopus Umbriaticen. Philoſophus ſatis doctus. Clar. An. MDCLXXX. Edidit: *Cometicas Obſervationes*. Romæ apud Nicolaum Angelum Tinaſſium MDCLXXXI. in 4. *Clar. An. Ch.* 1680.



Digitized by Google

## JOH. BAPTISTA DE FRANZA

*Clar. An. Ch.* 1680. PAulanus, Eremit. S. Auguſtini S. T. Baccalaureus. Clar. Ann. MDC-LXXX. Edidit: *I Fiori ſoavi, o ſieno Prediche Panegiriche in onore di alcuni Santi*. Meſſanæ apud Vincentium de Amico MDCLXXXVI. in 8.

## ASCANIUS MARADEI

*Clar. An. Ch.* 1680. LAenſis J. C. ſatis doctus, quem laudat Cardinalis de Laurea ejus conſanguineus *in Epiſt.* ad Matthæum Conſentinum Epiſcopum Anglonen. Clar. An. MDCLXXX. Edidit: *Lettera Cronologica de' Veſcovi di Caſſano*. Deeſt in ea Epiſtola tum locus editionis, tum nomen Typographi: eſt autem in 4. Edidit etiam *Sylva Juris* in fol.

## FRANCISCUS MARADEI

*Clar. An. Ch.* 1680. LAenſis, Aſcanii germanus frater, J. C. multi nomis, M. C. V. Judex. Prodierunt ex eo = *Practica Obſervationes Civiles, Criminales, & Mixta*. Quibus accedit = *Tractatus de Regia Viſitatione Hieronymi Caymo Mediolanenſis, cum Annotationibus, & Obſervationibus ejuſdem Maradei*. Neap. apud Felicem Moſcam MDCCIV. in fol. & iterum ibid. apud Michaelem Aloyſium Mutium MDCCXXII. = Item = *Praxis Liquidationis Inſtrumentorum*. Ibid. apud eundem MDCCXXI. in fol. = *Annotationes, & Obſervationes ſuper ſingularia Rerum Practicabilium, ac Judicatarum ſuper Reg. Pragmaticis Philippi Maradei Patris ſui*. Ibid. apud eundem MDCCXXXIII. in fol. = *Animadverſiones in ſuis Obſervationibus ad ſingularia praedicta*. Ibid. apud eundem MDCCXXIV. in fol. = *Animadverſiones, et Obſervationes ad Reſolut. Feudales, Fideicommiſſarias &c. Pauli Staibani*. Ibidem MDCCXIX. in fol. Laudant Virum hunc multi, inter quos Regens Carolus Antonius de Roſa illum *Juriſconſultum peritiſſimum* appellat in *Prax. Civ. Decr. cap. IV.* & Riccius: *Doctiſſimum, & laudatiſſimum Virum: cujus ſcripta aurei litteris cudenda* dicit, *& ab omnibus pra manibus habenda. In Prax. Civ. Judic. exequut. Tit. I. Cap. IV. Spec. I.*

## JOSEPH MARTELLINUS

*Clar. An. Ch.* 1680. ARocellenſis Presbyter J. C. Clar. An. MDCLXXX. Edidit Opus inſcriptum: *Il Trionfo della Fede contro la Setta Maomettana*. Neap. MDCLXXXI. in 4.

## ANGELICUS A PANAGIA

*Clar. An. Ch.* 1680. PAnagienſis Ord. Capuc. Concionator eloquentiſſimus, cui doctrina, pietaſque morum ſingulari fuit ornamento. Clar. An. MDCLXXX. Scripſit: *Conformitates FF. Minorum S. Franciſci Capucinorum*. Tom. I. in fol. Vid. de eo Bernardum a Bonon. *in Biblioth. Capuc.*

## FRANCISCUS A QUERQUARIO

*Clar. An. Ch.* 1680. QUerquarienſis Ord. Capuc. Vir doctus, & pius. Clar. An. MDCLXXX. quo anno edidit: *La Corona della SS. Trinità, in cui ſi numerano le Operazioni ad intra, et ad extra della medeſima*. Conſenſiæ apud Robertum Mollum in 8. Meminit de eo Bernard. a Bonon. *in Biblioth.*

BO-

Digitized by Google

## BONAVENTURA POERIUS

TAbernenſis Ord. Capuc. vigeſies quater Definitor: Concionator ſervidus: in Morali Theologia, & Canonum peritia eximius, ut vulgo Bibliotheca mobilis audiret. De eo ſic ſcribit Bernardus a Bonon. in ſua *Biblioth. Capuc. Hic Regulam Seraphicam peritiſſime expoſuit, ut de ea ab omnibus veluti Conſultor univerſalis haberetur*. Scripſit plura, quæ extant M. SS. quæque eodem a Bononia recenſente, ſunt hæc: *Controverſia Morales Miſcellanea* Tom. IV. = *Obſervationes exacta in Expoſitoribus Regulæ FF. Minorum ad praxim deducendæ* = *De Opinionum delectu in materia Morali*. Obiit Tabernis MDCXC. *Clar. An. Ch. 1680.*

## CAROLUS - MARIA CARAFA

CAſtrovetere in domeſtico Feudo natus. Vir eruditiſſimus. Clar. Ann. MDCLXXX. Edidit Librum: *De Horologiis Solaribus*. Mazareni MDCLXXXIX. in fol. & *De Politica Criſtiana*. Ibid. MDCXCII. in fol. ex Flor. & Acet. *Clar. An. Ch. 1680.*

## ANTONIUS COCUS

POlicaſtrenſis Minorita doctiſſimus, & Linguarum ſcientia clarus. Flor. An. MDCLXXX. quo anno edidit Opus eruditiſſimum, cui tit. fecit: *L'Albore del Mondo Triforme* ex Amat. *in Pantopol.* *Clar. An. Ch. 1680.*

## CAROLUS MUSITANUS

CAſtrivillarenſis Philoſophus, & Medicus doctiſſimus. Clar. An. MDCLXXX. Edidit: *Pyrotechniam Sophicam Rerum Naturalium*. Neap. apud Antonium Gramignanum MDCLXXXIII. in 4. = *Trutinam Medicam de Morbis*. Venet. apud Joh. Petrum Foreſtum MDCLXXXVIII. in 4. = *De Morbo Gallico Tractatum*. Neap. apud eundem Gramignanum MDCLXXXIX. in 8. = *Additionem ad Hadrianum Aminſith*. Neap. = *Tractatum de Febribus*. Amſtelodami. Meminit de eo Flor. Lib. I. Par. II. Cap. V. *Clar. An. Ch. 1680.*

## JOHANNES FLORUS

CRopanenſis Inſtituto Capucinus, pietate, & doctrina clarus. Natus An. MDCXXII. Scripſit Opus: *Della Calabria Illuſtrata* tribus Tomis in fol. diviſum. Quorum I: prodiit Neap. An. MDCXCI. apud Antonium Parrinum, & Michaelem Ludovicum Mutium, octo, poſt Autoris obitum, annis. II. Excuſus eſt ibidem An. MDCCXLIII. cum additionis Dominici de Badolato itidem Capucini, apud Dominicum Roſellum Typographum. III. Extat M. S. in Bibliotheca Capucinorum Hipponii. Opus hoc ingens farrago eſt, non inutilem futuris Scriptoribus de Rebus Calabris materiam præbens. Scripſit præterea: *Plauſum Doctrinæ Seraphici S. Bonaventuræ Illuſtrium Scriptorum ſubſcriptionibus conclamatum*. Tom. IV. in fol. = *Martyrologium Romanum Monaſticum*. Tom I. in fol. = *La Baſilica Lateranenſe ſoſtenuta dalle ſpalle Franceſcane*. Tom. I in fol. = *Sopra le Tre Giornate di Oro ſopra quelle di Monſignor Agazio di Somma Veſcovo di Catanzaro*. Tom. I. in 4. = *Il Quareſimale*. Tom. I. in fol. = *Santuario*. Tom. I. in fol. Quæ omnia extant Cropani in Cœnobio Capucinorum M. S. Obiit Florus Cropani, ab Religione ſua honoribus cumulatus, An. MDCLXXXIII. *Clar. An. Ch. 1680.*



Digitized by Google

## THOMAS-MARIA AMENDOLIA

*Clar. An. Ch. 1690.* GEorgetenſis Ord. Præd. Theologus. Clar. Ann. MDCXC. Edidit Opus, cui titulum indidit: *Collectanea in omnes fere ſententias, de Sacramento Pœnitentiæ, quæ in Praxi occurrere poſſunt*. Meſſanæ apud Vincentium de Amico MDCLXXXVII. in 8. Item = *Collectanea in ſeptem Eccleſiæ Sacramenta*. Tom. III. Neap. apud Dominicum Antonium Parrinum MDCCII. in 8. = *Collectaneas in Eccleſiaſticas Cenſuras, et Pœnas*. Tom. II. Ibid. apud eundem MDCCVI. in 8. = *Reſolutiones Morales, et Practicæ recollectæ ad ornatum utriuſque Collectaneæ prædictæ*. Ibid. eodem an. apud eundem in 8. = *Collectanea III. De Juſtitia, et Jure*. Tom. II. in 8. Ibid. apud eundem MDCCXVII.

## DOMINICUS DE CARO

*Clar. An. Ch. 1690.* PItienſis Canonicus Colleg. Eccl. ejus Urbis, Vir eruditus. Flor. Ann. MDCXC. Edidit Opus inſcriptum: *La Spagna Trionfante Panegirico Epitalamico nelle Nozze tra il Sereniſſimo Carlo II. Monarca delle Spagne, e Marianna Palatina di Neumburgo*. Neap. An. MDCXC. in 8. Scripſit & Opus Scenicum inſcriptum: *Il Natale di Gesù*.

## DOMINICUS GIOJA

*Clar. An. Ch. 1690.* LAenſis J. C. Archipresbyter Caſtellucii Vir doctus, & eruditus. Clar An. MDCXC. Edidit: *Pretioſam Grammaticalem Margaritam* duabus partibus diſtinctam. Neap. apud Antonium Gramignanum MDCXCVII. in 8. = *Poeſim Sacram Symbolo Anagrammatico concinnatam, ac Epigrammatibus adapertam*. Ibid. apud eundem eodem anno, eadem forma.

## ALBERTUS DE JUSO

*Clar. An. Ch. 1690.* SAmbenedictenſis Ord. Præd. S. T. M. Provincialis nunc Calabriæ, nunc Samnii: dignus Generali Prioratu ſui præfati Ordinis exiſtimatur. Vir doctiſſimus, & imprimis pietate, & probitate præditus ſingulari: qui, ut Acetus ait, dum Romam Innocentii XII. juſſu, ad promeritos virtutis ſuæ honores evocaretur, Paulæ in itinere obiit. Hunc Autorem eſſe aurei Operis, quod *Compendium Philoſophiæ D. Thomæ* inſcribitur, multi apud Amatum voluerunt; inde ejus nomen in dicti Operis fronte ſuppreſſum eſſe cenſentes, quod & vir pius nimio humilitatis ardore compeditus, ut idem *in Pantopol.* notat Amat. Litterarium Orbem aliis quoque ingenii ſui digniſſimis munimentis orbarit.

## ELIAS ASTORINUS

*Clar. An. Ch. 1690.* CIrenſis (quamvis de eo, veluti de altero Homero, contendant Cirum, Bryſtacium, Levidonia, & Lucii) Ord. Carmelitarum S. T. M. Philoſophus, Mathematicus, Juriſconſultus, Medicus, Aſtronomus, uno verbo: Omniſcius. Calabriæ decus, & ornamentum: ac vere ſtupendi Vir ingenii, qui Adoleſcens Lector in Cœnobio Carmelitarum Conſentino ſuffectus quaternas ſæpe Lectiones, pro pari Facultatum diverſitate uno, eodemque tempore, una & eadem ſtyli elegantia, & extemporalitate, uno eodemque conſtantiſſimo memoriæ tenore, ſine ſcripto dictabat:

bat : quod non ſine Dœmonis ope ab eo fieri exiſtimatum carceris ſubiit rigorem ; donec reddita vitæ , & doctrinæ ſuæ ratione , Ultramontanas luſtraturus Academias , his ſe invidiæ retibus extricaret .

Ergo Baſileam venit , ubi Juriſprudentiam publice docuit , & *Artem Magnam* conſcripſit , quæ duabus Diſſertationibus diſtincta : altera de Rerum Naturalium : altera de Scientiarum Origine , & progreſſu tractat : Cum duabus Tabulis , quibus ternus cujuſque Rei , & Scientiæ , omnibus ab uno ductis principio , progreſſus oſtenditur . Hanc ejus lucubrationem , ſummi tum ingenii , tum eruditionis ſingularis ; quam & ipſam Baſileæ publice docuit , cum Nos M. S. inveniſſemus Venetis Typis publici juris fieri curavimus , addita de noſtro Apologetica Diſſertatione , de ejuſdem Aſtorini Vita ; quæ, curante forſitan Doctiſſimo Viro Angelo Calogera Camaldulenſi , una cum cæteris , collectis ab eo, editiſque Philologicis Opuſculis , prodiit in lucem .

Dein venit Groningam , ibique Medicum egit ; ejuſque facultatis lauream ſuſcipere coactus patriæ Conſuetudini ſatisfecit : Erat enim conſuetudo Groningæ , ut non prius Medicinæ laurea ſuſcipi potuiſſet, quam Medicinales Theſes certamine publico tuerentur ; & , quod difficilius eſt, detecta prius aliqua Anatomica notitia Typis vulgaretur . Quod utrumque Aſtorinus pro dignitate adimplevit : Titulum excuſo ab ſe ibi Operi nuncupans : *De Vitali OEconomia Fœtus in Utero* . De cujus Operis editione ex ipſo Diplomate Groningæ cum ſolemnibus ſignis dato , Amato teſtante , qui illud legiſſe dicit , ſatis conſtat .

Inde adiit Londinium , atque Pariſios , & poſtremo in Italiam rediens publicam Mathematicæ Cathedram Senis obtinuit : ubi Opus excuſit : *De Elementis Euclydis* apud Bonett. MDCXCII. in 4. & dein *Aprodromum Apologeticum de Poteſtate S. Sedis Apoſtolicæ* apud eundem MDCXCIII. in 4.

Sed & Patriam repetens , brachiiſque exceptus extenſis a Carolo Spinello Tarſiæ Principe , ut inſignem eidem in Civitate Terrænovæ Bibliothecam ſelectiſſimorum Librorum conflaret, quam nunc ejuſdem Principis Filius translatam Neapoli poſſidet ; in eam ſe quodammodo Aſtorinus ſepeliviſſe dici poterit ; Nam in ejus veluti ſeceſſu quantum ſibi roboris , atque nervorum erat ad conſcribendos Libros univerſim intendit: quod ad Annum uſque MDCCIII. indeſinenter præſtitit : qui Annus ſibi & ſcribendi ſimul , & vivendi poſtremus fuit .

Scripſit igitur quæ ſequuntur = *Apollonii Pergæi Conica integritati ſuæ, Ordini, atque nitori priſtino reſtituta* . Edit Neap. Apud De Bonis MDCXCVII. in 4. = *De Vera Jeſu Chriſti Eccleſia contra Lutheranos , & Calvinianos*. Apud Eundem MDCC. in 4. Et apud Roccabert. in Biblioth. Dogmat. Acceſſerunt huic Operi Tractatus = *De Sacramentis* , & = *De Purgatorio*. Et hæc quidem , cum illis ſimul , de quibus antea diximus , prodierunt in lucem . Quæ vero addimus M. S. remanſerunt = *De Eccleſiaſtica Hierarchia* = *Philoſophia juxta propria principia* = *Iſagoge ejuſdem in XI Diſſertationes diviſa* . Quarum I. eſt = *De Principiis generationis Corporum naturalium* = II. *De Principiis Empedoclis Corporum Naturalium* = III. *De Principiis Chymicis* = IV. *De Sententia Charteſii circa Principia Rerum impugnata* = V. *De Principiis Zenonis , Democriti , & Galilæi* = VI. *De Natura Mentis , & Corporis* = VII. *De Natura Voluntatis humanæ* = VIII. *De Rerum Eſſentia in genere* = IX. *De Qualitatibus Senſibilibus* = X. *De Habitibus , eorumque Objectis* = XI. *De Vitali Animantium OEconomia* . Item = *Philoſophia Etruſco Carmine modulata* cum luderet = *Tractatus de Optica* = *Logica Pythagorica ſeu de Natura , & Eſſentia Rerum* = *Summa Theo-*

Digitized by Google

*Theologiæ univerſæ Scholaſtico-Dogmaticæ* = *Introductiones Apoteleſmaticæ elegantes in* χειρομάντειαν = *Introductio ad Sphæram* Italice conſcripta. Sed & ſubciſivo labore Opus incæperat, perennius ære futurum ſi cui modo ſupremam manum addere potuiſſet vita producta; Erat enim *Epitome*, & quædam veluti ἀνακεφαλαίωσις omnium celebriorum Librorum præfatæ Bibliothecæ; ſed Opus imperfectum remanſit; & ipſum, una cum dictis M. S. in varias manus incidiſſe ab Elia de Amato, qui Aſtorini diſcipulus ea viderat, accepimus, utinam, ſub quovis demum nomine, aliquando publicentur.

Diſcipulos Aſtorinus reliquit multi nominis: inter quos eminent Carolus, & Franciſcus Maria Spinelli, alter Tarſiæ, alter Scaleæ Princeps, Cajetanus Argentus, & Seraphinus Biſcardi, quorum heic mentio fiet, Fabricius Caſtilioneo-Maurellus, & Elias de Amato, de quibus heic pariter dicendum, Salvator de Spiritu, & Mutius Caſellus, ſtremiſſimi in Foro Conſentino Cauſſarum Patroni, & alii, de quibus in ejus vita ſatis diximus, quam plura de eo ſcire qui cupit, adeat.

## INNOCENTIUS XII.

*Clar. An. Ch. 1690.*

REginæ, Mario Pignatello Patre, qui tum ejus Oppidi dominabatur, & Maria Fauſtina Caracciola Matre præclariſſimæ Nobilitatis Neapolitanæ Parentibus XXI. Januarii MDCXXVI. natus: in Baptiſmo, ab ejus loci Archipresbytero Horatio Siciliano eidem collato, deque eo Octavio Patruo illum ſuſcipiente, *Octavii-Franciſci*, *Joſephi*, *Antonii* Pignatelli Nomen Sortitus notatur in Libro Baptizatorum ejuſdem Oppidi. Quare corrigendi Bizozerus, Taja, cæterique Scriptores, qui Innocentium Neapoli Anno MDCXV. natum Scripſerunt. Nam & Libro huic, quem laudavimus, conſtans Traditio, ab ipſis Genitoribus noſtris accepta, ſuffragatur: Eamque Scarphò in Opuſculis ſuis merito excepit; quando illud etiam ejus rei teſtimonii, ſeu ineluctabilis indicii vicem habere dixerim, quod Innocentius Reginenſes Concives ſuos excipere hilariori fere vultu ſoleret, tametſi, eo Pontifice, Oppidum illud ab uſque Anno MDCXXXIX. in dominium Ferdinandi Vincenti Spinelli Tarſiæ Principis translatum, jam domeſticum Pignatellorum Feudum eſſe deſiiſſet.

Juvenis, igitur, Juriſprudentiæ Studiis incubuit, & Doctoralem Lauream adeptus, ſpectatam dein Virili ætate prudentiam, in ſuſceptis pro Romana Sede Legationibus, reddidit Univerſo Chriſtiano Orbi conſpicuam: ac in Neapolitano Archiepiſcopatu Paſtorali ſollicitudine Clarior effectus, merito XII. Juli MDCXCI. ad Summi Pontificatus Apicem euehi promeruit: Unde Juriſconſultorum, queis fuerat aſcriptus, non oblitus, ne qui per varias Urbis partes adeundis Judicibus defatigarentur, Unum in Citatorio Forum, in quem Omnes Curiæ convenirent, erigendum mandavit. Atque hoc unum mihi pariter de ejus magnificis facinoribus, leviter heic attigiſſe ſufficiat; Nam quæ mox in Pontificatu reliqua Egregia facinora geſſit, latiori Calamo in noſtris *Icon. Calab.* veluti in propria Sede notabimus. Obiit VII. Sept. MDCC.

## ANTONIUS CONSTANTINUS

*Clar. An. Ch. 1690.*

CAſtrivillarenſis Ordin. Minim. Theologus, & Poeta dictus per Antonomaſiam. Flor. An. MDCXC. Edidit: *De Canonibus Apoſtolorum Diſſertationem unicam Hiſtorico-Chronologico-Dogmaticam*, *adverſus hujus temporis Criticos*. Romæ, apud Joh. Jacobum Komarek Bohemum MDC-

Digitized by Google

MDCXCVII. in 4. & = *Vienna liberata : Buda conquiſtata , o ſia la Superbia Ottomana abbattuta* . Poema Heroicum P. I. & II. Romæ apud eundem MDCXC. in 8. Et Neap. MDCLXXXV. Dio vixit Viennæ in Aula Cæſaris Cui & a Conſiliis erat . Poeta Cæſareus .

## DOMINICUS CIANCIARUSUS

SEminarienſis , Dominicanus . Flor. An. MDCXC. Edidit Opus inſcriptum : *L'Umiltà non finta* Meſſanæ apud Vincentium Amicum MDCXCVII. in 8. tertia editione . Item curavit reimprimi Chronicon Monaſterii Surianen Antonii Lembi , cum propriis Additionibus circa Miracula ad Ann. uſque MDCLXX. a S. Dominico peracta , aliiſque Supplementis. Reimpreſſum autem Opus apud eundem de Amico MDCLXXXVII. eſt in fol. *Clar. An. Ch. 1690.*

## JOSEPHUS COCUS

POlicaſtrenſis Poeta jucundus . Clar. An. MDCXC. Quo Anno edidit Romæ priores duos Torquati Taſſi Cantus a ſe in Vernaculum Carmen translatos in 16. Quo in Opere, ut in Luca Antonio Folino dictum, feracitatem Calabricæ Linguæ Eruditus Lector demirabitur . *Clar. An. Ch. 1690.*

## PETRUS MATTHÆI

COnſentinus Medicus ſatis doctus . Clar. An. MDCXC. Edidit : *De Animadverſionibus Phyſico Medicis in X. Dialogos digeſtis* . Neap. apud Parrinum MDCCIV. in 4. *Clar. An. Ch. 1690.*

## HIERONYMUS PIPERI

TAbernenſis Philoſophus , & Medicus doctus , & Eruditus , & Poeta Nobilis . Clar. An. MDCXC. Edidit : *Ad Hadriani A Mynſicht Medici Germani præſtantiſſimi Theſaurum , & Armamentarium Medico . Chymicum* Corollarium , *ſive parvum Communis valitudinis tuendæ , amiſſeque inſtaurandæ Theſaurum* . In quo non pauca ſelectiora Medicamina huc uſque ignota , proprio marte excogitata ſpagyrice fabrefiunt . Accedit *Tractatus de Potione Herbæ The , Cocolatæ , & Caphè , & = Methodus ad Medicinam Univerſalem , ex duobus Planetis Marte , ſcilicet , & Venere, in deploratiſſimis morbis conficiendam ; Necnon ad quodcunque imperfectum Metallum ad perfectiſſimum tranſmutandum , non omnibus hucuſque nota* . Prodierunt cum ejuſdem A Mynſicht Opere Neap. apud Michaelem Aloyſium Mutium MDCCI. in 8. Extant , & aliquot ejus *Carmina* in laudem Urbis Tabernarum Patriæ ſuæ , relata a Flor. *T. I. Calab. Illuſtr.* *Clar. An. Ch. 1690.*

Fuit & Saverius Piperi Hieronymi Germanus Frater , cujus itidem Carmina aliquot , in laudem Urbis Catacenſis , retulit l. c. idem Flor.

## ANTONIUS SPINELLUS

SEminariæ in domeſtico Feudo natus An. MDLV. Caroli Spinelli ejus Urbis Domini , & Chariatenſis Principis Filius Soc. Jeſu Vir Doctrina juxta atque Pietate conſpicuus . Edidit Opus Celebre *De Beata Maria Virgine* . Neap. MDCXC. *Clar. An. Ch. 1690.*



Digitized by Google

## JOSEPH PHILOMENA

Clar. An. Ch. 1690.

MUranenſis Grammaticus Clar. Ann. MDCXC. Edidit Opus inſcriptum : *Gemma Grammaticalis Exemplis , Hiſtoriis , Phraſibus præclarorum Oratorum, Poetarumque illuſtrata* Neap. apud de Bonis MDCCIII. in 8.

## THOMAS THORCIA

Clar. An. Ch. 1690.

MIgliarinenſis Presbyter Grammaticus . Clar. An. MDCXC. Edidit: *Novum lumen Grammaticale ex præceptionibus tum Veterum , tum recentiorum Autorum accuratiſſime exprom ptum* . Neap. apud Hæredes Caroli Troyſe MDCCIX. in 8. Nona Editione.

## ANTONIUS MANNARINUS

Clar. An. Ch. 1690.

POlicaſtrenſis Minorita. Clar. An. MDCXC. Scripſit: *Le Memorie Iſtoriche dell' antica Petelia , & altre Republiche Greche di Calabria* = *Aforiſmi Politici, Militari, ed Economici ricavati dalle Oſſervazioni politiche di Boccalini, e dalle Note di Giuſto Lipſio ſopra gli Annali di Tacito*. Tom. II. = *Epitome Iſtorico di Maſſime in Appendice a ſudetti Aforiſmi*. Ex Amat. in Pantopol.

## THOMAS SEVERINUS

Clar. An. Ch. 1690.

CAſtrivillarenſis J. C. Parochus Eccleſiæ S. Mariæ Omnium Bonorum Neap. Vir in humanis litteris verſatiſſimus. Clar. An. MDCXC. Edidit Librum *Epigrammaton* . Neap. in 8. Hic Præceptor extitit inſignium Virorum Joh. Baptiſtæ de Vico, & Hieronymi Nobilis : in quibus Severini noſtri ingenium animadvertiſſe licebit, quandoquidem, ut Claudianus ait: *Omnes redeunt ad ſemina cauſſæ*.

## JOSEPH DE AMATO

Clar. An. Ch. 1700.

AManthæanus J. C. Vir doctus, & eruditus. Clar. An. MDCC. Edidit opus inſcriptum : *De Amanthæa , ejuſque erga Reges Fidelitate Laconiſmus: ubi de Familiis, Magiſtratibus, Militibus, Stemmatibus gentiliciis, ac de aliis ad nitorem Nobilitatis attinentibus , tractatur* . Meſſanæ apud Vincentium de Amico MDCCI. in 4. Scripſit etiam: *Centuriam practicabilium in utroque Jure materiarum*, quæ extat M. S. ex Amat. *in Pantopol.* Vid. de eo Dictionar. Morer. XIX. edit. Pariſien. Tom. III. pag. 132.

## JOSEPH AMENDOLIA

Clar. An. Ch. 1700.

GEorgetenſis Ord. Præd. S. T. M. Vir doctus, & eruditus. Clar. Ann. MDCC. Edidit: *Tractatum de Poteſtate Prælatorum: in quo continentur De Eccleſia , et Summo Pontifice : De Autoritate Papæ circa Eccleſiæ Sacramenta: De Infallibilitate Decretorum Romani Pontificis : De Poteſtate , et Privilegiis Cardinalium S. R. E. : De Poteſtate , et Obligatione Epiſcoporum : De Poteſtate Prælatorum inferiorum: De Poteſtate , et Officio Parochorum: De Confeſſariis, et eorum Obligationibus , et Requiſitis : Propoſitiones damnatæ : Catalogus Summorum Pontificum : Omnia Concilia; nec non Res memorabiles a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, uſque ad An. MDCC.* Neap. apud Leonardum Joſephum Sellittum MDCCV. in 4.

CÆ-

Digitized by Google

## CÆSAR BISOGNUS

HIpponienſis J. C. & Poeta eruditus. Clar. An. MDCC. Edidit *Poemata* Italica, & Latina uno Volumine comprehenſa. Neap. apud Dominicum Parrinum MDCCXV. Item: *Allegationes Juris, in quibus diverſi caſus practicabiles, materiam contractuum, ultimarum voluntatum, feudalium, et criminalium cauſſarum concernentes per eundem Autorem in diverſis cauſſis diſcuſſi, omnibus in jure verſantibus admodum utiles, & neceſſarii, ſuccincte enucleantur, et reſolvuntur*. Neap. apud Felicem Moſcam MDCCXVI. in fol. Scripſit alia duo Volumina: alterum *De Regulis Juris*: alterum ſuper Rubricas Titulorum, Digeſtorum, Codicis, & Decretalium, quæ extant M. S. penes Hæredes.

*Clar. An. Ch.* 1700.

## ANTONIUS BISOGNUS

HIpponienſis J. C. ſatis doctus. Clar. Ann. MDCC. Edidit: *Capitula, et Privilegia Civitatis Hipponienſis*. Neapoli apud Felicem Moſcam MDCCIV. in 4.

*Clar. An. Ch.* 1700.

## JOSEPH BISOGNUS DE GATTIS

HIpponienſis. Clar. An. MDCC. Edidit: *Hipponii, ſive Vibonis, Valentiæ, vel Montis Leonis Auxoniæ Civitatis accurata Hiſtoria in III. Libros diviſa*. Neap. apud Felicem Moſcam MDCCXVI. in 4.

*Clar. An. Ch.* 1700.

## ANTONINUS CONDOMITTI

POlyſtinenſis Ord. Præd. S. T. M. Vir doctiſſimus. Clar. Ann. MDCC. Edidit Tom. I. *Theologiæ Speculativæ Practicæ Primæ Secundæ Angelici, ac Quinti Eccleſiæ Doctoris D. Thomæ Aquinatis, Elucidata, diſputata, propugnata* &c. Qua tractat de Regula actuum humanorum: De Ultimo Fine; deque actibus voluntariis, & non voluntariis. Neapoli apud Nicolaum Abri MDCCVI. in fol. Item An. MCCXII. edidit apud eundem *Tom. II. ejuſdem Operis*, quo tractat *De Circumſtantiis actuum humanorum, & de Phyſicis Præmotionibus nova methodo explicatis*. Scripſerat & III. ejuſdem Operis Volumen, doctrina, & mole grandius, complectens reliquas Quæſtiones Primæ Secundæ D. Thomæ, & præſertim illas, quæ tractant de Gratia, ſed morte præventus M. S. remanſit. Quemadmodum, & duo alia ejuſdem Autoris Opuſcula in 8. M. S. remanſerunt in Bibliotheca Suriani: Quorum alterum inſcripſerat: *De Ente Rationis*: alterum: *De Prædicamentis Relationis*, profundiſſimi Viri acumen teſtantia. Nos de eo in noſtra *Diſſert. de Vita Eliæ Aſtorini* plura diximus.

*Clar. An. Ch.* 1700.

## GREGORIUS CALOPRESIUS

SCaleanus Philoſophus, Medicus, Poeta doctiſſimus, & eruditiſſimus. Natus Ann. MDCL. ſub Joſepho Porcella Viro tunc multi nominis ſtudiis Neapoli incubuit, tantumque in Philoſophia Cartheſii, Poeſi Italica, & in omnigena eruditione profecit, ut fama undique celebrante, ſtatim illum celebriores ſibi Academiæ cooptarent, ac in illa imprimis cooptaretur, quam Dux de Medina Cœli, tunc temporis Prorex Neapolitanus erexerat; in qua eruditiſſimis Lectionibus Nicolai Macchiavelli Opus

*Clar. An. Ch.* 1700.



Digitized by Google

conſutavit, quod *Princeps* inſcribitur. Dein vero in Accademia Neapolitana aſcriptus, quæ *Degli Intreociati* vulgo dicebatur, edidit Opus illud eximium, quod inſcripſit: *Lettura ſopra la Concione di Marfiſa a Carlo Magno, contenuta nel Furioſo al Canto XXXVIII. nella quale oltre all' artefcio adoperato dall' Arioſto in detta Concione, ſi ſpone ancora quello, che ſi è uſato dal Taſſo nell' Orazione di Armida a Goffredo*. Neap. apud Antonium Boliſon. MDCXCI. in 4. Edidit etiam = *Spoſizione delle Rime, e Proſe di Giovanni della Caſa*. Apud eundem MDCXCIV. in 4. Scripſit quoque Epiſtolam quandam, quam Fontaninus in ſuo *Amint. cap. I. pag. XXIV. Excellentiſſimi Litterati fœtum* appellat; quando & aliam ad Principem Nicolaum Caracciolum ab eodem conſcriptam, Boliſon. inter Memorabiles inſervit *part. IV. pag.* 166. *Vertit* præterea, *et Notis illuſtravit Logicam Sylvani Ragis*, & denique, ſcripſit Opus celebre *contra Impium Spinoſa*; quod tamen præventus morte non edidit.

Propter quæ amorem ſibi omnium Litteratorum, & admirationem concilians, inter Arcades annumeratus, ſub nomine *Alcimedontis Creſii*, merito a Creſcimben. in ſua Arcadia *Lib. V. & VI. Sublimis, Celebris, & Famoſus* audit *Alcimedontes*. Quibus ſibi partis titulis, poſtrid. Kal. Maj. MDCCXV. Patriæ ſuæ, diem ſuum, fama, & gloria ſuperſtitibus, clauſit extremum. Ejus vitam, mandante Arcadum Academia Joh. Baptiſta Jannucius Arpas, Eraſmius Botadicus dictus, conſcripſit. Illum hodierna Litterarum Phœnix Ludovicus Antonius Muratoriuſ, in ſua *Litterar. Rep. Italica*, unum ex ejus Reip. Archontibus numerat *pag. XX.* Eidem Xaverius Panzutus Reg. in Supremo Neap. Regni Senatu Conſiliarius, Cantionem ſuam nuncupat, quam in obitu Caroli V. Ducis Lotharingiæ conſcripſit, relatam *in Diar. Parm. Ann. MDCXCII. pag.* 140. Denique de eo vid. plura *in Notit. Hiſt. Arcad. Mort. pag.* 111. & apud Lam. *in Memorab. Italor. Tom. I.*

## SERAPHINUS BISCARDUS

*Clar. An. Ch. 1700.* COnſentinus, Guardiæ Marchio, Regiam Cancell. Regens: Philoſophus, Theologus, Mathematicus, Juriſconſultus multiſſimi, & celebratiſſimi nominis: aureæ eloquentiæ Vir, & in publicis negociis pertractandis, ſummæ dexteritatis: de quo Carolus de Alexio *Meliorat. XI. ad Allegat. XI. Reg. de Marin.* ſic ſcribit: *Quid ſimiliter optare potes, ſi unum habes, in quo omnes virtutes concurrunt? Vis illum juſtum? Jam habes, imo eo juſtiorem habere non potes; Vis illum doctum? & eo doctiorem non invenies; Vis illum eloquentem? & eo eloquentiorem ne expectes: ſciunt omnia hujus Regni Suprema Tribunalia, ſcit Orbis; Vis illum prudentem, & eo prudentiorem ne deſideres; Vis illum Philoſophum, Theologum? Taciti in Politica Euclidis, in Mathematica æmulatorem? Jam habes in illo uno digniſſimo Regente D. Seraphino Biſcardi Patritio Conſentino*. Extat & ejus elegantias Elogium apud Lamb. *Tom. II. Part. I. Memorab. Italic. Erudit.* Claruit autem An. MDCC. Scripſit: *Juris Reſponſum pro Regio Fiſco, quo probatur manus mortuas, ob Feuda ab ipſi poſſeſſa, ad ſervitia, & Quindenniorum ſolutionem teneri*. Prodiit An. MDCCIII. in 4. = *Epiſtolam pro Auguſtiſs. Hiſpan. Monarcha Philippo V. Qua et jus ei aſſertum ſucceſſionis univerſæ Monarchiæ* &c. Prodiit Neap. apud Roſellum MDCCIII. = *Orationem a ſe habitam in Regiis Ædibus in die Natali Philippi V.* Ibid. apud Moſcam MDCCV. & Iterum MDCCXXXIV. Scripſit & alia *cedro digna, et æternitate*, ut notat Amat. *in Pantopol.* Obiit Seraphinus repente, præ nimio animi mœrore concepto An. MDCCXI. Ætat. ſuæ An. LXVIII. Vide de eo Lam. Tom. II. Part. I.

FRAN-

## FRANCISCUS GEMELLUS CHARERUS

RAdicinenſis M. C. V. J. Clar. An. MDCC. Hic heroicum facinus ag- Clar. An. Ch.
greſſus, ſcilicet Peregrinationem per Orbem ſuſcepit; & poſtquam fa- 1700.
ctus Miles in Hungarico Bello, cum Buda expugnaretur militaſſet, uno curſu luſtratis Imperiis Turcico, Perſico, Mogolico, Sinico, Inſulis Philippinis, navigatoque Oceano Pacifico: viſo Regno Mexicano: tranſmiſſo Atlantico, per Hiſpaniam, & Galliam, poſt annos quinque, menſes totidem, & dies viginti, Neapolim rediit, unde diſceſſerat; cumque rurſum factus Miles, Galliam, & Hiſpaniam inviſeret; tandem ſuæ Peregrinationis hujuſmodi Hiſtoriam ſcripſit, & edidit, nuncupavitque: *Giro del Mondo*. Eam autem per Ephemeridem concionatam in IX. Volumina diſtribuit. Quorum I. continet iter pe Turchiam: II. Per Perſiam: III. Per Indiam Orientalem: IV. Per Imperium Sinicum: Per Inſulas Philippinas, & Mare Pacificum: VI. Per Americam Septentrionalem, Mare Atlanticum, Hiſpaniam, Galliam, & Italiam: VII. Rurſum per Galliam, & Italiam: VIII. Per Hungariam, continetque Bella ibi geſta cum Turcis: IX. Per Hiſpaniam, & quæ tum ibi bella contigerunt exponit. Propter quæ dignum eſt Opus Epigraphe

*Regna, Ritus, Moreſque hominum deſcribi, & Urbes.*

Ac de ejus Autore recte diceretur: Ipſum luſtraſſe Orbem: *Phœbe Lampadis inſtar*. Prodierunt autem iſthæc Volumina. Neap. An. MDCC. apud Joſephum Roſellum in 8. cum figuris; & dein Venetiis An. MDCCXIX. apud Sebaſtianum Coletum in 8. ſine figuris: cumque eſſent eruditiſſima juxta, atque curioſiſſima, in varios mox Europæ Linguas, ac Latinam quoque verſa eſſe audivimus. Obiit Franciſcus Neap. An. MDCCXXV. cum nos in ea Urbe moraremur.

## FERDINANDUS CERASARI

CAtacenſis, Eques Jeroſolymitan. Clar. An. MDCC. Scripſit: *Dell' Ori-* Clar. An. Ch.
*gine della Scuola Pitagorica, ed Accademica, coll' Introduzione, e Pro-* 1700.
*greſſo delle Scienze in Italia*. Ex Amat. *in Pantopol.* Orditur autem a Pythagora, & ad Charteſium uſque proſequitur: Prodiit in 8.

## JOH. LUCAS FENECH

MIletenſis U. J. D. Vixit An. MDCC. quo anno edidit: *Flores Caſuum* Clar. An. Ch.
*Moralium*. Neap. apud Michaelem Mutium in 8. 1700.

## ANTONIUS FIOCCA

CAtacenſis Presbyter. Clar. An. MDCC. Edidit: *Statuta, Conſtitutiones,* Clar. An. Ch.
*& Decreta Eccleſiæ, & Capituli Catacenſis*. Romæ MDCCIV. Vide 1700.
de eo Joh. Marangon *Theſaur. Paroch. Tom. II. Lib. III. Cap. I. Num. LXXXVIII.* Acet. & alios.

## JOSEPH SYLLANUS

CRotoniata Congr. S. Hieronymi de Urbe Presbyter. Clar. An. MDCC. Clar. An. Ch.
Edidit: *L' Eccleſiaſtico ponderato, & = Gli Aforiſmi di Prudenza*. Ro- 1700.
mæ MDCCIV. ex Acet.



Digitized by Google

## JOSEPH SIRJOANNES

Clar. An. Ch. 1700. Arenenſis Vir eruditus. Clar. An. MDCC. Edidit: *L'Apoſtroſo interdetto*. Venetiis An. MDCCXIV. ex Acet.

## ANTONIUS

Clar. An. Ch. 1700. Olivadenſis Capucinus ſanctæ vitæ Vir: miraculis clarus, Verbi Dei Præco eximius. Conſentinæ Provinciæ Provincialis. Edidit: *Il Viaggio doloroſo del Calvario*. Neap. Ann. MDCCV. in 8. Hic Clementi XI. mortem anno ante ſuam futuram; & Benedicto XIII. tunc Vincentio Mariæ Cardinali Urſino Pontificatum prædixit ex Flor. Tom. II. & dum Amanthea, cum Socio Citrarium iret a SS. Angelis Cuſtodibus mirifico pane refectus proditur Marangonio in *Lib. de SS. Angelis Cuſtodibus Lect. VI. Num. XLII.* Obiit An. MDCCXX. die XXII. Februarii in Cœnobio Capucin. Scyllacen.

## ANDREAS FIRRAUS

Clar. An. Ch. 1700. Conſentinus Cler. Reg. Theat. Vir pius æque atque eruditus. Clar. An. MDCC. Edidit Opus inſcriptum: *Corriſpondenze di amore del Sangue Divino. Diſcorſi per i nove Mercordì precedenti la Feſta di S. Gaetano Tieneo, Fondatore de' Chierici Regolari*. Neap. apud Jacobum Raillard MDCCXIII. in 8.

## FRANCISCUS NARDI

Clar. An. Ch. 1700. Montaltinus J. C. antiquis comparandus: Cauſſarum patrocinio per quinquaginta, & amplius annos in Supremis Regni Tribunalibus cum ſtrenuitate verſatus: omnis eruditionis notitia, cum lepore excultus, ac recuſandis oblatis iterum Togis, & dignitatibus, rara moderatione conſpicuus: ingenio magnus: mente, & memoria promptus. Clar. An. MDCC. Scripſit plura, ſed ejus Latinæ Reſponſa, quæ merito ſui cujuſque argumenti Tractatuum vicem habent, ſunt: *De Syndicatu Officialium, præſertim Conſiliariorum ab latere Status, & Belli, vulgo Reggenti di Spada, e Cappa* = *De Molendinis, & jure molendi* = *De Paſcuis, et jure paſcendi*. Prodierunt Neap. apud Moſcam. Obiit in eadem Urbe Neap. VII. Kal. Octob. MDCCXXXIX. Vide plura de eo in *Vita*, quam de ipſo conſcripſimus.

## JANUS VINCENTIUS GRAVINA

Clar. An. Ch. 1700. Rogianenſis, ſive Vergianenſis (Vergianum enim Barrio dicitur, quod nunc Rogianum Oppidum appellatur), In Romano Archigymnaſio anteceſſor: Græce, & Latine ſolide doctus: & præſertim Civili Sapientia, & Juriſprudentiæ laude celeberrimus. Vir clariſs. natus XIII. Kal. Martias MDCLXIV. cujus eruditionem ſi ſpectem, non video ubi Sigonio cedat: Feliciſſima in ambobus Originis Romani Juris cognitio; ſed ita, ut fluat ille plenior; hic feratur rapidior: In Gravina plus nervorum, ſanguinis, ſpiritus: in Sigonio plus carnis, cutis, & coloris: In illo plus diligentiæ: in hoc plus facilitatis: Ille omnia utilitati: Hic plurimum delectationi tribuit. Ergo, ſine controverſia omnium quotquot, ſua vixerunt ætate doctiſſimus, omnes omnium, etiam eorum, qui ultra montes litteris inclareſcunt, in admirationem ſui quotidie convertit.

Equidem Joh. Burchardus Menkenius J. D. Conſiliarius, & Hiſtoriogra-

Digitized by Google

graphus Sereniſs. Ducis Saxoniæ, Poloniæ Regis, de Gravinæ Libro loquutus, qui de Civilis Juris Originibus inſcribitur, in Epiſtola ad eum conſcripta, quæ extat in fronte ejus Libri, inter cætera hæc dicit: *Sed Teipſum ſuperaſſe videbare, Vir conſultiſſime, cum primum Originum Juris Civilis, quarum ſpem in ſpecimine illo feceras, Librum Neapoli quinquennio poſt, in lucem ederes, quem quanto plauſu Eruditi exceperint, vel Eruditorum acta, quæ Lipſiæ publicantur, teſtari abunde poſſunt. Cumque nonnulli dilectiſſimo Socero meo Gleditſchio perſuaſiſſent, ut Librum lectu dignisſimum, in gratiam potiſſimum Germanorum, noſtratibus Typis recuderet, certatim fere Juriſconſulti noſtri, avideque eum exceperunt, exceptum commendarunt, commendatum privatis, publiciſque Scholis propoſuerunt, atque explicarunt.*

Poſtquam, igitur, Gravina Opuſculum, de quo Menkenius meminit, *Specimen priſci Juris* inſcriptum, edidiſſet Romæ, apud Antonium de Rubeis MDCXCVI. in 8. grande illud Opus, de quo idem Menkenius loquitur, ad Clementem XI. Pont. Max. nuncupatum, edidit: *Originum Juris Civilis*. Tribus Libris diviſum: quorum I. eſt: *De Ortu, et Progreſſu Juris*. II. *De Jure Naturali, Gentium, et XII. Tabularum*. III. *De Legibus, et Senatuſconſultis*. Primum Romæ, dein apud dictum Gleditſchium, & poſtremo prodiit Neap. apud Felicem Moſcam MDCCXXII. in 4. Quod quidem Opus, varia, nec paſſim obvia eruditione, ut in ejus cenſura ſcripſit Joh. Baptiſta de Miro Caſinenſis Monachus, ab Romanis, Græciſque, non e vulgo Scriptoribus deprompta, conſperſit: ſolidioris Philoſophiæ principiis, ſine quibus etiam Leges puerile quiddam, & fortuitum redolerent: eloquentiæ quoque luminibus, ac Latinæ Linguæ candore, quæ in Foro valde utiles, propter rei difficultatem negliguntur, non neglectis. Quare concludit laudatus de Miro: *Dignum profecto eſt, ut in publicum bonum exeat in lucem, quo cupida Legum Juventus, cui dirigitur, cæterique cauſſidici diſcant, quantum dignitatis, atque ſplendoris Juris Scientiæ accedat ab humanioribus diſciplinis, et a placitis illorum Philoſophorum, quorum ſapientia in ſophiſticam non abierit.*

Una cum his tribus Originum Libris, quos diximus, edidit etiam *Librum ſingularem de Romano Imperio ad S. P. Q. R.* Quem librum Joh. Cleric. *in Biblioth. Ancien. et Modern. Tom. XIX. Art. V.* tantopere ſuſpicit, ac commendat. Atque eo quidem, adeo perſpicue oſtendit Romanum Principem publico jure in Senatus poteſtate fuiſſe, ut ſi modo Tribonianus viveret, ipſumque Librum legeret, cum toto illius de Regia Lege commento in Gravinæ ſententiam pedibus iret.

Sed & ſimul cum Opuſculo, quod *Specimen priſci Juris* inſcriptum diximus, hæc quoque ejuſdem Gravinæ Opuſcula una comprehenſa volumine prodierunt = *De Lingua Latina Dialogus* = *De Converſione Doctrinarum* = *De Contemptu Mortis* = *De Luctu minuendo* = *De Legibus Arcadum Oratio* = *Delle Antiche Favole*. De quibus laudatus Menken. *Te primum*, ait, *velut ex ungue Leonem cognovi, in quibus* (Opuſculis) *quid ingenioſius ſpecimine priſci Juris? Quid elegantius Dialogo de Lingua Latina? Quid reliquis, quæ de converſione doctrinarum: de contemtu mortis, & de luctu minuendo, ut & pro Legibus Arcadum diſſeruiſti gravius, atque copioſius? Nec ſine multa animi oblectatione legi poſſunt, quæ patrio ſermone de Fabulis veterum eodem anno commentatus es* &c.

Acceſſerunt dein dictis Opuſculis = *Inſtitutiones Juris*, & = *Orationes* aliquot, quæ & ipſe ſimul cum primis prodierunt Neap. apud Dominicum Terres MDCCXLVI. in 8. Item = *Regolamento degli Studj di Nobile Donna, e valoroſa* = *Ragionamento ſopra l' Endimione componimento Drammatico di*

co di

*co di Aleſſandro Guidi* = *Della diviſione dell' Arcadia* = *De Diſciplina Poetarum ad Scipionem Maffejum Marchionem* = *Poeſie Italiane*, quæ tribus Eclochis conſtant = *Latina Carmina ad Paulum Doriam Jambi* = Item *ejus Bibliotheca* = *Opuſculorum Dedicatio* = *Orationum Dedicatio* = *Receptionis Juris Specimen, ſive Inſtitutionum Imperialium ex uſu noſtrorum temporum Lib. I. Qui eſt de Perſonis* = *Encyclica Epiſtola ad Populum, et Clerum Neapolitanum nomine Cardinalis Pignatelli, cum Neapolis Archiepiſcopus eſſet renunciatus* = *Teſtamentum ejuſdem Gravinæ*. Quæ & ipſa prodierunt Neapoli MDCCXLI. uno Volumine comprehenſa in 8. apud Johannem de Simone. Acceſſerunt præterea quinque Tragœdiæ = *Il Palamede* = *L' Andromeda* = *L' Appio Claudio* = *Il Papiniano* = *il Servio Tullio*. Itidem Neap. excuſæ apud Dominicum Antonium Parrinum MDCCXLII. in 8. Ad hæc addendus Lib. ſingularis *De Tragœdia* ad Sereniſſimum Principem Eugenium de Sabaudia, qui etiam prodiit Neap. An. MDCCXXXI. apud Felicem Moſcam in 8. & denique = *Della Ragion Politica Lib. II.* Ibid. apud de Bonis MDCCXXXI. in 8. Omniaque demum Gravinæ Opera recenſuit, & adnotationibus auxit Gothofridus Maſcovius; prodieruntque Venetiis apud Franciſcum Pitterum MDCCXXXIX. in duobus Tom. in 4. Sed enim, tradente eruditiſſimo Joſepho Cito *in Notit. Arcadum Tom. I. Att. 69* hæc extant apud Metaſtaſium ejus Hæredem ejuſdem Gravinæ Opera M. S. = *De Romano Imperio Germanorum* Liber I. qui erit ſecundus ejuſdem de Rom. Imperio argumenti = *Amulius* Tragœdia = *Jus receptius*, ſive Epilogus eorum, quæ ex Inſtitutionibus Juſtinianeis uſu vigent = *Eclogæ* aliquot Italicæ, & aliquot Latinæ *Orationes* = *Epiſtolæ Latinæ* bene multæ ad Familiares = *Dialogi* aliquot Italici; & = Verſio in Latinum trium ex præfatis ejus Tragœdiis, ſcilicet *Palemadis*, *Andromedæ*, *et Appii Claudii*. Cujus poſtremæ verſio incompleta remanſit.

Propter quæ ingenii ſui monimenta illum *noſtri temporis Tullium* appellat Menchen Charletan *Erudit. Declamat. II. pag.* 106. & Walchius *cap. II. Hiſt. Crit. Ling. Latin. §. IV.* ſic de eo ſcripſit: *Janus Vincentius Gravina ſingulare Italorum decus: Princeps ingeniorum, qui in Gente hac; noſtro ævo doctrinâ, Juriſprudentiâ, elegantiori Latini ſermonis ſuavitate floruerunt*. Addit tamen Acet. *Utinam ingenii ſui acumen clanculum temperaſſe; quandoquidem meliorem ſibi fortunam, Bretiæque majorem laudem comparaviſſet*. Sane famoſa ſatyra in eum prodiit, docto, ſed nigro ſale condita; in quam tamen Vir fortis, & prudens profanum putavit iraſci, & ſic ſpreta injuria exolevit.

Obiit Gravina Romæ Non. Jan. MDCCXVIII. Inſignem poſt ſe relinquens *Petrum Tropas* vulgo *Metaſtaſium*, qui a puero ab eo edoctus, & bonis Litteris inſtructus, mox ad Italicæ Poeſis apicem pervaſit.

Fuit & *Franciſcus Antonius Gravina* Vincentii frater: de quo extat Elogium *Tom. I. Notit. Hiſtor. Arcad. Mort. a pag. XXXVI. ad XXXIX.* quam adeat Lector ſi cupit.

## CAJETANUS VITALIS

*Clar. An. Ch. 1700.* CArpatianenſis Canonicus Conſentinus, Theologus valde doctus. Clar. An. MDCC. Hic ſub nomine anagrammatico *Agathonis Levitæ* edidit: *Lettera Apologetica, colla quale ſi riſponde alle Lettere de P. Theologo* &c. Conſenſiæ MDCCXIII. in 8. Exorta namque controverſia inter Cajetanum, & Jeſuitam: an liceret Epiſcopis Rem Divinam vel facere, vel ut ab aliis fiat permittere in locis non ſacris, & in Domibus Laicorum, ubi commodus ad Eccleſiam non pateat acceſſus? pro affirmativa propugnat. Meminit de eo Amat.

FRAN-

Digitized by Google

## FRANCISCUS ANTONIUS MOTTULA

Hipponienſis J. C. Vic. Generalis Rheginus, dein Ord. Capuc. ſuæ Provinciæ Definitor, & Cardinalis Franciſci Mariæ Caſini a Secretis, Vir doctus, & eruditus. Clar. An. MDCC. Scripſit: *De modo procedendi in cauſſis Regularium* = *Conſultationes Canoniſtas* Tom. V. = *Compendium Deciſionum Capitulorum Generalium Ord. Capuc.* Omnia hæc extant M. S. ex Bernardo a Bonon. in Biblioth. Obiit Anno MDCCXXV. *Clar. An. Ch.* 1700.

## LUDOVICUS A MURANO

MUranenſis Ord. Min. de obſervantia, in Bononien. ejuſdem Ord. Cenobio Lector generalis; Vir doctiſs. & acutiſs. ex. Amat. Clar. An. MDCC. Edidit Opus inſcriptum: *Gladius utraque parte acutus*, *ſive Scotus Dogmaticus*, *in quo agitantur omnes quaſtiones contra errores Hæreticarum*, *ſuper quattuor Libros Sententiarum*. Prodiit autem ſolus Tomus primus in primum ex Libris prædictis. Patavii ex Typogr. Fratrûm Sardi in fol. *Clar. An. Ch.* 1700.

## HYACINTHUS SCARPELLUS

RUbetenſis Presbyter eruditione clarus ex Acet. Flor. An. MDCC. Edidit: *Directorium Confeſſariorum*, & = *Speculum Parochorum*, *in quo brevi methodo decreta Sac. Congreg. Urbis*, *ac Ss. Pont. Bullæ continentur ad Parochorum doctrinam ſpectantia*. Neap. apud Joſephum Roſellum MDCC. in 8. *Clar. An. Ch.* 1700.

## PETRUS THOMAS PUGLISIUS

COrioſanenſis Ord. Carmelit. S. T. M. & Provincialis Calab. Clar. An. MDCC. Edidit: Quæſita Promptuaria, quibus ea omnia, quæ circa „ Prælatorum Regularium inſtitutionem, poteſtatem dominativam œco„ nomicam, & diſpenſativam verſantur, oſtenduntur. *Catenæ apud Pau*„ *lum Biſagnum* MDCXC. *in* 4. = Vitam S. Annæ Matris Mariæ Virg. „ *Venet. apud Sebaſtianum Menegatum in* 8. = *Antiquæ Calabrienſis Pro*„ *vinciæ exordia*, *& progreſſus*. Neap. apud Carolum Porſilem in 8. = „ Scapularis Partheno-Carmelitici Gazophilacium *apud eundem in* 8. = Hi„ ſtorico-Theologicum Librum bipartitum Supremum Jeſu Chriſti Sacer„ dotium: Inſtitutionem ejus Vicarii: Poteſtatem eidem collatam conti„ nentem. *Apud eundem in* 4. = Lapidem Angularem ad confringendam „ Judæorum perfidiam. *Neap. apud Nicolaum Abri in* 8. = Adverſus Do„ minicum Sorrentum Panopliam. *Apud eundem in* 8. = Epiſtolam gra„ vem, & plenam rerum anagrammatico nomine Petri Pauli Strigofri„ themſi. *Venet. apud Hæredes Brigoncii, in* 8. = Ad Quæſita Promptuaria „ Appendiculam de Viſitatoribus, & Commiſſariis Generalibus. *Apud eoſ*„ *dem in* 4. = Riſpoſta Apologetica al Memoriale del P. Antonio Beltra„ no con nome anagrammatico di Pietro Paolo Magrifieſtos. *Apud eoſ*„ *dem in* 4. = Hiſtorico-Aſceticam, & Moralem explanationem in Re„ gulam Carmelitarum. *Neap. apud dictum Abri in* 4. = Storia dell'anti„ ca Auſonia oggi detta Corigliano. *Apud eundem in* 8. = Li due Ge„ melli alle Poppe di M. V. cioè la Confraternità del Roſario, e del Car„ mine. *Apud eundem in* 8. = Praxim Civilem, & Criminalem Canoni„ cam, quæ in Tribunalibus Religioſorum agitari ſolet. *Ibid. apud Pau*„ *lum Severinum in* 8. = Varia, & multa Peritorum Jura, & facta in

„ IV. Tom. collecta. *Apud eundem* = De Reali Depoſito = Apologiam
„ pro amico ſuo Procuratore Generali Ord. Carmelit. *Venet. apud dictum Abri in* 4.

## ANTONINUS GARSIAS

Clar. An. Ch. 1700.

CAtharenenſis Ult. Calab. Ord. Præd. Prior. Suriani An. MDCC. Vir doctus, & valde pius. Scripſit multa, & ſunt „ Il Funerale di Criſto. *Tragædia* = Recollectio Sententiarum variorum Autorum ad com-
„ modum Prædicatorum, ordine alphabetico digeſta Tom. I. in 4. = Effu-
„ ſio Cordis ad Deum ex Sac. Scripturæ Verbis ad ipſum Deum, & An-
„ gelos ejus directis Tom. I. in 8. = Tractatus triplex non ſolum Con-
„ feſſariis tum Sæcularibus, tum Regularibus pro praxi neceſſarius, ve-
„ rum etiam Prælatis, Concionatoribus, atque omnibus, adhuc extra Jubilæi tempus valde proficuus, ſub Auſpiciis S. Antonini Archiepiſc. Florentini ſui ſingularis Advocati Tom. I. in fol. = Tractatus de Caſi-
„ bus reſervatis, in duas partes interciſus. Opus pervalde utile, præci-
„ pue Confeſſariis, ex variis Doctoribus excerptum: Pars I. In qua agi-
„ tur de Caſibus reſervatis in communi, & pauca utiliora de Cenſuris
„ in genere tanguntur. Pars II. In qua agitur de Caſibus reſervatis in
„ ſpecie cum cenſura, & ſine cenſura. Tom. II. in fol. = Opuſculum
„ de Adjuratione in gratiam Exorciſtarum elaboratum Anno MDCCVII.
„ in hoc Regali Conventu S. Patris Dominici in Suriano, ubi hæc Tau-
„ maturga Imago Cœlitus delata plurimos Energumenos ſæpe liberat, &
„ alia miranda operatur Tom. I. in 4. = Opuſcula Moralia ſex, & tri-
„ ginta Parochis, Confeſſariis, & Regularibus neceſſarias materias con-
„ tinentia, uno volum. in fol. comprehenſa = Il Manuale de' Parrochi
„ in cui ſi ſpiega tutto ciò che debbon ſapere i Criſtiani per ſalvarſi, &
„ inſegnar i Parochi per diſcarico di loro coſcienza Tom. I. in fol. Quæ omnia M. S. adſervantur in Archivio Bibliothecæ FF. Prædicatorum Monaſterii Suriani: in quo Garſias circa Ann. MDCCX. diem ſuum clauſit extremum pietatis ſuæ fama ſuperſtite.

## DOMINICUS ZICARUS

Clar. An. Ch. 1710.

COnſentinus Metropolitanæ Eccleſiæ ejus Urbis Canonicus: Theologus profundus, Orator eruditus, & Poeta non injucundus. Clar. An. MDCCX. Edidit Librum *Carminum Variorum*. Neap. apud Bernardum Michaelem Raillard. MDCCXVI. *Orationem Genethliacam pro grato, jucundoque ortu PHILIPPI primogeniti Regis noſtri Caroli Borbonii in Regio Palatio recitatam*. Ibid. An. MDCCXLVIII. in 4. Scripſit, & *Poema heroicum* in laudem Sereniſs. Principis Franciſci Eugenii de Sabaudia, quod extat M. S. *ex Amat.* Ex hac Familia, quæ origine Montaltina eſt, fuit *Franciſcus*, qui et ipſe ſcripſit *Additiones ad Reſolutiones Criminales Joh. Mariæ Campana*, quæ extant M. S. Vivit nunc unus pro millibus computandus *Nicolaus Franciſci* germanus frater in Foro Conſentino Pauperum Patronus: Juriſconſultus Antiquis omnino comparandus: acuto ingenio: mente, & memoria, mirabiliter, promptus: Natura, & induſtria ita excultus, & ad pertractanda Forenſia negotia formatus, ut huic uni, rara plane felicitate contigerit ea in re invidiam penitus ſuperaſſe, qui in legali facultate, cui uni duntaxat incubuit, omnino dominari videretur. Quibus mature penſatis dotibus Sereniſs. Rex Noſter Carolus Borbonius Anno MDCCXLVIII. illum per ſaltum M. C. V. Judicem creavit:



Digitized by Google

vit : Ac paulo poſt, R. C. Summariæ Præſidentem erexit, majora identidem collocaturus.

## SYLVESTER LEUZZI

CAtharenenſis Ord. Præd. S. T. M. Verbi Dei Præco ſervens. Clar. An. MDCCX. Edidit : *Sagri Tributi di lode offerti a diverſi Santi*. Neap. apud Dominicum Raillard. MDCCXIII. in 4. Extat ejuſdem Operis Tom. Secundus M. S., quem Sylveſter rancidam ſtyli metaphorici veritus gravitatem, non curavit prælo committere; proque eo edidit : *Quindeci Sermoni per i quindeci Sabbati del SS. Roſario ſopra la Salve Regina* &c. Neap. apud Hæredes Pittantis MDCCXXVI. in 8. *Clar. An. Ch.* 1710.

## MARIUS DE MALTA

AGellenſis : Vir ſingularis doctrinæ : multæ eruditionis, & paris famæ. Clar. An. MDCCX. De eo hæc ſcribit Amatus *in Pantopol. Marius Hebraica, Græca, Latina, Gallica, & Hiſpanica lingua peritiſſimus : Theologus, Philoſophus, Orator, Poeta, denique Vir fuit in omnigena Scientiarum Encyclopedia præſtantiſſimus*. Scripſit poetica multa, quæ non extant. Obiit Agelli An. MDCCXXX. *Clar. An. Ch.* 1710.

## ANTONIUS DE PYRO

RUblanenſis A. M. D. Philoſophus ſubtilis, & in humanis Litteris valde eruditus. Clar. An. MDCCX. Scripſit = Lezione ſopra il Sonet„ to ſecondo delle Rime di Galeazzo di Tarſia = Riſpoſta ad una Lette„ ra Apologetica di un' Innamorato, nella quale ſi difende il Marino „ contro il parere de' Giornalieri di Vinegia; ed in detta riſpoſta ſoſtienſi „ il diviſamento de' medeſimi, com' eziandio la difeſa del Petrarca dall' „ Anonimo Apologiſta tacciato; parlandoſi altresì delle Poeſie del Tar„ ſia Il Giudizio ſopra la Critica del Caſtelvetri nella Canzona di Anni„ bal Caro; e nel detto giudizio ſi eſaminano le propoſte, e riſpoſte di „ entrambi = Lettera Critica ſopra alcuni Riſtretti di Opere di varj Au„ tori moderni, fatti da' Giornaliſti Veneziani, co' loro giudizj = Di„ ſcorſo intorno all'uſo dell' Aria ne' Corpi Umani, per mezzo della re„ ſpirazione, in cui ampiamente di molte coſe a ciò appartenenti ragio„ naſi = Diſcorſo intorno alla traſmutazione de' Cibi, e delle maniere „ come ſi faccia lo ſmaltimento, e diviſion de' medeſimi : e da ciò ſi fa „ paſſaggio a parlare della Nutrizione = Lettera nella quale ſi ſciogliono „ molte difficoltà propoſte intorno al principio della Generazione Umana, „ & accreſcimento del Feto nell' utero. Hæc omnia extant M. S. ex Amat. *in Pantopol.* *Clar. An. Ch.* 1710.

## JOH. BAPTISTA ARGYRO'

CAſtroveteris J. C. Clar. An. MDCCX. Prodierunt Tom. II. poſthumi inſcripti : *Joh. Baptiſtæ Argyrò Theatrum Univerſi Juris*. Romæ apud Komarek MDCCXXXIV. in fol. *Clar. An. Ch.* 1710.

## NICOLAUS LAURIA

Clar. An. Ch. 1710. MIrmagnenſis, Archipresbyter Coriolanenſis Vir eruditus. Clar. An. MDCCX. Edidit: *Lo Smiraldo delle Vergini, ovvero S. Eufroſina Carmelitana* Opus Scænicum = *Il Sole de' portenti Niccolò il Magno Drama Sacroſcenica*. Neap. apud Leonardum Sellittum MDCCVI. in 8.

## ISIDORUS PYRUS

Clar. An. Ch. 1710. APrilianenſis Ordinis Minimorum Vir eruditiſs. Clar. An. MDCCX. Edidit Librum *Philoſophiæ Rationalis correctæ, & inſtauratæ Lib. III. in quibus utiliſſimæ prænotiones, & poſitiva novæ Dialecticæ Præcepta continentur*. Ven. apud Andream Polettum MDCCVII. in 4.

## ISIDORUS PACE

Clar. An. Ch. 1710. MOntaltinus Ord. Minimorum iterum Provincialis Calab. Vir doctus, & prudens. Edidit = *La Metamorfoſi del Cipreſſo in Cedro Orazione Panegirica nell'Eſequie della Principeſſa di Roſſano D. Olimpia Altobrandini*. Romæ apud Joh. Baptiſtam Buſſettum MDCXC. in 4. = *Orazione funebre in morte del Rev. Signor D. Domenico Sacchini*. Neap. apud Michaelem Aloyſium Mutium MDCCX. in 4. = *Il Santilogio Poetico, ovvero Sonetti Sacri in lode di molti Santi*. Meſſanæ apud Dominicum Coſtam MDCXCVII. in 4. = *Le Prediche, e Panegirici dell'Avvento*. In Nap. apud eundem Mutium MDCCXIII. in 8. Denique erecta in Monaſterio Montaltino ſui Ordinis Pharmacopola: auctis illius reditibus; inſtaurato ejus vetuſtiſſimo Templo, quod Ferdinandus de Aragonia Dux Montalti Sereniſſimorum Regum Neap. Filius, Frater, Nepos, & Patruus, ut poſita in ejus Templi foribus antiqua teſtatur Inſcriptio, erexerat, obiit An. MDCCXXXI.

## ANTONIUS SPIZZICAGIGLIUS

Clar. An. Ch. 1710. RHeginus ejuſque Metropolitanæ Eccleſiæ Decanus, Theologus & Juriſconſultus ſatis doctus. Academicus Intronatorum Senenſium. Clar. An. MDCCX. Edidit: *Ponderazioni utiliſſime di eterne Maſſime ſopra gli Eſercizj Spirituali del Glorioſiſs. Patriarca S. Ignazio Lojola, diſtinte in dieci Venerdì. e la Vita del Santo*. Neap. apud Felicem Moſcam MDCCII. in 4. Edidit & Librum Carminum partim Italicorum, partim Latinorum in laudem plurium Virorum Illuſtrium, & Principum, pluries recuſum Neap., Romæ, & Meſſanæ.

## HILARIUS TRANQUILLUS

Clar. An. Ch. 1710. PItienſis J. C. & Theologus, Vir Eruditiſs. Clar. An. MDCCX. Edidit: *La Storia Apologetica dell'Antica Hapizia, oggi detta il Pizzo*. Neap. apud Carminum Petagnam MDCCXXV. in 4. Scripſit præterea =
„ Le Fatiche Apoſtoliche compreſe nel ſuo Quareſimale = Lezioni ſopra
„ la Dottrina Criſtiana, avvalorata da Teologi Dogmi, lette al Riv.
„ Chiericato di eſſa Città = Meditazioni ſopra la Vita, e Paſſione di Ge-
„ sù Criſto: ſulle Geſta de' Santi: su i Rifleſſi de' Noviſſimi, e ſopra
„ tutte quelle Virtù pertinenti allo ſtato dell'Umana perfezione &c. = Sa-

„ gra

Digitized by Google

„ gra Raccolta di Materie Spirituali, e Morali neceſſarie a qualſiſia Fe-
„ dele, e ſpecialmente a' Predicatori Evangelici, diviſa in quattro To-
„ mi in 8. = Selva di Materie utili, e dilettevoli diviſa in 4. Tom. in
„ 8. = Vita della Serva di Dio Suor Agneſa Martini del Pizzo del Terz'
„ Ordine di S. Domenico = Vita della Serva di Dio Suor Chiara Lia del
„ Terz'Ordine di S. Franceſco della ſteſſa Città. = Compendio della Vi-
„ ta del Servo di Dio Fr. Silveſtro Tutini della Giojoſa Religioſo Do-
„ menicano, ut in eo diximus. Quæ omnia extant M. S. ex Amat. *in Pantopol.*

## DOMINICUS FELIX VERARDUS.

NEocaſtrenſis J. C. & Poeta celebris: inter Arcades *Galiſtus Cælius* dictus: Eques S. Mauritii, & Lazari. Char. An. MDCCX. Edidit *XXXII. Comedias* partim Proſa, partim Italico Carmine concinnatas. Neap. apud Carolum Troyſe. Item = *Lo Sfogo Veridico Poeſie Liriche* = *Il Viaggio d'Italia, & Iſole adjacenti Poema Narrativo in 6. Rima.* Venetiis apud Prodocimos, & = *Allegationum Legalium* Tom. I. Neap. apud Franciſcum Ricciardum. Ex Amat *in Pantopol.* *Clar. An. Ch. 1710.*

## FRANCISCUS ANTONIUS BARACCA

COnſentinus, Soc. Jeſu, Vir multo Eruditionis, & paris Eloquentiæ. Quam ſemel, iterumque Venetiis, Panormi, Meſſanæ, Bononiæ Quadrageſimalibus Concionibus patefecit. Clar. An. MDCCXX. Edidit: *Deca di Panegirici.* Venetiis MDCCXVI. Quæ Gallicè, ob elegantiam, traducta, Pariſiis, & iterum Venetiis excuſa eſt. Vid. de eo *Ephemer. Ital. Litter.* Tom. XXX. *Clar. An. Ch. 1720.*

## ALBERTUS MAMMOLITUS

GEorgienſis Ord. Præd. S. T. M. inſigniter doctus: in Philoſophia nulli ſecundas: in Oratoria, Mathematica, Muſica, & Medicina valde eruditus; & quod primum eſt, Religionis, & Regularis obſervantiæ zelo incomparabilis. Clar. An. MDCCXX. Scripſit: *Philoſophiam juxta mentem Ariſtotelis, & Div. Thomæ.* Qua, nova methodo, Democritos Atomos exufflat; & Atomiſtas Philoſophicis, & Mathematicis argumentis impugnat; oſtendens tum eos errare, tum neminem melius Ariſtotele, & Div. Thoma, Naturæ phœnomena explicaſſe. Opus pluribus M. S. voluminibus partitum, extat in Bibliotheca FF. Prædicatorum Suriani; in qua tamen lucem publicam, quam inviſere digniſſimum eſt, non diu ſuſpirabit: Obiit Albertus Hipponii An. MDCCXXXVII. *Clar. An. Ch. 1720.*

## FRANCISCUS MANFREDUS

COnſentinus, inter Carthuſianos dictus *Stephanus*, Poeta doctiſſimus. Clar. An. MDCCXX. Edidit Librum Carminum Italicorum, biſcuſum, nempe Anno MDCCXX. Neap. apud Secundinum Porſile in quo extat Epiſtola Nuncupatoria ad Academiam Conſentinam, quam Inſignis Matthæus Ægyptius conſcripſit. Et iterum ibidem MDCCXXX. in 8. Acceſſit & tertia Editio Mutiana de An. MDCCXLIX. in qua ſuaviſſimus Poeta noſter antiquis omnino comparandus alia addidit, cum aliquot Odarum Horatii Verſionibus. Quæ ejus Poeſes, ut vere ſcribit Acetus, *ætatis Aureæ nitorem redolent, & majeſtatem.* *Clar. An. Ch. 1720.*

## JOSEPH MILETTUS

Clar. An. Ch. 1720.

AMantheanus J. C. & Poeta elegantiſs. Clar. An. MDCCXX. Regii Judicis in variis Regni Urbibus laudabiliter functus. Prodierunt aliquot ejus amœniſſima Carmina Italica in Secundo Volum. Operis inſcripti *Raccolte delle Rime ſcelte di varj Illuſtri Poeti Napoletani*. Edit. Florent. MDCCXXXIII. Sumptibus Antonii Muti in 8.

## JOH. BAPTISTA SALERNUS

Clar. An. Ch. 1720.

COnſentinus, Soc. Jeſu, S. R. E. Cardinalis. Clar. An. MDCCXX. Hic pro Catholica Religione, & S. R. E. multos in Saxonia exantlatus labores: triumphatiſque in ea Regione Lutheranis erroribus, præclariſſimis ſcriptis, quæ etiam ibi edita eſſe ſcribit Acetus, a Clemente XI. Pont. Max. acutiſſimo ingeniorum cognitore Ampliſſimo Ordini aſcriptus eſt. Obiit Romæ, ſepultuſque eſt in Eccleſia S. Ignatii ubi legitur ſequens Inſcriptio:

D. O. M.
*Johanni Baptiſtæ*
*Tituli Sancti Stephani*
*In Monte Cœlio*
*Cardinali Salerni Soc. Jeſu*
*Conſentino, Dominici*
*Salerni, & Cæciliæ*
*Conteſtabile Ciaccio*
*Conjugum Filio, Pietate*
*Prudentiâ, Conſtantiâ*
*De Religione, de Sancta Sede*
*De Principibus Viris Optime*
*merito, Marchio*
*Franciſcus Maria, &*
*Fabritius Salerni Epiſcopus*
*Melphitenſis Fratri*
*Amantiſs. poſuere*
*Anno MDCCXXIX.*

## ANGELUS

Clar. An. Ch. 1720.

AB Acra Capucinus S. Vitæ Vir, quam nunc conſcribit Macharius a Mangonio: deque illius futura Canonizatione tractatur. Clar. An. MDCCXX. Quod noſtri argumenti eſt, ſcripſit Angelus: *L'Orologio Spirituale della Paſſione di Gesù Criſto*. Prodiit Neap. ſecunda impreſſione apud Angelum Voculam MDCCXLV. in 8. Obiit Vir Piiſſimus: Concionator eximius, tot miraculis clarus die XXX. Octob. MDCCXXXIX. Sepultusque eſt in Eccleſia ſui Monaſt. Capucinorum Acræ. Vid. de eo Flor. *Tom. II. Lib. I. pag. CCXVI.*

## CAJETANUS ARGENTUS

Clar. An. Ch. 1720.

COnſentinus, Phœnix Juriſconſultorum ſuæ ætatis. Clar. An. MDCCXX. Huic, præcelſi ingenii beneficio, ſui unius ope, ſupplex, ut ita dixerim, Toga ſe obtulit, & ipſe Supremo S. R. C. Præſidis gradum obti-

Digitized by Google

obtinuit : quo eum late conſpicuum, & Rerum Summam pari deſteritate, & prudentia moderantem hac ætate vidimus, & ſuſpeximus. Dum nihil erat in Univerſo Jure ſeu obtruſum, ſive reconditum, ad quod non memoria pariter facili retineret : Ut in Univerſa Italia, & præſertim Neapoli, in qua Juriſprudentia, & Eruditio dominantur, merito Doctorum omnium, omniumque eruditorum primus, & ultimus diceretur. Qui alibi in Juriſprudentia eminere videbantur, ubi grande aliquid moliri cuperent, illum prius conſulebant; & Ipſe Carolus VI. Auſtriacus Cæſar, illi uni totius Regni Neapolitani habenas commiſiſſe credebatur. Cujus ſolius conſilio cuncta quæque in ipſo Regno fiebant. Huic, rara plane felicitate contingit, ut vivens, videnſque, quam meruerat, laude frueretur, quando aliorum in Jure Reſponſa peculiari ſui cujuſque Autoris nomine allegabantur : de ſolis ejus Oraculis, etiam ex tempore redditis, inſtar Pythagoræ, per eminentiam dicebatur : *dixit Præſes*.

Scripſit multa inter quæ recenſentur = *Relazione delle Feſte celebrate in Coſenza nelle Nozze di Carlo II.* &c. Opus Anonymum editum Conſentiæ apud Domin. Mollum. MDCLXXX. in 8. = *De Re Beneficiaria Diſſertationes tres*, prodierunt An. MDCCVIII. in 4. ſine nomine Auctoris. Sunt & multa ejus M. S. quæ in eo ſunt pretio, & æxtimatione, ut laude extollantur ſumma, & pari aviditate excribantur.

Obiit Cajetanus An. MDCCXXX. pr. Cal. Jun. Ætat. ſuæ An. LXIX. Sepultuſque eſt ſolemni pompa (de qua extat Hiſtoria impreſſa Neap. apud Moſcam MDCCXXXI. in fol.) in Eccl. S. Joh. ad Carbonar. Eumque in maximo parentantium Litteratorum Concurſu Eloquentiſſimus P. Bernardus Giacchius Capucinus Oratione laudavit : quam mox ab eo editam, legat qui de Illo plura ſcire deſiderat. Cæterum ejus Vitam ſcriptam invenies apud Lam. *Tom. II. Part. I. Memorab. Italo Erudit. præſt. a pag. CCLXIX. uſque ad* CCC. Et Vid. etiam *pag. XXIII. ad XXV. ejuſd. Operis*.

## BRUNO DE FRANCO

Conſentinus, Ord. Minim. Theologus. Vir doctus, & Eruditus. Clar. An. MDCCXX. Edidit. *Diſcorſi Panegirici* Tom. II. in 8. Neap. = *La Nuova Città Celeſte ſimboleggiata nella divozione de' XIII. Venerdì di S. Franceſco di Paola*. Romæ in 8. = *Riſtretto della Vita di S. Pio V.* Neap. in 8. = *Prediche Quareſimali* in 4. = *Vita del Regente Serafino Biſcardi* = *Le Glorie Auſtriache* = *Diſcorſi Saſcri*, *&* *Accademici in oſſequio dell'Auguſtiſs. Caſa di Auſtria* = *Praxi informulariam Civilem Curiæ Regularis* = *Ideam Eccleſiaſtici Principis ſuper Vita*, *&* *Geſtis quondam Eminentiſſimi Cardinalis Bernardini Spada* = *Tractatum de Apoſtolica Legatione*. Quæ & ipſa partim Neap., partim Romæ prodierunt. *Clar. An. Ch.* 1720.

## ALBERTUS BISCARDUS

Altimontanus Ord. Minimorum. Theol. Clar. An. MDCCXX. Edidit: *Riſpoſta al Problema : Se più felice foſſe lo ſtato del Celibato, o quello del Conjugato ? fatta dal P. Alberto Biſcardi nell' Accademia de' già ſepolti riſorti in Caſa dell'Eccellentiſs. Sig. Principe di Biſignano* &c. Venet. apud Antonium Scudierum MDCCXXIV. in 4. Quo Opere eo Virginitatem Matrimonio præfert, ut vel Parentibus ſuis, ſi ita dixiſſe licebit, quadantenus videatur iraſci, quod matrimonium inierint : quando Hieronymus, qui idem argumentum abunde jam, & egregie ſuo more vexarat, ne mox nimius videretur vel in laude Virginum, vel in ſuggillatione nuptarum, *Clar. An. Ch.* 1720.



Digitized by Google

rum, ſtatim vela contraxit; & : *Non damno nuptias*, *ait*, *non damno Conjugium : volo omnes, qui propter nocturnos forſitan metus ſoli cubitare non poſſunt, Uxores ducere*. Et alibi etiam : *Non damno digamos, imo nec trigamos, &, ſi dici poteſt, Octogamos*. (*Apol. ad Pammach.*) Vide quæ narrat S. Macharius *in Vit. PP. Lib. III. Cap. XXIII. pag. mihi CXL. Edit. Venet.*

## BONAVENTURA AMADÆUS DE CÆSARE

*Clar. An. Ch.* 1720. CAſtrivillarenſis Conventualis eruditus S. T. M. Definitor perpetuus Guardianus Regal. Convent. S. Laurent. Neap., ejuſque Civittatis „ Theologus Clar. Ann. MDCCXX. Edidit quæ ſequuntur Sacri Stimoli „ ad amar Gesù Tom. II. in 12. pluries impreſſi Romæ MDCCXXII. „ apud Petrum Ferrum, & MDCCXXVIII. ibid. apud Rempel., & de „ Mejis = L'Oratore eſtemporaneo Tom. I. in 4. = Due Diſſertazioni con„ tro l'Ateiſmo Tom. I. in 12. = Varie Vite di Sante Vergini aggiunte „ al Legendario dell'Edizione di Roma in 8. = Eccleſia vindicata, ſivè „ Hæreſcologia, in qua omnes Errores, Hæreſeſque a Mundi primordio, „ ad huc uſque tempora hiſtoricè, Chronologicè, juxta optimas Epo„ chas, Criticè, Dogmaticè referuntur, & refutantur. Excurſibus Criti„ cis, & Quæſtiunculis reſolutis undequaque referta] Tom. VIII. in fol. „ Quorum tres prodierunt Romæ apud Joh. Baptiſtam Caporalem MDCC„ XXXVI. reliq. Neap. = De Critices in re præſertim Sacra recto, pra„ voque uſu Tom. I. in 12. = Vita di S. Antonio di Padova Storica, En„ comiaſtica, Critica Tom. I. in 4. Neap. MDCCXLIII. = Lezioni Ca„ techiſtiche ſulle Virtù Teologali, Confeſſione Sacramentale, e SS.Com„ munione Tom. I. in 12. = Sacri Stimoli ad amare Maria Santiſſima Tom. „ II. in 12. Neap. MDCCLII. preſſo de Simone = Il Metodico ſul pre„ dicare a braccio, con l'arte memorativa per corroborare la memoria na„ turale, imparar Prediche, la Cronologia, e le Lingue foreſtiere Tom. I. „ in 12. Romæ apud Rempel, & Mejios MDCCXXVIII. Edit. ſecund = „ Invito univerſale alla tenera divozione, ed amore di Giesù Bambino „ Tom. I. in 12. = Diſſertazione ſull'Origine, progreſſi, e merito de'Re„ golari = Sagri Stimoli ad amare la Divina Madre Tom. II. in 12. = Ani„ madverſiones in Cenſuras D. Eraſmi, Ludovico Vives, Joh. Phereponi, „ alias J. Clerici in Opera M. Eccleſ. Doct. S. Auguſtini = L'affetto ſcam„ bievole tra Gesù, e l'Anima nella S. Communione Tom. I. in 12. = „ La Scienza de' Santi all'Anime bramoſe di farſi Sante Tom. I. in 12. = „ Scherzo della grazia in S. Paſquale di Bailon, che vivo viſſe da morto, „ e morto da vivo Tom. I. in 12. = Faſcetto di Gigli in onore di S. An„ tonio di Padova Tom. I. in 12. = Il Zelo Apoſtolico nelle Sacre Miſ„ ſioni Tom. III. in 12. Et hæc quidem prodierunt partim Romæ, partim „ Neap., M. S. vero proxime edenda ſunt = Compendio della Storia Ec„ cleſiaſtica Tom. II. in 12. = Manuale Polemicum Tom. I. in fol. = „ Sermonario, che contiene l'Annale, Avvento, Quareſimale, Diſcorſi „ della Vergine, Mottivi di penitenza &c. Tom. II. in 4. Adhuc vivit, & ſcribit.

## MARTINUS CAMPITELLUS

*Clar. An. Ch.* 1720. SUrianenſis, Eccleſiæ Cathedralis Mileten Archidiaconus. Clar. An. MDCCXX. Edidit : *Raguaglio Storico della Miracoloſa Imagine di S. Domenico in Soriano nel Regno di Napoli*. Romæ Typis Rev. Cam. Apoſt. MDCCXXVIII. in 4. Nuncupavitque Eminentiſs. Cardinali Proſpero Lambertino Epiſcopo Anconitano, tunc Benedicto XIV. Summo Pontifici,

ci, cujus erat Theologus = *Vita di Maria Maddalena Laudadio dell'Apoſtolico Conſervatorio di S. Clemente, detto delle povere Zoccolette mendicanti*. Romæ apud Joh. Mariam Salvionum MDCCXXVII. in 4. & = *Rifleſſioni morali cavate dalla Vita di S. Franceſco di Sales, colle Maſſime più venerabili del medeſimo, diſpoſte per ogni dì dell'anno*. Romæ apud Ruſſum MDCCXXXII. in 8.

## FABRICIUS, CASTILIONUS MAURELLUS

COnſentinus Celeberrimæ Academiæ Conſtantum ejus Urbis Princeps nuncupatus, Vir acris ingenii, & multæ eruditionis. Clar. An. MDCCXX. Edidit: *De Patritia Conſentina Nobilitate Monumentorum Epitome*. Venet. apud Hieronymum Albritium MDCCXIII. in 4. *Clar. An. Ch.* 1710.

## JOSEPH-MARIA DUCE

COnſentinus Ord. Præd. S. T. M. Miſſionarius ferventiſſimus. Clar. Ann. MDCCXX. Proddit Opus Poſthumum ejuſdem, cui titulum fecerat: *Le Prediche di Miſſioni*. Neap. apud Joſephum Severinum MDCCXXXVIII. in 4. *Clar. An. Ch.* 1720.

## CAROLUS SEGNI

MOntaltinus Juriſconſultus & Theologus ſatis doctus, pietate vero, & probitate clariſſimus. Presbyter, Apoſtolico obtento diplomate, Rem Divinam Neapoli domi ſuæ faciens, eam in frequentiſſimum Piorum Virorum Templum, Eccleſiaſticorum, & Procerum converterat, qui eo Magiſtro in Re Miſtica utebantur. Inter quos unus Didacus Vegar abnegatione ſumma ſui, mortificatione, & pœnitentia ſummis tantopere eminuit, ut ſæpe Chriſti Domini, & Angelorum apparitione recreari meruerit: cujus Virtutum & ipſe teſtis eram. *Clar. An. Ch.* 1720.

Scripſit Carolus Aſcetica multa, quinque voluminibus diſtincta, & ſunt: *Stimoli per eccitare alla divozione del Glorioſo Patriarca S. Giuſeppe Spoſo di Maria V.* &c. = *del Patriarca S. Gioachino* = *di S. Anna* = *di S. Tereſa*, e = *di S. Michele Arcangelo*. In quibus voluminibus accedunt: Novendialia Sacra dictorum Sanctorum, & Cantiones quædam piæ in laudem eorundem, ſuavitatem multam, & parem profunditatem Theologiæ Miſticæ redolentes. Quæ quidem Volumina pluries cuſa, noviſſime prodierunt Neap. apud Mutium MDCCXXIV. in 12.

Celebriora vero Caroli ſunt tot pia Opera, quæ pietate ipſa, & Religione augendis inſtituit: quorum in noſtris *Icon. Calab.* opportunior erit dicendi locus.

Obiit noſter Avunculus magnus Neap. Menſe Martio An. MDCCXXVI. cum ſe ad Rem Divinam faciendam præpararet; quam Septuagenarius, & lethali morbo proſtratis viribus etiam præcedenti die facere non omiſerat. Sepultuſque eſt in Templo Minimorum S. Ludovici juxta Regium Palatium.

## PETRUS ANTONIUS ALOYSIUS

SAracenenſis Presbyter, Eruditione, & probitate ætate ſua quæ annum percutit MDCCXX. ſatis notus, Edidit: *L'Idolatria abbattuta, o ſia La Fede eſaltata Opera Sagra per il Glorioſo Veſcovo di Catania S. Lione Padrone della Saracena*. Neap. apud Nicolaum Migliaccium MDCCXXII. in 8. *Clar. An. Ch.* 1720.

LU-

Digitized by Google

## LUDOVICUS GYRARDUS

*Clar. An. Ch. 1720.*

COnſentinus Metrop. Ejus Urbis Eccl. Canonicus , & Inclytæ Academiæ Conſtantum Princeps , Vir Eruditiſs., & Poeta ſublimiſs. Clar. An. Ch. MDCCXX. Scripſit multa ; inter quæ extant nunc M. S. = *Il Canzoniere* = *L'Eglogbe del P. Giannettaſio tradotte in verſo ſciolto* = *Orazione Panegirica al Principe Eugenio di Savoja* = *Lezioni Accademiche* , e *Capitoli Berneſchi* . Nam vix aliquot ejus Ahythmi prodierunt , cum collectis ab Academia Montaltina , publicetiſque Januæ MDCCXV. in 12.

## PAULUS STABILIS

*Clar. An. Ch. 1720.*

CAſtrivillarenſis Ord. Minim. Lector Jubilatus Joh. Vinceslai Comitis de Galaſſo Cæſarei apud S. Sedem Legati , & Neapolitani Proregis Theologus , dein vero a Clem. XI. creatus Epiſcopus Boven. Claruit multa pietate Anno MDCCXX. Edidit : *Le Prediche Quareſimali* , & = *I Panegirici Sacri* . Quæ omnia tribus comprehenſa Voluminibus prodierunt Romæ MDCCXVIII. in 8. Meminit de eo Flor. *Tom. II.*

## JOSEPH AMENDOLIA

*Clar. An. Ch. 1720.*

GEorgetenſis U. J. D. non pœnitendus . Claruit Anno MDCCXX. Edidit *Praxim Judiciariam Civilem* . Neap. MDCCXXIII. in fol. & = & *Commentarium* , *&* *Enodationes in Pragmaticam II.* De Juriſdictionibus non turbandis . Florentiæ Anno MDCCXXV. in fol.

## FRANCISCUS DE PERRIS

*Clar. An. Ch. 1720.*

DAulenſis Philoſophus , & Medicus ſatis clarus . Flor. An. MDCCXX. *Vertit ex Græco in Latinum Hippocratis Aphoriſmos* , *additis* de ſuo *Commentariis* , *&* *Paraphraſibus* doctiſſimis . Scripſit præterea *Tractatus duos Chymicæ* : Theoricum unum Ἰατροχυμυς *Jatrochymus adminiculans* inſcriptum : Practicum alterum , cui titulum indidit Εμπυροχυμυς *Empyrochymus in praxi* . Quibus addidit & Tractatum tertium : *De Humani Corporis morbis phyſicè* , *&* *Chirurgicè curandis* . Quæ omnia extant M. S. ex Amat. *in Pantopol.* ubi Franciſcum valdè laudat.

## JOH. BAPTISTA PANAGIA

*Clar. An. Ch. 1720.*

RHeginus Caroli VI. Cæſaris Antiquarius doctiſſimus ex Acet. *ad Barr. Lib. III. Cap. V.* Clar. An. MDCCXX.

## JOSEPH-MARIA PERRIMEZZI

*Clar. An. Ch. 1720.*

PAulanus, Ord. Minim., ex Epiſcopo Scalarum , & Ravelli , moxque Oppidi , Archiepiſcopus Boſtrenſis , SS. D. Prælatus Domeſticus , & Pontificio Solio Aſſiſtens . Vir doctus , & eruditus . Clar. An. Ch. MDCCXX. Plura edidit , quæ ſequuntur = Scuola del buon governo aper-
„ ta nel Chioſtro . *Venet. apud Domin. Loviſa MDCXCVII. in* 4. = La Vi-
„ ta dell'Uomo renduta brieve dall'Ozio . *Apud eundem eod. An. in* 12.
„ Lettere Morali *Pars I. Rom. apud Zenobium MDCCII. in* 12. = De'Pa-
„ negirici compoſti , e recitati in Roma Pars I. & II. *Romæ apud dictum*
„ *Ze-*

Digitized by Google

„ *Zenobium MDCCII. & MDCCIII. in* 12. = Eccleſiaſtiche Diſſertazio-
„ ni dette in Roma nell'Accademia de' Concilii , nel Collegio Urbano
„ de Propaganda Fide . P. I., II., & III. *Ravelli apud Michaelem Mu-*
„ *tium MDCCXX. in* 4. = Vita S. Franciſci de Paula Ordinis Minimo-
„ rum Inſtitutoris , Notis , & Diſſertationibus illuſtrata Pars I., & II.
„ *Romæ apud Bernabò MDCCVII. in* 4. = Virtù in trionfo nel mezzo
„ delle ſue guerre . *Ibid. apud Cajetanum Zenobium MDCXCIX. Tom. I.*
„ *in* 12. = Il Divoto di S. Franceſco di Paola iſtruito nella prattica de'
„ tredici Venerdì . *Ibid. apud Rocchum Bernabò MDCCVII. in* 12. = De'
„ Ragionamenti Paſtorali fatti al Popolo Par. I. & II. *Neap. apud Mi-*
„ *chaelem Aloyſium Mutium MDCCXVII. & MDCCVIII. in* 4. = Ra-
„ gionamenti Paſtorali fatti al Clero Tom. II. *apud eundem MDCCXVIII.*
„ *& MDCCXXI. in* 4. = Ragionamento Paſtorali fatti al Chioſtro Tom. II.
„ *apud eundem MDCCXIII. in* 4. = Vita di Fra Niccolò di Longobardi.
„ *Romæ apud dictum Zenobium MDCCXIII. in* 4. = Polonæ Gentis Reli-
„ gio , ejuſque intemerata erga Apoſtolicam Sedem obſervantia , adverſus
„ Pſeudo--Poloni Equitis Epiſtolam inſcriptam : De Poteſtate Pontificis
„ Romani , & ejus decretum adverſus Primatem , & Epiſcopos ejus Re-
„ gni Senatores . *Romæ apud Komarek MDCCXXVII. in* 4. = De Na-
„ tione Tortorum Chriſti adverſus nuperum Scriptorem Gallum ( *Hyacin-*
„ *thum Serry Dominicanum* ) Diſſertatio . *Ibid. apud eundem in* 4. = Sen-
„ timenti di Spirito propoſti ad un'Anima , che aſpira alla ſua perfezio-
„ ne . *Neap apud Januarium Mutium MDCCXXXII. Tom. IV. in* 8. = De-
„ ciſioni Academiche Tom. II. *Ibid. apud Michaelem Aloyſium Mutium*
„ *MDCCXIX. in* 12. = Panegirici detti in alcune Città d'Italia Tom. II.
„ *apud eundem MDCCXXII in* 12. = Sagre Traſformazioni della Croce
„ Tom. I. *apud eundem MDCCXXIII. in* 12. = Orazione funebre per la
„ morte di Carlo II. Re delle Spagne Tom. I. *Romæ apud Zenobium*
„ *MDCCI. in* 4. = Canoniche Allegazioni fatte a pro delle Regioni di
„ se ſteſſo , del ſuo Clero , e delle ſue Chieſe Tom. III. *Romæ apud*
„ *Zenobium MDCCXXV. in* 4. = In Sacram de Deo Scientiam Diſſer-
„ tationes Selectas Hiſtoricas , Dogmaticas Scholaſticas Tom. VIII. *Neap.*
„ *apud Januarium Mutium MDCCXXX. in fol.* Dell'Immunità de' Sagri
„ luoghi Tom. I. in fol. Neap. MDCCXXV. Obiit Perrimezzi Romæ
„ Anno MDCCXL.

## MARCUS ANTONIUS CURATOLUS

PAulanus J. C. de doctiſs. publicus in Univerſitate Neapolitana Juris Civilis Cathedraticus Clar. an. MDCCXX. Edidit : *Diſcorſo Genealogico della Famiglia Nardi* . Neap. apud Michaelem Aloyſium Mutium MDCCXX. in 4. *Clar. An. Ch.* 1720.

## NICOLAUS DE FRANZA

PAulanus J. C. Parochus Eccleſiæ S. Jacobi ejuſdem Civitatis . Edidit: *Eſercizio divoto per li Figli di Maria Aſſunta in Cielo* . Neap. apud Felicem Moſcam MDCCXXII. in 8. *Clar. An. Ch.* 1720.

## FELIX SAMUEL RODOTA

ULlanenſis Stephani germanus Frater , in Collegio Græco de Urbe Linguæ Græcæ, & Rhetoricæ Profeſſor : Librorum Eccleſiaſticorum Orien- *Clar. An. Ch.* 1730.

 talium

talium Reviſor, & Conſultor: Vaticanæ Bibliothecæ Apoſtolicus Scriptor, a Clemente XII. Pont. Max. Archiepiſcopus Berroenſis creatus, & Abbas S. Benedicti Ullanenſis, primuſque pro Italo-Græcis deputatus Epiſcopus: pro quibus erectionem Pontificii Collegi Corſini Italo Græci Ullanenſis promoverat: Vir Græcè, & Latinè doctiſſimus. Clar. An. MDCCXXX. Hic *Formulam Synodici Sanctæ, & Univerſalis Septimæ Synodi*, ità, ut nunc ab Orthodoxis Græcis recitatur, *in Latinum vertit*, edíditque Venet. ex Amat. *in Pantopol. Lectiones* quoque *Varias Tropariorum Triechia in laudem Sanctorum Monachorum*, ex duobus Codicibus Vaticano, & Barberino excerptas, *latinitati donavit*. De quo, quia alibi a nobis ſatis dictum, heic plura non addimus. Obiit Ullani An. MDCCXL.

## THOMAS ACETUS

Clar. An. Ch. 1730.

Filinenſis Vaticanæ Baſilicæ Clericus Beneficiatus, dein Epiſcopus Laquedonien. Vir Latine, Grece, & Hebraice doctus. Clar. An. MDCCXXX. Huic multum Calabria debet; Nam Is eſt, qui Eximium Barrii Opus de ejus Regionis Antiquitate & Situ conſcriptum, quod rareſcentibus exemplaribus vix poterat reperiri, ſuis additis Lucubrationibus, nova editione vulgavit, ſub hac Epigraphe: *Thomæ Aceti Academici Conſentini, & Vaticanæ Baſilicæ Clerici Beneficiati in Gabrielis Barrii Francicani De Antiquitate, & Situ Calabriæ Libros quinque, nunc primum ex Autographo reſtitutos, ac per Capita diſtributos, Prolegomena, Additiones, & Notæ. Quibus acceſſerunt Animadverſiones Sertorii Quattrimani Patricii Conſentini* Atque his quidem Prolegomenis acceſſit etiam = *Excurſus: Brettii ab Anili Fabula, inuſtaque Calumnia, quod Chriſtum Dominum Cruci affixerint, vindicantur*, & = *Synopſis Chronologica eorum, quæ poſt Chriſtum natum in Calabria, ad noſtra uſque tempora acciderunt.* Romæ MDCCXXXVII. ex Typographia S. Michaelis ad Ripam ſumptibus Hieronymi Mainardi, in fol. Obiit Thomas in ſua Cathedrali IV. Id. Aprilis MDCCXLIX.

## ELIAS DE AMATO

Clar. An. Ch. 1730.

Montaltinus, Ord. Carmelitarum S.T.M., iterum Provincialis Calab., Academiæ *Incultorum* Montaltinæ Princeps *Tirinarchus* nuncupatus: Alexandri S. R. E. Cardinalis Albani Theologus. Vir infinitæ lectionis, quam ne in nonagenaria quidem ætate intermiſit: Feliciſſimi, ac fœcundiſſimi ingenii. qui ſi perinde facili memoria uſus eſſet animatam in eo Bibliothecam Litteraria Reſpub. ſuſcepiſſet. Clar. An. MDCCXXX. ſcripſitque multa, partim edita, partim edenda:

„ Edita ſunt = Coro delle ſcienze ripugnato a celebrar le lodi di Dio „ ne' ſuoi Santi, *ſunt autem Panegyres Sacræ in laudem nonnullorum Sanctorum. Neap. apud Severinum MDCCX. in* 8. = Lettere Erudite Chieſaſtico-Civili, Accademico-Critiche Tom. II. *Januæ apud Heredes Celle in* 4. = Congreſſi Accademici ſullo diſcettabile Storico della Biblia Tom. VI. *Venet. apud Johannem Redicium MDCCXX. in* 8. *Prodierunt cum verſione Gallica, una cum præfatis duobus Epiſtolarum Tomis iterum Romæ An. MDCCXXVI.* = Geografia del Mondo Nuovo, o ſia Panegirico ſulla Lettera di M.V. a' Meſſineſi. *Meſſanæ apud Coſtam MDCCXV. in* 4. = Pantopologia Calabra: in qua celebriorum ejuſdem Provinciæ Locorum, Virorumque Armis, Pietate, Titulis, Doctrina, Sanguine Illuſtrium Monimenta expenduntur. *Neap. apud Felicem Moſcam MDCCXXV. in* 4. = Pompe funebri in morte di D. Flaminio Molli. *Neap.*

apud

Digitized by Google

„ *apud Stephanum Abbatem* MDCCXXIV. *in* 4. = Il Terraqueo ſotto
„ l'occhio della Geografia Storica, nelle ſue quattro parti diviſo. *Neap.*
„ *apud Mutium* MDCCXXVIII. *in* 4. Muſæum Litterarium, in quo
„ pene omnium Scriptorum Dubia, Suppoſititia, Maledica, Falſa, Fabu-
„ loſa, Satyrica, Proſcripta, Anonyma, Suffurata, Inſulſa, Putidaque Mu-
„ nimenta Eruditorum Criterio eſpenduntur. *Apud eundem* MDCCXXX.
„ *in* 4. = Epiſtolæ Polemicæ. Quibus nonnulla Eccleſiaſticæ, & Civilis
„ Hiſtoriæ Dubia reſolvuntur Selectiora. *Lucæ apud Ciuffetum* MDCC-
„ XXXIX *in* 8. = Lettera al Signor D Ignazio-Maria Como, in cui ſi
„ dà il parere, intorno a' Viaggi di due Gulliver Ingleſi per alcune Iſo-
„ le per l' addietro non conoſciute dalla Geografia del Mondo Nuovo,
„ *Prodiit in Vol. XVII. Variorum Opuſc., quæ collegit, & edidit P. Angelus*
„ *Calogerà Camaldulenſis. Venet. apud Chriſtophorum Zane* MDCCXXX-
„ VIII. *in* 8.

„ Edenda vero, quæ in Bibliotheca Monaſterii Carmelit. Montaltin.
„ M.S. ſervantur, quæque ego ſæpe vidi, ſunt hæc = Eliadum Appara-
„ tus, ſive de Scriptoribus Ord. Carmelitarum Tom. I. in fol. = L' Idro-
„ grafia Simbolica Tom. I. in 4. = Theoremata Biblica ſuper Selectiora
„ Sac. Scripturæ dubia Tom. II. in 4. = Secoli Criſtiani giuſta la Crono-
„ logia Sacra, Civile, ed Eccleſiaſtica Tom. II. in 4. = Theatrum Sym-
„ bolicum de Naturæ mirabilibus in Religioſorum documenta diſpoſitum
„ Tom. I. in 4. = Galleria Storica traſportata al Morale Tom. II. in 4. =
„ Le Imagini delle Scienze, con cui ſi dà di eſſe una vera idea Tom.
„ II. in 4. = Geografia Iſtorico-Politica-Sacro Profana Tom. IV. in 4. = Cri-
„ ticæ Animadverſiones ſuper aliquot Scriptorum Munimenta Tom. I. in
„ 4. = Rapporti de' Viaggi Iſtorico-Geografico, Eccleſiaſtico-Civili Tom.
„ II. in 4. = Iter per phantaſticum Orbem Philoſophantium Tom. I. in
„ 4. = Philoſophia Rerum exotica Tom. II. in 4. = Pallas glorioſa in Eru-
„ ditis, qui a Mundi exordio ad noſtram uſque ætatem vixerunt. Tom.
„ IV. in 4. = Ramus aureus Sybillæ ſive dilucidum ad Eloquentiæ Ely-
„ ſios iter Tom. I. in 4. = Iſtruzioni Morali ſopra il Catechiſmo Tom. I.
„ in 8. = Factum, & Jus pro Carmelitis Tom. I. in 4. = Lycæum Pole-
„ micum ſuper Dogmata veræ Fidei Tom. I. in fol. = Epiſtolæ Orthodo-
„ xæ contra Hæreſes Univerſitas Tom. II. in 4. = Lettera Apologetica
„ in difeſa di Cleandro, contro il Filocamo, che nel Mondo Letterario
„ ci foſſero fra' Scrittori più Plagiarii, che arricchirono i loro Libri colle
„ fatiche altrui = Orazione Funebre in morte di D. Fabio Dattilo de'
„ Marcheſi di S. Caterina = Orazione Panegirica per l'eſaltazione al Car-
„ dinalato dell' Eminentiſſimo Fini, e = dell' Eminentiſſimo D. Giuſeppe
„ Firrau.

Obiit Elias Menſe Aprilis An. MDCCXLVIII. ætatis ſuæ An. XCI. Illum laudant Anton. Corſignanus in ſua *Reg. Marſican.*, Perrimezzi *in Lib. de Nation. Tort. Chriſt.* Chriſoſt. Scarſo *in Opuſc.*, ubi ejus Vitam conſcribit. Addens ad Dictionar. Morer. Edit. Venet. MDCCXLV. *Tom. VII. Litt. D., & E. pag. CXXXII.* Anton. Zavarron. *in Apolog.*, Acet. *in add. ad Barr.* Thomas Firraus *in Vit. Cæſar. Firrau*, Maſtellon. in *Merc. Mirac.* Marian. Ruel. Seraph. Montor. Conſtant. Gatt. Murator. Tafur. Amenta, & alii.

## CAROLUS CONSENTINUS

APrilianenſis J. C. & Poeta jucundus. Clar. An. MDCCXXX. Hic vertit Poema Torquati Taſſi in linguam Calabram carmine valde geniali. Ediditque ſub hoc Tit. *Gerusalemme liberata Poema del Signor Torquato* *Clar. An. Ch. 1730.*

*quato Taſſo traſportato in lingua Calabreſe in ottava rima*. Conſenſiæ, ſeu verius Neap. MCCXXXVII. in 4.

## JOSEPH CATALANUS

Clar. An. Ch. 1730.

PAulanus Presbyter Congregationis S. Hieronymi Charitatis de Urbe Vir multæ eruditionis, & paris probitatis Amicus noſter adhuc vivens. Edidit *Notas in* ſelectas *S. Hieronymi Epiſtolas*. Romæ apud Petrum Roſatum, & Joſephum Borgianum MDCCXXXI. in 8 = *De Codice S. Evangelii, atque ſervatis in ejus lectione, & uſu vario Ritibus Libros III. ad Clem. XII. Pon. Max.* Ibid. apud Antonium de Rubeis MDCCXXXIII. in 4. = *Vitam Ven. Servi Dei Bartolomæi de Quental* = *Pontificale Romanum Prolegomenis, & Commentariis illuſtratum: in quo varii M. SS. Ritus Pontificales, non modo ſparſim in ipſis Commentariis, ſed & integri in Appendice referuntur, ac notis illuſtrantur.* Tom. III. in fol. Quorum primus prodiit An MDCCXXXVIII. Secundus An. MDCCXXXIX. Tertius vero An. MDCCXL. Romæ apud Antonium de Rubeis = *Cærimoniale Epiſcoporum, Commentariis illuſtratum, duobus Tom. in fol. diviſum*. Ibidem apud eundem MDCCXLVII. cum figuris æneis = *Comment. in Ceremoniale S. Rom. Eccl.* Tom. II. in fol. apud eundem MDCCL. = *Commentaria in Concilia OEcumenica* Tom. IV. in fol. apud eundem MDCCXXXVI. MDCCXLIII. MDCCXLVIII. & MDCCXLIX. = *Comment. in Epiſtolam D. Hieronymi ad Negotianum*. Ibidem apud Joh. Zempel MDCCXL. in 8. = *Notas in Libros S. Joh. Chryſoſt. de Sacerdotio* apud eundem MDCCXL. in 8. = *Notas* in *Humbertum de Romanis de modo promtè cudendi Sermones &c.* apud dictum de Rubeis MDCCXXXIX. in 4. Habet parata editioni ampliſſimam *Conciliorum Italiæ Collectionem* in variis Tomis diſtributa cum Notis = *Rituale Romanum Commentariis illuſtratum* = *Inſtitutiones Juris Eccleſiaſtici*, & = *Vitas SS. Pontific. & Cardinalium ex Ord. Prædicatorum aſſumtorum*. Quibus Munimentis uberrimus hic Eccleſiaſticæ obtruſioriſque eruditionis promus condus ingenii ſui felicitate, & poſteritati proderit, & gloriam Patriæ ſuæ propagabit in ævum.

## FRANCISCUS ANTONIUS SPATHA.

Clar. An. Ch. 1730.

PAternenſis Presbyter Theologus, & J. C. ſublimis ingenii, æqualis doctrinæ, & eruditionis, ac in rebus agendis paris prudentiæ: Qui in Foro Neapolitano aliquandiù verſatus, tandem Forenſis ſtrepitus pertæſus Sacerdos initiari voluit, & Viennam Auſtriæ ſecedens, ibique obtenta penſione ducatorum CCCC. ſuper Epiſcopatu Caſſanen, Cæſariæ mox Legationis ad Conclave, in quo Innocentius XIII. Pontifex electus eſt, a Secretis deſtinatur: inde Siculæ Monarchiæ Judex ſufficitur; Sed pulſis utraque Sicilia Germanis, nec Judicatu præfuit, & penſione privatus fuit; Unde in Patriam rediens, & ſpe melioris fortunæ fruſtratus in tenaciſſimam incidit Hipocondriam, hominumque conſortium vitans, dum ſolitarius domi manebat, aliquando ſubito invaſus furore, mortem ſibi ipſi conſcivit. An. MDCCXXXVIII. Cum autem Viennæ moraretur Opus ediderat inſcriptum: *Antelucanæ Vigiliæ, ſivè Exercitationum Lib. III.* Typ. Joh. Petri Wan Ghelen MDCCXXV. in 4. Quo Civilis Prudentiæ autoriſque ſui notitia publici Juris oſtenditur.

PAU-

Digitized by Google

## PAULUS ANTONIUS DE CARUSIS.

MOlochienſis Presbyter ſatis doctus. Clar. An. MDCCXXX. Edidit Opuſculum *De Obligatione denunciandi Confeſſarios in Confeſſione Sollicitantes ex vi multarum Apoſtolicarum Conſtitutionum, præſertim noviſſimæ Conſtitutionis Gregorii XV.: In quo continentur Quæſita CL. ex doctrina Recentiorum Theologorum diligenter collecta, & Canonicè diſcuſſa. Addita in calce opuſculi ſummula Propoſitionum damnatarum a Martino V. in Concilio Conſtantienſi, uſque ad Innocentium XII. MDCXCIX. necnon caſibus Summo Pont. reſervatis in Bulla Cœnæ, & extra, & Bulla Gregorii XV.* Meſſanæ apud Claromontem, & Provenzanum MDCCXXX. in 8. *Clar. An. Ch.* 1730.

## EUSTACHIUS ENDRERIUS.

PEtrejenſis Ord. Minimorum, Theologus doctiſs. Epiſcopus Nicoteren. Clar. An. MDCCXXX. Docuit publicè Taurini, & Venetiis. Edidit *Vitam Ven. Servi Dei Nicolai de Longobardo Laici dicti Ordinis*. Romæ apud Komarek MDCCXX. in 12. *Clar. An. Ch.* 1730.

## HIERONYMUS MANNARINUS.

ARinthanus, Presbyter, Poeta non injucundus. Clar. An. MDCCXXX. Edidit: *Carmina Auguſtiſſ. ac Ven. Nomini Jeſu, Mariæ, & Joſeph, aliiſque Sanctis, ac Perilluſtribus Patriæ ſuæ Poetis dicata*. Neap. apud Joh. Roſellum MDCCXXXV. in 4. *Clar. An. Ch.* 1730.

## ISIDORUS PITELLIA

FLigidienſis Ordin. Minim. Epiſcopus Termolanus vir doctus, & eruditus adhuc vivens. Edidit Romæ *Orationes Panegyricas* ex Acet., & *Novenario di S. Anna Madre di M. V.* Romæ MDCCXXXIX. apud Komarek in 8. *Clar. An. Ch.* 1730.

## JORDANUS PULICICCHIUS

LAchenſis Ord. Præd. S. T. M. Vir acris ingenii, & obtruſioris doctrinæ, atque eruditionis. Clar. An. MDCCXXX. Hic Patavii Theologiam publicè docuit, ibique a Hyacintho Serry Dominicano Gallo aliquando de ſuæ Nationis gloria laceſſitus, quid ex eo Tortores Chriſti extitiſſe diceret, & in *Exercitat* ſcriberet, Apologiam pro illa conſcripſit, quam mox ſub nomine Genialis Poſterarii Nepotis ſui edidit ſub Epigraphe: *De Tortoribus Chriſti Domini quinam fuerint, & undegentium extiterint*. Neap. apud Angelum Voculam MDCCXXXI. in 4. ſtylo elegantiſſimo, quamvis in reliquos ejus argumenti Scriptores pauliſper tumido; nam hinc eſt, quod in eum, quem alioquin valdè ſuſpicimus, noſtræ *Epiſtolæ Apologeticæ* dirigantur: de quibus heic poſtremo loco dicendum. Scripſit Jordanus & alia, quæ ad Dogmaticam Theologiam pertinent, in qua facultate nulli erat ſuo ævo ſecundus; ſed morte præventus, his, & quidem præclariſſimis Monimentis ſumma Rei Litterariæ jactura caremus. *Clar. An. Ch.* 1730.

AL-

Digitized by Google

## ALBERTUS PONTERUS

Clar. An. Ch. 1730. CAſſanenſis Ord. Præd. S.T.M Vir Apoſtolicus, & ſatis doctus, atque eruditus. Clar. An. MDCCXXX. Edidit: *La Vita di S.Vincenzo Ferrerio*. Neap. apud Carminum Petagna MDCCXXXV. in 4. = *Eloquentiæ Chriſtianæ exactiſſimam Praxim Tyronum captui accommodatam*. Venet. MDCCXXXI. in 4. & = *Lezioni predicabili ſopra Tobia Tom. II. in* 4. Ibid. apud Antonium Bartholum MDCCXXXI. in 4.

## DOMINICUS SERIUS

Clar. An. Ch. 1730. SAracenenſis Ord. Præd. S.T.M. Edidit: *I Rifleſſi ſulla vita, e ſpeciali virtù di S.Vincenzo Ferrerio*. Neap. apud Nicolaum Naſum MDCCXXXIX. in 4 & = *Eſercizj di Miſſione*. Neap. apud Severinum edit. altera MDCCXLII. in 4. Autor adhuc vivit.

## JOH. CHRYSOSTOMUS SCARPHO'

Clar. An. Ch. 1730. MAmmolenſis Baſilianus Monachus eruditus. Clar. An. MDCCXXX. Edidit tria Volumina Variarum Opuſculorum in 8. Quorum aliquot Eccleſiaſticam, & Civilem Hiſtoriam reſpiciunt: aliquot Philoſophiam & variam eruditionem ſpectant: & ſunt nonnulla quæ ſupervacaneam continent Eruditionem; quamvis, ſcribente Seneca, aliquando *etiam quod ſcire ſupervacaneum eſt, poſſit cognoſcere*. Horum trium Voluminum: alterum prodiit Neapoli apud Dominicum Raillard. An. MDCCXXII. alterum Panormi MDCCXXIV. & tertium pariter Neap. apud Felicem Moſcam MDCCXXVII.

Obiit Chryſoſtomus Piſauri MDCCXL. Superſunt ex eo M.S. = *Anelitis Planiſteriometrica* = *Protopiria Geometrica* = *Criterium Neoſophicum* = *Athletis Dogmatico-Scholaſtico-Moralis* = *Academia Theologico-Moralis* = *Judicium Theologicum contra Inſtructionem Paſtoralem Cardinalis Denoff* = *Cithera XVI. Chordarum, ſivè explenatio Pſalmi*: Beati, immaculati in via &c. = *Sacer concentus, ſive Explanatio Pſalmi*: Domine quis habitabit in Tabernaculo tuo = *Homiliarum Liber* = *Spoſizioni delle prime cinque dizioni della Geneſi* = *del Salmo centeſimo* = *del Salmo XLIV.* = *Puer dulcicanens, ſive Cardiacleptus* = *Orazioni Panegiriche* = *Sacre Pareneſi* = *Miſtica Nave di Maria* = *Dichiarazione del Simbolo Apoſtolico* = *Meditazioni* = *Teofilangiola* = *Vita di S.Macrina* = *di S.Teodora Aleſſandrina* = *di S. Bartolomeo Abate di Grottafertata* = *di S.Elia da Reggio* = *di S. Luca da Demenna* = *di S.Vitale da Caſtro nuovo* = *Albero della Religion Baſiliana* = *Lettera Apologetica per la Congregazione di S.Baſilio M. in Italia* = *per la Cocolla Baſiliana* = *per il Monacato di S.Reſolia* = *Megalinaria S.Johannis Theriſti* græco Idiomate = *Teoremi Politici* = *Lettere varie* = *La Favola Antiniana*. Et alia apud Amat. *in Congreſſ. Academ. Tom. II. Congreſſ. VIII.*

## FRANCISCUS ZAVARRONI.

Clar. An. Ch. 1730. MOntaltinus natus Kal. Februarii MDCLXXII. Generalis Ord. Minimorum electus Piſauri an. MDCCXXVIII. Collegii Urbani de Propaganda Fide Lector Jubilatus: Sac. Judicis Congregationis Conſultor; Supremæ & Univerſalis Inquiſitionis S.Officii de Urbe Qualificator: Sereniſſimi Auguſti III. Poloniæ Regis, Ducis Saxoniæ, ac Eminentiſſimorum

rum

Digitized by Google

rum S. R. E. Cardinalium Proſperi Lambertini nunc S. D. N. Benedicti XIV. Pont. Max. Pici Mirandulani, Annibalis Albani, Vincentii Petræ, & aliorum Theologus: Summis Pontificibus Clementi XI. præſertim, & Benedicto XIII. a quo *Primus Romæ Theologus* audit, acceptiſſimus: Vir ſublimis Ingenii: Philoſophus, Theologus, præſertim Dogmaticus, & Canoniſta omnium conſenſu doctiſſimus, ac Sacrorum Rituum, & Eccleſiaſticæ Diſciplinæ longè eruditiſſimus: Cujus propterea in Sac. Congregationibus vota præcipua habebantur. Quæ cum de Patruo meo fidenter prædicem, hoc mihi fore auguror, ut nemo vicio vertat, quando hæc ipſa illum ſcientibus, & adhuc viventibus refero.

Multa ſcripſit, inter quæ recenſentur = *Tractatus varii Theologico Dogmatici* = *De Locis Theologicis Vol. in fol.* = *De Sacramentis Volumen* = *De Sacris Univerſæ Eccleſiæ Ritibus* = *De Priſca*, *&* *nova Univerſæ Eccleſiæ Diſciplina* = *Animadverſiones in nuperum Breviarium Gallicanum*. Quarum ſcribendarum Provinciam nemo aggredi auſus, ſolus ipſe aggreſſus eſt, & confecit = *Apologia pro Brutiis*, *contra calumnias eorum qui Brutios Tortores Chriſti fuiſſe aſſerebant*. Et hæc quidem extant; Nam alia diſperſa, atque diviſa identidem laborat Antonius Epiſcopus Tricaricenſis ejus germanus Frater colligere, ut collecta, & diſpoſita publici juris fiant.

Nam quæ ex Eo Typis prodierunt, ſunt velut unguis, ex quo Leo dignoſcatur, & ſunt, inquam duo tantum opuſcula: Alterum inſcriptum: *Chronologiæ Sacræ*, *&* *Profanæ Synopſis a Creatione Mundi*, *uſque ad Adventum Chriſti*. *In ſex Ætates digeſta ſecundum vulgatam annorum quatuor millium*. Quod prodiit Typis Mediolanenſibus apud Joſephum Pandulphum Malateſtam MDCCXXII. in 12. Alterum vero eſt breve quoddam Specimen alterius Voluminis magnæ molis, quod & ipſum inter diſperſa, ac diviſa ejus M. S. recenſetur: ſic autem ipſum Specimen inſcribitur: *Le cento una Propoſizioni eſtratte dal Libro delle Rifleſſioni Morali ſul Nuovo Teſtamento*, *condannate dal Sommo Pontefice Clemente XI. nella Bolla* Unigenitus, *conſiderate come contimenti il Siſtema di Gianſenio*, *e come dannabili per se ſteſſe*. Prodiit & hoc ipſum Opuſculum eiſdem Typis Mediolanenſibus apud hæredes Dominici Bellagatti MDCCXXIII. in 8. in quibus utriſque Opuſculis nomen ſuppreſſit ſuum, quod ſcilicet tanta ejus erat in appretiandis propriis Operibus verecundia, ut cum illa nullo haberet in pretio, inde Opera ipſa ſua diſperſa eſſe contigerit.

Quamvis autem in Filii Opuſculis nomen ſuppreſſerit, in his tamen, quæ addimus, quæque & ipſa ſuæ pariter Doctrinæ ſunt Opera, longo apparebit ævo; quandoquidem Summis inde Viris, ut dicebamus, acceptus, Ordinem Minimorum, honoribus, & prærogativis, quibus antea carebat, ab Romanorum Pontificum clementia, & largitate obtentis, ornavit: Locum in Pontificio Sacello, & Jus ſtato tempore Homilias in eo recitandi Procuratoribus Generalibus dicti Ordinis, quos Zeloſos nuncupant, primus obtinuit: Statuam quoque marmoream S. Franciſci de Paula in Vaticana Baſilica erigi; Romanam Provinciam, & Nova tum Fratrum, tum Sororum ejuſdem Ordinis Monaſteria in ipſa Urbe Roma fundari: ſuæque Nationis Calabricæ Collegium ipſorum Fratrum ibidem, ære ſuo potiſſimum, quod Generalis conflaverat, ampliari curavit: Aliaque fecit, quæ latam repetiti Ordinis Chronographis ſegetem ſcribendi præbebunt.

Sed enim, omiſſis aliis ejus Operibus, quæ heic latius proſequi, ratio ſuſcepti argumenti non patitur, Sereniſſimo, quem nominavimus, Auguſto III. in ejuſdem electione in Regem Poloniæ, magni momenti, præ ſua in Re Theologica autoritate, apud Primatem, cæteroſque ejus Regni Ec-

Eccleſiaſticos, & Sæculares Electores ſervitium præſtitit, quod quale fuerit, narrat, paucis mutatis, *P. Maſſuet* Scriptor Gallus. *Par. I pag. CIII. & CIV.* ſuæ Hiſtoriæ Gallice conſcriptæ, quæ in Italicam Linguam converſa prodiit Lucæ apud Salvatorem, & Joh.Dominicum Marefcandulum MDCCXXXVI. in 4. ſub hoc Tit. *Iſtoria della Guerra preſente, che contiene quanto è occorſo di più importante in Italia, nel Reno, in Polonia, e nella maggior parte delle Corti di Europa. Opera del Sig. P. Maſſuet, tradotta dall' Originale Franceſe nella noſtra Italiana favella.* Propter quod ſervitium, actualis ejus Regis Theologus ſequenti Diplomate fuit declaratus, majora dein præmia ab Eo accepturus niſi eſſet morte præventus. Diplomatis, igitur, quod penes Nos eſt, talis eſt tenor:

„ *Auguſtus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, „ Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Kyoviæ, Wolhyniæ, Podoliæ, Pod- „ lachiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Severiæ, Czerniechoviæque. Nec non Hæredi- „ tarius Dux Saxoniæ, & Princeps Elector &c.* = Significamus preſentibus „ litteris noſtris, quorum intereſt; Univerſis, & ſingulis. Quandoquidem „ Majeſtati Regum, dignitatique Principum multum decoris, & gloriæ „ exinde eveniat, dum Viros eximios virtutibus, ſcientia, & eruditione, „ ac rerum experientiâ celebres uſibus, & negotiis ſuis accommodant; „ Eosdemque in numerum Aulicorum ſuorum cooptant, & recipiunt; „ Idcirco Nos animadvertentes raras Reverendi in Chriſto Patris Franci- „ ſci Zavarroni Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Generalis, Sa- „ cræ Congregationis Indicis Conſultoris, S.R.U. Inquiſitionis Qualifica- „ toris; nec non in Collegio Urbano de Propaganda Fide Sac.Theologiæ „ Lectoris devote nobis dilecti virtutes, utpotè maturam ſcientiam lon- „ go uſu comparatam, rerumque plurimarum experientiam, ac peculia- „ rem in reſolvendis difficultatibus facilitatem, aliaſque præclaras animi „ dotes, tum quoque promptum in Nos, & obſequia noſtra ſtudium, „ faciendum eſſe duximus, ut eundem diſtinctioribus gratiæ noſtræ Regiæ „ favoribus proſequendo, ad obeunda negotia noſtra admitteremus, eum- „ que in numerum realium, & actualium Theologorum noſtrorum reci- „ peremus, & cooptaremus, prout de facto recipimus, & cooptamus præ- „ ſentibus Litteris noſtris. Dantes, & concedentes ipſi omnimodam pote- „ ſtatem, & facultatem omnibus, & ſingulis Juribus, Prærogativis, Im- „ munitatibus, Libertatibus, & obventionibus alios actuales Theologos „ noſtros concernentibus, utendi, fruendi, & gaudendi. Quod omnibus, „ & ſingulis, quorum intereſt, ad notitiam deducentes, habere volumus, „ ac reſpective Subditis noſtris mandamus, ut præfatum Reverendum in „ Chriſto Patrem FRANCISCUM ZAVARRONI pro vero, actuali, & „ legitimo Theologo noſtro Regio habeant, nominent, & agnoſcant; „ Eique de omnibus Juribus, Prærogativis, Libertatibus, Immunitati- „ bus, & Obventionibus, cæteros veros, & reales Theologos noſtros „ concernentibus reſpondeant, & ab aliis reſponderi curent pro Gratia no- „ ſtra. In quorum fidem præſentes manu noſtra ſubſcriptas, Sigillo Re- „ gni communiri juſſimus. *Datum Cracoviæ die prima Menſis Februarii, „ Anno Domini MDCCXXXIV. Regni vero noſtri Anno primo* = Auguſtus „ Rex = *Nicolaus Dabovvski Canonicus Cathedralis Cracovienſis, & Ver- „ ſavienſis, S. R. Majeſtatis Secretarius.*

Dein vero ſequentem ab eodem Sereniſſimo Rege Epiſtolam accepit eodem Anno, Italice conſcriptam: quæ & ipſa penes Nos reperitur tenoris hujuſmodi: Foris = *Al Reverendo Padre Fr. Franceſco Zavarroni Ex-Generale de Minimi di S. Franceſco di Paola noſtro Teologo* = Intus vero = *Auguſtus Terzo, per Grazia di Dio Re di Polonia, Gran Duca di Lithua-*

*Lithuania, Ruſſia, Pruſſia, Mazovia, Samogizia, Kiovia, Volhinia, Podolia, Podlachia, Livonia, Smolesko, Severia, Cernicovia, Duca Ereditario di Saſſonia, e Principe Elettorale del Sac. Romano Imperio = Reverendo Padre. Le Relazioni vantagioſe, che ci furon date da coteſto Signor Cardinale S. Clemente Protettore della noſtra Corona, e da altri della virtù, e delle degne qualità di V. P. c' induſſero a preſceglierla per noſtro Teologo; e la corteſe Lettera de' 9. del paſſato Luglio, colla quale la P. V. ha coſì vivamente eſpreſſo il ſuo contento per queſta Carica, da Noi conferitale, non meno, che il ſuo buon genio, ed il Zelo, che nudriſce per le noſtre convenienze, e per i vantaggi della Noſtra Real Caſa ci rende vie più grata la ſcelta medeſima, e la di Lei degna perſona: alla quale bramando di dare altre maggiori ripruove della Noſtra Real propenſione, ci raccomandiamo alle ſante ſue Orazioni, e le auguriamo da Dio ogni bene = Dreſda 23. Agoſto 1734.* = Auguſto Re = Sedet cum poſt conductam Neapolim Sororem ſuam Mariam Amaliam Walburgam Reginam noſtram Inclytam, Saxoniam repetens, Sereniſſimus Fridericus Chriſtianus ejus Regis Filius Primogenitus An. MDCCXXXIX. Romæ eſſet, illumque obſequii cauſſa Franciſcus inviſeret, Aureum ei magni ponderis Numum, cum dicti ſui Genitoris Imagine, dono dedit: a quo poſtremo certe æquidem, Europa mox in pace compoſita, & Benedicto XIV. ad Summi Pontificatus apicem evecto, majora, ut diximus præmia accepiſſet, niſi illi mors præmatura obveniſſet. Numus, igitur, etiam apud Nos, qua decet, veneratione ſervatur; ſed Franciſcus quidem morte captus eſt Romæ eodem Anno, eodemque morbo, quæ ſibi a Sanctæ Vitæ Viro prædicta fuerant: quem credunt fuiſſe Ven. Ser. Dei Fratrem Nicolaum de Longobardo: a quo ſibi alia quoque prædicta fuiſſe, quæ ſimiliter contigerant, narrat Epiſcopus Lavellen. *in Vit. ejuſd. Ven. Fr. Nicolai Cap. VI.* Obiit, igitur, An. MDCCXL. Ætat. vero ſuæ LXIX. De quo plura non addam, ne quamvis vera dicam, mea tamen videantur dicta ſordeſcere.

## FRANCISCUS ANTONIUS DE CAVALCANTIBUS

Conſentinus ex Ducibus Cacurii Ex-Generalis Cleric. Regular. Theatin. *Clar. An. Ch.*
Archiep. Conſentinus, creatus a Benedicto XIV. Theologus, & Ora- 1740.
tor multi nominis, & in Eccleſiaſtica Hiſtoria valde verſatus. Prodiit ejus Opus poſthumum; cui titulum nuncupaverat. *Vindiciæ Romanorum Pontificum ad SS. Patrem Benedictum XIV.* &c. Romæ apud Hieronymum Mainardum, in fol. An. MDCCXLVIII. in cujus Anni initio Franciſcus Antonius e vita migravat.

## DOMINICUS CAJETANUS DE CAVALCANTIBUS

Conſentinus, Franciſci Antonii germanus frater, Cler. Reg. Theatin. *Clar. An. Ch.*
Theologiæ Moralis in Academia Florentina Publicus Profeſſor: Se- 1740.
reniſs. Mariæ Amaliæ Walburgæ Utriuſque Siciliæ Reginæ a Sacris Confeſſionibus acceptiſſimus: Theologus ſatis Clarus: Orator vero incomparabilis eloquentiæ, eorumque omnium, qui nunc ſunt, facile primus. Scripſit, eadem Sereniſs. Regina noſtra mandante, ediditque: *La Vita di S. Amalia Vedova*. Neap apud Felicem Carolum Moſcam MDCCXL. in 4. Scripſit, & alia quædam Liturgica, quæ tamen valde optandum, eſt, ut publici Juris fiant. Adhuc Domin. Cajet. vivit.



Digitized by Google

## THOMAS FIRRAUS

*Clar. An. Ch.* 1740. LUciis in proprio Feudo natus, S. Agathæ, Luciorum, Fagnani, Roſarum, aliorumque Oppidorum Princeps, & Dominus adhuc vivens. Vir in Philoſophia, quam P. Perrimoti Ordinis Minimorum Inſignis Philoſophi Auditor didicit: in Rhetorica, & Poeſi, quas aſſidua ſelectiſſimorum Autorum lectione aſſequutus eſt, cum paucis comparandus: Ingenio magno, mente, & prudentia incomparabilis, quem merito Proceres politicæ ſuſpiciunt Oraculum. Scripſit *Vitam Cæſaris Firrau* ejus Patrui, quæ una cum ejuſdem Cæſaris Italicis Poemat: prodiit in lucem ut dictum in hoc ipſo. Scripſit etiam: *I Diſcorſi Morali ſopra la Geruſalemme di Torquato Taſſo*, & = *l' Economia* ad Petrum Filium, quæ Ingenii ſui Munimenta Eruditione, & Copia in M. S. magnæ molis volumina abierunt, valde exoptanda, ut publici juris fiant, & editione vulgentur. Extant quoque, poſt dicti Cæſaris Vitam, aliquot ejuſdem Thomæ *Carmina* Italica ex quibus facile ſublimis Muſæ indoles internoſcitur.

Hic Fratrem germanum habuit *Joſephum S. R. E. Cardinalem Firraum*, & ipſum Luciis natum, qui quanta demum prudentia, & in publicis negotiis pertractandis dexritate valeret, tunc maxime oſtendit, quum a Clemente XII. Pont. Max. in difficillimis Rerum Europæ circumſtantiis, & reformidabilibus bellorum motibus Summæ Rei a Secretis deſtinatus, potens operæ, & ſermone, valuit erectos malorum ageres, per impactam prudentiæ, & grandioris, quam dicebamus dexteritatis ſuæ molem impetere, aut, ab ipſa ſaltem Urbe Roma, in quam proxime ingruebant, avertere: Qui licet proximis præteritis annis vivere deſierit, tamen non deſinet, præ tanto facinore in memoria Hominum vivere in ævum.

## HYACINTHUS MAISANUS

*Clar. An. Ch.* 1740. PEtrejenſis, quod Oppidum eſt prope Maidam Ord. Præd. S. T. M. Clar. Ann. MDCCXL. Edidit: *L'Arte di ben Confeſſarſi*, ſive Verſionem ſuam Italicam Opuſculi D. Thomæ *de modo Confitendi*. Neap. MDCCXXII. in 8. = *Il Direttorio Criſtiano Politico*. Tom. II. Ibid. apud Carolum Salzanum MDCCXXXVIII. in 4. = *L' Orazione Panegirica di Noſtra Signora della Lettera*. Meſſanæ ubi Ipſe Eam Orationem recitavit MDCCXXX. apud Placidum Gryllum in 4. Scripſit præterea Opus, cui titulum fecit: *Uſuræ crimen due Del Governo Univerſale di Dio in riguardo alle ſue Criature Celeſti*, *e Terreſtri* &c. Quæ duo Opera M. S. propediem lucem viſura, interim in Collegio FF. Prædicatorum Rhegii ſervantur: qua in Urbe tunc peſte graſſante, Maiſanus obiit An. MDCCXLIV.

## DOMINICUS ANTONIUS PISCIONERIUS

*Clar. An. Ch.* 1740. GEolioſienſis Medicus Eruditus adhuc vivens. Edidit Opus inſcriptum: *Novus Aphoriſmorum Ordo, in quo non ſolum Hippocratis Aphoriſmata, & Præſagia Verum etiam Joh. Jacobi Waldſchimidii, atque Aurelii Cornelii Celſi ſelectiores Sententiæ, ſuo pariter Ordine ſingulis in morbis exponuntur*. Neap. apud Mutium MDCCXXXVIII. in 8.

## HYACINTHUS GENGUCIUS

*Clar. An. Ch.* 1740. STrongylenſis Dominicanus S. T. M. Vir valde Eruditus, qui adhuc vivit. Scripſit *Tractatum de Judiciis Regularium Ord. Præd. continentem*

*Teo-*

Digitized by Google

*Teoriam*, *& Praxim Proceſſuum Informativorum*, *& Defenſivorum*. *in* 4. = *Vitam Johannis Dionyſii Galeni Caſtellani*, ſive Cutrenſis, ut Alii volunt *Uluccialii dicti apud Turcas*. *Algerii*, *Tripolis*, *& Tuneti Regis in* 4., & = *Notizie Iſtoriche circa la Città di Petelia rediviva fra le ceneri della Città di Strongoli*. Hæc tria Opera, prælo digna manent adhuc M. S. ex *Collac. in Relat.*

## FRANCISCUS BONJOHANNES

THropæenſis Philoſophus, & Aſtrologus celebratiſſimi Nominis, qui ſi Rutilii famam non ſuperavit, ſaltem certo certius æquavit. Hic cuncta quæque mala in Calabriam noſtram ingruitura, quæque plane eidem Anno MDCCXLIII., & XLIV., velut agmine facto, ingruerunt: Terremotus magnos, ſævam peſtilentiam, diram famem, ex apparitione, inter cætera ſigna, Stellarum ſolito grandiorum, mirabiliter præſagivit. Atque hinc eſt, quod Ejus adhuc viventis Ephemerides, intra phyſicas conſcriptas metas, tanta ſingulis Annis credulitate excipiunt, ut dicta in ipſis certiſſime eventura, nec prorſus irrita fore credantur. *Clar. An. Ch.* 1740.

## JOH·MARIA LAURUS

AMantheanus Ord. Præd. Vir doctus juxta, atque Pius, & Miſſionarius ferventiſs. adhuc vivens. Edidit: *Teologia Miſtica*. Neap. apud Carolum Salzanum, & Franciſcum Caſtaldum MDCCXLIII. in 8. *Regole dell' Italiana Ortografia*: *Oſſervazioni intorno al ben parlare, e ſcrivere Italiano*. Opus ſuppreſſo nomine Auctoris prodiit. Ibid. in 4. Scribit nunc Opus valde proficuum in Via Dei proficiſcentibus, cui Titulum nuncupavit: *Il Diſinganno delle Perſone Spirituali*. Quod brevi editione vulgabit. *Clar. An. Ch.* 1740.

## ANTONIUS ZAVARRONI

MOntaltinus Epiſcopus Tricaricenſis Vir Græce, & Latine doctus: In Philoſophia, Theologia, & Juriſprudentia valde verſatus, ac de Hiſtoria præſertim medii Ævi, quæ geſta in Utraque Sicilia potiſſimum ſpectat, non brevi ævo præteritura laude benemeritus. Scripſit, & adhuc plura ſcribit; Quorum hæc interim prodierunt: *Apologia Iſtorico-Critico Legale a favore della Giurdizione Ordinaria dell' Arciveſcovo di Reggio ſopra la Chieſa di S. Maria de' Greci*, *detta volgarmente La Cattolica*, *contro le Pretenzioni del Protopapa della Chieſa medeſima*. Prodiit primo Neap. in fol., preſſo nomine Autoris, dein Romæ, eo nomine expreſſo, apud Komarek MDCCXXXV. in 4. = *Note ſopra la Bolla di Godano Arciveſcovo dell' Acerenza ſpedita l'anno MLX. d'Analdo Veſcovo di Tricarico*. Neap. apud Mutium MDCCXLIX. in 4. = *Eſiſtenza, e validità de' Privileggj conceduti da Principi Normandi alla Chieſa Cattedrale di Tricarico per le Terre di Montemurro, ed Armento, Vindicate dalle Oppoſizioni de' moderni Critici*. Ibid. apud eundem. In hunc poſtremum ejus Librum Placidus Troylus Abbas Ciſtercienſis, cauſſatus ſe in eo aliquatenus deſpici, nequicquam placidis ſenſibus, nuper editâ Epiſtolâ, invehitur: Contra quam tamen ſtatim poſt, aliæ duæ Epiſtolæ prodierunt: Altera *Joſephi Palmerii*: Altera Anonymi: quibus illud abunde verum eſſe intelligimus, quod inquit Heſiodus *Clar. An. Ch.* 1740.

—— Ei' δέκεν ἄρχη,
Ητι ἔπος εἴπων ἀποθύμιον ἠὲ καὶ ἔρξας
Δις τόβα τίννυθαν μεμνημένος.

Hæc autem poſtrema Epiſtola Anonymi Errores Hiſtoriæ Neapolitanæ a Troylo conſcriptæ ſugillat: Quibus præterea exufflandis prope diem *altera Epiſtola excudetur* eodem Autore conſcripta, licet ſuppreſſo nomine; Nam, & dum hæc ſcribimus, idem Antonius publici juris fecit Apologeticum Opus fratris ſui Nomine, ſub Epigraphe: *Lettera del Dottor D. Saverio Zavarrone al Signor D. Giuſeppe Palmieri Avvocato Napolitano ſuo Nipote ſopra la Diſſertazione fatta dal Sig. D. Franceſco Pratillo Canonico di Capoa De Patria, & Familia Divi Thomæ de Aquino*. Quo Opere ab inſigni plagio vindicatæ Calabriæ & Divus Thomas ſolidis fundamentis aſſeritur, & nupæ Pratilli exufflantur.

Cæterum Antonius ſcribit nunc & alia, ut ſupra dictum, quæ & ipſa propediem in lucem prodibunt. Videantur de Eo Acetus *in Annot. ad Barr.*, *Amat. in Pantopol.* 1. Nardus *in Carm.*, & in *Ociis Erud.*, & Alii; Nam mihi quidem de Patruo meo plura addidiſſe vetant illa Carmina Horatii:

*Frater erat Romæ Conſulti Rhetor, ut alter*
*Alterius ſermone meros audiret honores &c.*

## ANGELUS ROCCHI

*Clar. An. Ch.* 1740.

MOntaltinus Presbyter valde eruditus, adhuc vivens. Hic ſub Anagrammatico nomine *Johannis Caroli Chini* Typis vulgavit Opus Bartholomæi Chioccarelli, quod inſcribitur: *Archivio della Regia Giurdizione del Regno di Napoli*. Venet. MDCCXXI. in 4. Addita de ſuo *Epiſtola* ad Lectorem ſtylo acri, & libero: Scripſit *Tractatum de Jure Naturali, & Gentium*, quo Celebriorum Autorum in idem Argumentum Sententias, in jucundiſſimæ claritatis Epitomen digeſſit. *Vertit* præterea *in Linguam Italicam aliquot Pandectarum Titulos*: Opus Arduum, ab eo tamen mira facilitate, & proprietate confectum. Cui nunc cœperunt doctæ ejuſdem Autoris Annotationes accedere. Duo hæc Munimenta adhuc extant M. S.

## LUDOVICUS AB RHEGIO

*Clar. An. Ch.* 1740.

RHeginus, Inſtituto Capucinus: Vicar. Provincialis, Definitor, & Lector adhuc vivens. Scripſit *Vitam Ven. Servi Dei Antonii Olivadenſis Capucini*, de quo heic dictum, ediditque Panormi apud Stephanum Amatum MDCCXLVII. in 4.

## FRANCISCUS-MARIA SPINELLUS

*Clar. An. Ch.* 1740.

MUrani in proprio Feudo natus, Scaleæ, aliorumque Oppidorum Princeps, & Dominus. Vir magni ingenii, paris acuminis, & ſolertiæ. Qui Clariſs. Viris Elia Aſtorino, ut in noſtra *Diſſert. de* Vita poſtremi hujus dictum eſt, & Gregorio Caloprеſio Subdito ſuo, Præceptoribus uſus, in omni humaniori Eruditione, præ cæteris Ævi noſtri Proceribus Inſignis evaſit: Ac in Philoſophicis Meditationibus quidem miros, ſi quis alius, fecit progreſſus. Hinc recentiorem Philoſophiam, quam revera Charteſius Antiquæ ruderibus ſuperſtruxerat, objectionibus ſuis ſubruere annіſum Paulum Mathiam de Auria, virum alioquin eximiis ingenii dotibus inſtructum, ne qui modo in Spinoſiſtarum foveas prolaberetur, edito Opere refellit, cui Titulum nuncupavit: *Rifleſſioni di Franceſco-Maria Spinello Principe della Scalea sù le principali Materie della Prima Philoſofia, fatte ad occaſione di eſſaminare la prima parte di un Libro intito-*

titolato : *Diſcorſi Critici Filoſofici intorno alla Filoſofia degli Antichi, e de Moderni &c. di Paolo Mattia Doria*. Neap. apud Felicem Moſcam MDCCXXXIII. in 4. Edidit præterea = *Diſſertationem de Origine Mali* : In qua = *De Mente*, *&* *Corpore* = *De Mentis Facultatibus* = *De Attributis conſtitutivis voluntatis* = *De Libertate Dei*, *&* *Mentium Creaturarum* = *De præſenti Statu Mentium humanarum*, *ſeu Animarum*. Ibid. apud Benedictum, & Ignatium Geſſari MDCCL. in 8. Eſt & nunc ſub prælo altera ejus *Diſſertatio De Origine Boni*. Quæ omnia doctis Ideis, egregiiſque Mentis conceptibus inſtructa, Autoris ſui, adhuc omni laude florentis, proclamatis undique elogiis, famam concelebrant.

## CAROLUS NARDI

Montaltinus Vir in Civili, & Eccleſiaſtica Hiſtoria, in Juriſprudentia, Oratoria, & Poeſi valde peritus. Adoleſcens unus ex primis Academiæ Incultorum Inſtaurator extitit: Inter Argonautas Venetos, & inter Romanos Arcades cooptari promeruit *Annius* dictus: Qui me Libris pariter, & Uxori ſervire cogeretur, hac ipſa, licet ex Nobili Amatorum Familia, ſtatim ex conſenſu dimiſſa Sacris Ordinibus initiatus, in Inſignem Sacræ Familiæ Congregationem Jeſu Chriſti Sinentium vulgo dictam aſcribi voluit: Generalis Conſultor, & a Secretis ejuſdem factus, propagandæ Chriſtianæ Religionis tum inter Sinas, & Indos, tum inter Tartaros, & alias Barbaras Gentes magni momenti negocia laudabiliter peragit, quæ ſuſceptis muneribus, & ſuæ dexteritati commiſſa, nequicquam animum ſuum a Muſis deduxerunt; Nam interim ſucciſſivo ſtudio ſcripſit multa, ſumma ſtyli elegantia; & ſunt: *Diſcorſo Genealogico della Famiglia Giovane de Duchi di Giraſole*. Edit. Lucæ MDCCXXXVI. in 8. = *Carmina perappoſitis Annotatiunculis exornata ad Joh. Jacobum Marchionem Millium SS. D. N. Papæ* ( Benedicti XIV. ) *Datarium*. Acceſſit huic Operi = *Monodia in obitu Clementis XI. Pon. Max. ad Joh. Franciſcum Albanum & Principibus Suriani*, ejuſdem *Summi Pontificis ex Fratre Pronepotem*. Prodiit An. MDCCXLVII. = *Officium B. M. V. de Serra Hymnis*, *Orationibus*, *&* *Lectionibus II. Nocturni proprio marte compoſitis*. Excuſ. An. MDCCXXXIII. = *Delle Oſſervazioni ſopra il Parto della Vergine del Sannazaro Lib. I.* Florentiæ MDCCXXXIV. in 8. Hujus Operis Lib. II., & III. valde expetiti prope diem prodibunt = *Vita di Jacopo Nardi Gentiluomo*, *Poeta*, *ed Iſtorico Fiorentino* = *Eſpoſizione intorno ad un antico Epitaffio*, *in cui de Veredi*, *Veredarj*, *e Procuratorj de Veredarj ſi diſcorre*. Utraque hæc Opuſcula prodierunt Venetiis, inter reliqua collecta a P. Angelo Calogerà Camaldulenſi: Alterum in Volum XIV. alterum in Volum. XXII. Opuſculorum dicti Calogerà apud Zanem in 8. An. MDCCXXXVII., & MDCCXL. = *De Titoli del Re delle due Sicilie*, *colle Spiegazioni Iſtorico-Politiche*, *Genologico-Filologiche*. Neap. in 8. MDCCXLVII. Habet editioni parata = *Gli Ozj Geniali Meſcolanze Filologiche*, *Poetiche*, *Storiche*, *e Genologiche* in 8. Meminerunt de eo cum laude multa Maſtellon. *Tom. VI.* Operis inſcripti : *Trattenimenti Spirituali di S. M. della Vita*, Amat. *in Epiſt.*, in *Congreſſ.*, in *Pantopol.* & alibi, Tafur. in Opere *Delle Scienze*, *e delle Arti* &c. & in *Script. Regn.*, Joſeph Volp. *in Hiſt. Vicecomit.*, Autor *Diar. Litterar. Ital.*, Morar in *Diction. Edit. XIX. Tom. XII.*, & alii.

*Clar. An. Ch. 1740.*

NI-

## NICOLAUS DE BIANCO

Clar. An. Ch. 1740.

FLigidienſis J. C. & Poeta Eruditus. Edidit ſequentia Opera Scenica proſâ, & metro = *Gli Equivoci diſvelati*, *ovvero doppo le Tempeſte la Calma*. Januæ apud Andream Scialonicam MDCCXXIV. in 8. = *L'Umiltà eſaltata*, *ovvero li vani cimenti di Aſtarotte contro l'Umiltà di S. Niccolò Arciveſcovo di Mira*. Neap. apud Januarium Mutium MDCCXXV. in 8. = *Epiſtola Eroica a nome di Clem. XI. Sommo Pontefice al Cardinal di Navaglies per la nota Coſtituzione Unigenitus* &c. Romæ MDCCXXII. = *Carmina* aliquot Italica, & Latina in laudem Ferdinandi Pauli Alareconis, & Mendozæ Marchionis Vallis, in ejuſdem Nuptiis cum Joſepha Antonia Caracciola ex Principibus S. Boni. Prodierunt cum aliis ejuſdem Argumenti collectis ab Ignatio Guccione. Remanſerunt ex eo M. SS. alia duo Opera Scænica = *L'Amazone ancor fanciulla*, *ovvero S. Caterina Aleſſandrina*, & = *Gli Inceſtuoſi Amori innocenti*, *ovvero l'Armidaſpe*.

## PETRUS THOMAS GRIMALDI AB ALEXANDRO

Clar. An. Ch. 1750.

MOntaltinus Ord. Carm. S. T. M. & Definitor perpetuus, Academiæ Incultorum Princeps *Tirinarchus* nuncupatus: de quo dixerim cum Hieronymo, ubi in ſuo Eccleſiaſticorum Scriptorum Catalogo de Ambroſio loquutus, ait: *De quo*, *quia ſupereſt*, *meum judicium ſubtraham*, *ne in alterutram partem aut adulatio in me reprehendatur*, *aut veritas*. Scripſit, igitur = *Erotemata Scholaſtico-Dogmatica*, *Canonico-Moralia de Septem Eccleſiæ Sacramentis*. Tom. I. in 8. = *Pro Fidei Dogmatibus tuendis adverſus Hæreſes omnes Enchiridion*. Tom. I. in 8. = *Reflexiones Hiſtorico-Dogmaticas Chronologico Criticas ſuper aliquot acta*, *& Canones Conciliorum*. Tom. I. in 8. = *Scholaſtico-Dogmaticæ univerſæ Theologiæ Dilucidum*. Tom. I. in 8. = *Mentis*, *entis*, *& naturæ liberæ Philoſophiæ Synopſis*. Tom. I. in 8. = *Lettere Canoniche intorno alle coſe de Regolari*, *loro Privilegj*, *e Giuſſi* Tom. I. in 8. = Opus Sacrum Scænicum Italice inſcriptum: *S. Maria del Serrone*, & alia. Quæ omnia habet nunc edictioni parata, exque eis brevi editione vulgantis ingenium Viri poterit internoſci.

## FRANCISCUS-ANTONIUS PYRUS

Clar. An. Ch. 1750.

APrilianenſis Ord. Minimorum Philoſophus, & Theologus acutiſſimus, Vir in Rebus præſertim Metaphyſicis, & Ethicis, cum ſolertia, & acumine profundus. Edidit Opus Italice inſcriptum: *Rifleſſioni intorno l'Origine delle Paſſioni*: *Colle quali s'inveſtiga l'Economia della volontà Umana ſecondo i principj della Natura*, *e della Grazia*. Anno MDCCXL. in 8. Quod Opus cum ſublimes contineret Ideas, Sciolorum patuit calumniis: quibus docte ſolideque exufflatis; quandoquidem & ſi Autor quidem anceps argumentum eſſet vexatus, tamen ea, quæ intelligentiam capere videbantur ancipitem, rectam rectæ mentis interpretationem præſeferre, ac retinere dilucide oſtendit; ſubinde edidit & opus alterum, quod & ipſum Italice inſcripſit: *Dell'Origine del male contra Baile*. *Nuovo Siſtema Antimanicheo*. Neap. apud Mutium MDCCXLIX. in 8. Quo & Metaphyſicis pariter Meditationibus, egregiiſque mentis conceptibus referto, arguit

ſe,

Digitized by Google

ſe, ad Nationis ſuæ Gloriam, Geniis, qui hoc florentiſſimo, & lumino-ſo ævo clareſcunt, ſupra Vulgus elatis, merito eſſe accenſendum. De quo egregio opere, judicio Romanorum Theologorum a SS. Domino Noſtro feliciter regnante Benedicto XIV. ad id delectorum, approbato, illuſtre teſtimonium perhibent Doctiſſimi Scriptores, Antonius Genoveſe Mæthap. parte 3. cap. 4. fol. 26. P. Gherardus de Angelis in Epiſtola ad Authorem, Scipio Maffei in Epiſt. ad eundem, & Salvator Spiriti in memoriis Scriptorum Conſentinorum in fine, Joannes Lamus in memorabilibus anni 1751. Ultra hæc mox recenſitates pii jam edita, plurima haberidem Auctor edenda, quorum ſeriem hic adnevere, operæ prætium duximus; ſunt autem ſequentia, italice inſcripta, videlicet: *Diſſertazione del metodo di Studiare con frutto l'Arti, e le Scienze colle Note. Lettera del P. Pietro all'Abbate N. N. della immunità Eccleſiaſtica. Concordia della Ragione, e della fede. Trattato della Grazia diviſo in cinque parti, nelle quali le idee degli antichi Scolaſtici, de' Moliniſti, de' Tomiſti, e de' Gianſeniſti con nuove rifleſſioni confutate, ſi ſtabiliſce il nuovo ſiſtema de' Simpatiſti ſopra la Grazia. Saggio della felicità. Lettera Apologetica per gli Scrittori Anti-Bailiani. Il Sogno Omerico = Dialoghi ſcientifici de' Morti, cioè Filologici, Filoſofici, Teologici, e Morali = La Commedia Menippea, o ſia il Piro = Menippo = Lettera del P. Piro all'Amico, contenente il ſaggio della Preumatologia Nevutoniana = Lettera del P. Piro all'Amico dell'Anima del Mondo Nevutoniano = Lettera di un Leibiniziano ad un Nevutoniano dell'Attrazione delle Monadi = Diſcorſi di Clio, e di Pallade ſopra il Problema deciſo da Apollo in Parnaſſo, circa la eloquenza.*

## JOACHIMUS POETA.

PArmenſis Primarius in Univerſitate Neap. Medicinæ Cathedraticus: Vir ſerio Philoſophus: Medicus vero ætate noſtra procul dubio unus ex Summis: quem, ut redderent, abſit verbo invidia, plures conflari oporteret; & denique Italicæ Linguæ, & Poeſis Eruditiſſimus: Eumque Academiæ Linguæ Italicæ, quam dicunt *della Cruſca* nuper ferunt eſſe cooptatum. Scripſit = *De Uulæ, ſive Gurgulionis uſu, ubi quamplurima adjiciuntur ad Reſpirationem ſpectantia*, prodiit Neap. apud Nicolaum Naſum MDCCXXIX. in 4. = *Ragionamento Che la Natura dell'Ingeneramento de' Moſtri non ſia nè attonita, nè diſadatta: Ne i Poeti gli finſero per calda, ed alterata fantaſia*. Ibid. apud eundem MDCCXLVIII. in fol. = *Delle Rime ſcelte di varii Illuſtri Poeti Napolitani*. Tom. II. in 8. Florentiæ MDCCXXIII. ſumptibus Antonii Mutii: In quorum primo Volumine varia ejus *Poemata Italica* continentur, extatque ejus Effigies laureata = *Che l'acquavita cavata da' vini guaſti per uſo di medicamenti nelle Spezierie è molto pregiudiziale alla ſalute*. Neap. apud eundem Naſum MDCCXL. in 8. Habet M. SS. = *Varie Lezioni Accademiche recitate nell'Accademia delle Scienze eretta in Napoli da Monſignor Galeani Cappellan Maggiore, per ordine di S. M.* = *Dell'Uſo del Moto continuo dell'Orecchio dell'Elefante* = *Che il minorare il Volume del Sangue per opra del Salaſſo non accreſca la Circolazione di quello*. Meminerunt de Eo cum laude multa Lamus in *Notit. Litterat. Florent.* An. MDCCXLVIII. Et alii. Clar. An. Ch. 1750.

## ANTONIUS ZANINUS

TRadinopolitanus J. C. Protonot. Apoſtol. Poeta Elegantiſs. adhuc vivens. Edidit: *Il Canoniſta Verſificante, ovvero Le Iſtituzioni Canoniche* Clar. An. Ch. 1750.

*che ridotte in verſo volgare*. Meſſanæ apud Franciſcum Urſi MDCCXLVIII. in 4. *Quod Opus*, ut Cenſor notat, *ipſa Carminis amœnitate*, & *facilitate Lectorem ſuaviter detinet*.

## SALVATOR DE SPIRITIBUS

*Clar. An. Ch.* 1750.

COnſentinus Juvenis Eruditione juxta, atque Sanguine Nobiliſſimus, ex Marchionibus Caſabonæ, Oratoriæ & Poeſis Veneribus exornatus: Utriuſque Hiſtoriæ & Amœnioris Philoſophiæ, cum judicio, & nitare ſplendide cultus. Hic eleganti ſtudio, digna induſtria Scriptorum omnium tam Conſenſiæ Patriæ ſuæ, quam Pagorum, qui circa illam ſunt, memoriam ab oblivione, & interitu vindicavit, Hiſtoriam ſcribens, quam Italice nuncupavit: *Memoria degli Scrittori Coſentini*. Cui acceſſit = *Un Canto Genetliaco per il Naſcimento di S. A. S. Filippo Antonio di Borbone Principe Reale delle due Sicilie*. Prodiit Neap. MDCCL. apud Mutium in 4.

## STEPHANUS PATRITIUS

*Clar. An. Ch.* 1750.

TAbernenſis ex optimatibus J. C. feliciſſimi Ingenii, & profundiſſimæ Eruditionis: Cujus ſic ætas animo vincitur, ut adhuc Juvenis tam alte Juris Publici compagem rimatus ſit, ut pauci cum ipſo, ea in re, luminoſa hac ætate, quam agimus, comparari queant: Philoſophus acutus: Hiſtoricus Egregius: Orator eloquens: Poeta jucundus: Vir denique ſpe major, fama melior. Scripſit: *Diſſertazione intorno allo Stato, e dritto dell' Antichiſſimo Real Priorato di Bagnara, per la Cauſa, che ſi tratta nel Supremo Senato della Real Camera di S. Chiara*. Edit. Neap. MDCCXLVIII. in 4. Nuper *de Liturgia antiqua Eccleſiæ Neapolitanæ* ſcripſit magno doctorum virorum plauſu. Succenſuit ejus ſententiæ contra Cel. Mazzocchium Joſeph Simonius Aſſemannus Bibliothecæ vaticanæ Præfectus meritiſſimus, qui laudem Stephano noſtro debita per belle rependit, videndumque elogium edicti peremptorii.

## JOSEPH GALZERANUS MAJORANA

*Clar. An. Ch.* 1750.

CAtacenſis, Origine vero Patrit. Tropæenſis; illiuſque Urbis Academicus, Vir in Philoſophicis Studiis, in Juriſprudentia, & Poeſi valde verſatus; Scripſit, & Edidit: *Le Poeſie*. Lucæ MDCCL. in 4. Adhuc vivit, & ſcribit.

## JOSEPH MORISANUS

*Clar. An. Ch.* 1750.

RHeginus Presbyter multæ Doctrinæ, & Eruditionis, præſertim in Re Sacra, & Eccleſiaſtica Hiſtoria. Hunc, dum hæc ſcribimus, Remam veniſſe ſcimus, ut Librorum Copia, quos Argumento ſuo ibi poſſe reperiri non dubitaverim, Opus expleret eximium, cui Titulum indidit: *Brutium Eccleſiaſticum Vetus Græcanicum*, & *Novum*, *Diatribis Hiſtorico-Critico-Chorographico illuſtratum*. Quod Opus nemo ſane fuerit quia cupide præſtoletur.

## DOMINICUS LACAVA

*Clar. An. Ch.* 1750.

PEtrafittenſis J. C. ſtrenuus in Foro Conſentino Cauſſarum Patronus, Vir Eruditione Clarus: Qui Regalis Principis Philippi Antonii Borbonii, Sereniſſimi Regis noſtri Caroli Filii Primogeniti, fauſti Natalis occaſione, in Academia Conſenſiæ celebrata, ut conſuetæ Methodo, ſuſce-

Digitized by Google

ſceptoque Problemati inſerviret, pro altera parte verba facturus, ſcripſit; recitavitque: *Un Ragionamento ſopra il non doverſi chiamare Duca di Calabria il noſtro Principe Regale*. Quod cum Neapolitanis Typis, inconſulto prodiiſſet Auctore; quippe qui, ſi ita ſcribebat Academicus, non ita Calaber ſenſiebat, ſtatim contra prodierunt: *Note Critiche al Ragionamento del Sig. Lacava di Trajano Spinelli Duca di Acquaro, al Sig. D. Giuſeppe Carulli*. Ibid. in 4. Ex quibus ſolidam Eloquentiæ vim in Dominico, quamvis interdum non menti, ſed oſtentationi compoſitam, ſuſpicimus; perinde atque Iſocratem aliquando pro Buſyride orantem: Syneſium pro Calvitio, & Platonem pro Febre Quartana dicentem ſuſpexit Antiquitas. Ac pari gradu heroicam Excellentiſſimi Ducis facundiam demiramus, quæ nullo ſeu Patriæ, ſive Nationis affectu ſtimulante, tantum pro veritate pugnavit.

## FRANCISCUS-ANTONIUS DE JUDICE.

MOntaltinus Cler. Reg. Theat. Vir Eloquentia Clarus. Scripſit: *Una Lettera Apologetica contro l'Autore del Libro intitolato: Quareſima appellante dal Foro contenzioſo d'alcuni Recenti Caſiſti al Tribunale del buon ſenſo, e della buona fede del Popolo Criſtiano*. Quam tamen Epiſtolam propter Nuperam Benedicti XIV. Pont. Max. Conſtitutionem, quæ de Jejunio edita eſt, ſuis robore nervisque deſtitutam, non eſt quod publici juris fieri præſtolemur. Edidit, itaque, *In morte di Filippo V. Monarca delle Spagne Orazione detta nel Duomo di Coſenza*. Neap. apud Joh. de Simone MDCCXLIX. in 4. Cæterum florente ejus ætate, majora paulo poſt ingenii ſui monimenta expectemus. *Clar. An. Ch.* 1750.

## JOHANNES-BAPTISTA SANSEVERINUS.

CAtacenſis J. C. acutiſſimus, & Poeta ſuavis: Academicus Conſentinus *Melindus* dictus: Cujus Nominis velamento, ſuadente *Sicida*, ſcilicet Antonio de Pyro, qui & ipſe inter Conſtantes Sicidas nuncupabantur, de quo dictum heic, primos ſuæ Juvenilis ætatis edidit flores, quos inſcripſit: *Rime di Melindo Accademico Coſentino*. Neap. apud Angelum Voculam MDCCXXXIX. in 8. Quas & preſſo nomine, idem Sicidas Duci Patritii, Auctori Operis Gentili nuncupavit. Scribit nunc alia ſeria, & nervoſa, quæ propediem publica luce fruentur. *Clar. An. Ch.* 1750.

## DOMINICUS-MARIA PAUCCI.

CAtacenſis Ord. Prædicatorum Concionator generalis, & Miſſionarius, Vir Doctus, & Pius adhuc vivens. Edidit: *Gli Eſercizj Spirituali propoſti agli Eccleſiaſtici coſì Secolari, come Regolari, tanto per commodo de' Miſſionarj in tempo, che ſi dovran proporre, quanto per quelli, che ſi vorranno ridurre in Santa Solitudine a farſeli privatamente*. Neap. apud Seraphinum Porſilem MDCCXLVI. in 8. *Clar. An. Ch.* 1750.

## MACHARIUS A MANGONIO.

MAngonenſis Capucinus Exprovincialis Calab. Academicus Mutinenſis, Vincentii S. R. E. Card. Petra olim Teologus, Vir de Doctrina, & Eruditione optime meritus. Edidit: *La Vita del Servo di Dio Fr' Angelo di Acri Sacerdote Capuccino*. Neap. Anno MDCCL. in 4. = *Orazione* *Clar. An. Ch.* 1750.



Digitized by Google

*Funebre in Morte di Stefano Molli*. Ibid. = *Orazione in lode del Sereniſs. Re di Napoli, e di Sicilia Carlo Borbone*. Ibid. MDCCXXXIV. Sumptibus Vincentii Mariæ de Aragonia Ord. Præd. tunc Archiep. Conſentino, quo petente conſcripta fuerat = Opus Scænicum *S. Eugenia* Italice concinnatum. Ibid. & = *Poetica* quædam in Mutinenſi Academia recitata. *Mutinæ*. Extat nunc M.S. *Oratio funebris in Obitu Aloyſii Ricciulli de Foſſo*.

## JOSEPH MEDIOPICA.

Clar. An. Ch. 1750. CHriſtinenſis J.C. Miſſionarius Apoſtolicus, & Archipresbyter Terræ-novæ in U. C., Vir Doctus, & Pius. Edidit: *Prediche, colla ſpiega de' Divini Precetti, e quelli della Chieſa, per la Miſſione*. Neap. apud Mutium MDCCXXXIX. Tom. II. in 4. = *Iſtruzioni diſcrete per l'Orazione, coll' aggiunta del Computo Eccleſiaſtico*. Tom. I. in 4. Apud eundem MDCCXXXVIII. = *Meditazioni per gli Eſercizj Spirituali delle Moniche; Coll' Aggiunta di un Dialogo ſopra la Dottrina Criſtiana, e Conſiderazioni ſopra i Sette Peccati mortali, diſtribuite per tutt' i Giorni della Settimana*. Apud eundem Tom. II. in 4. MDCCXXXIX. = *Cento Eſclamazioni, ed altritanti Sentimenti di Spirito di un Anima innamorata del ſuo Dio* = *Cento Mottivi di Spirito per ogni ſorte di Perſone* = *L' Infortunio delle Donne, e nelle Donne quello degli Uomini* = *Parallello tra S. Filippo Neri, e S. Tereſa di Gesù* = *Panegirico di S. Giuſeppe*. Apud eundem MDCCXLIV. = *Teologia Specolativa, e Dogmatica, coll' aggiunta della Spiega di cento difficoltà nella Sagra Scrittura*. Tom. II. apud eundem. MDCCXLVIII. in 4. = *Diſcorſi ſopra gli Evangelii delle Domeniche di tutto l'anno* = *Eſercizj per i Sacerdoti* &c. Tom. I. Panormi MDCCXXXVI. in 4. = *Fons Utriuſque Juris*. Tom. I. Meſſanæ MDCCXXXVIII. in 4. apud Claromontem. Scribit nunc Opus *De Sacrificio Miſſæ*.

## CHRISTOPHORUS RICUCCIUS.

Clar. An. Ch. 1750. CEtrarienſis J. C. ſatis Doctus, & Eruditus. Edidit Opus inſcriptum: *Moderna Praxis Exequutiva Civilis, & Summaria juxta Novellas Regales Conſtitutiones Caroli Infantis Hiſpaniarum Ducis Parmæ, Placentiæ, & Caſtri, ac Magni Principis Hæreditarii Etruriæ, Utriuſque Siciliæ, & Jeruſalem Regis, cum omnibus Formulis Petitionum, Replicationum* &c. Tom. II. Neap. apud Dominicum Roſellum MDCCXLVII. in fol.

## POMPILIUS RODOTA'.

Clar. An. Ch. 1750. ULlanenſis Samuelis, de quibus dictum heic, ex Frate Nepos, Vir Græce, & Latine doctiſſimus: in Foro Romano Advocatus: Bibliothecæ Vaticanæ Apoſtolicus Scriptor: magni ingenii: paris Doctrinæ, & Eruditionis, de quo identidem Litteraria Reſpublica merito ſibi majora emolumenta promiſerit; quando adhuc Juvenis, petente Joſepho-Maria ab Ebora Eremitarum S. Auguſtini, qui in Romana Curia, & apud S. Sedem Sereniſſimi Regis Portugalliæ negocia gerit, grande Opus ſuſcepit, nimirum *Græcum Pontificale*, quod paucis foliis Typis Venetis prodierat, integrum, ex ineditis Monimentis exhibuit: Addito huic: *Dedicationis Eccleſiæ Ritu*. Qui & ipſe in Archieratio, ſeu Pontificale deerat, quod Iſaacius Habertus, cum Notis, Pariſiis ediderat: *Summa quippe induſtria*, ut idem Pompilius ait in Epiſtola ad quoſdam Luſitanos Græcorum Rituum ſtudioſos, conſcripta, *Rituum hunc conquiſitum Patriar-*

Digitized by Google

*triarchio CP. excerptum*, *ad me delatum*, *Latinum nunc primum factum*, *omnique ex parte integrum*, *publici Juris feci*. Addidit præterea *Orationem in Novarum Veſtium Eccleſiaſticarum benedictione*, ex CP. pariter Eccleſia ſibi tranſmiſſam, & a ſe Latinitati donatam, quæ adhuc impreſſa non erat, & alia, quibus integrum omnino Pontificale nuſpiam hactenus abſolute Typis vulgatum abſolutum redditur.

*Codicem* quoque *Sacrorum Evangeliorum*, *& Epiſtolarum*, qui totum fere Novum Teſtamentum complectitur, & ſingulis Diebus in Græcorum Miſſa legitur recenti, ac *Litterali Verſione Latina donavit*, Græcis in ipſa Verſione Codicibus uſus, qui Venetiis apud Nicolaum Sarum MDCCXXVIII., & MDCCXXX. prodierant, *Eiſque non uno in loco caſtigatis*, *ac Menologio*, *& Indice* de ſuo *adjectis*.

Ad hæc *Euchologium*, ſeu Rituale editionis Venetæ MDCCXXVII. apud eundem Sarum ſumma cura *digeſſit*, *& ſuo quæque loco reſtituit*, ac ſicubi immutanda reperiit immutavit.

Denique, eodem P. Ebora petente, alium *Codicem digeſſit*, qui συλλειτουργικὸν *Sylliturgicon*, ſive dicas *Comminiſteriale*, inſcribitur: Miniſteria inſerviendi Miſſæ per totum Annum tradens, recens græce compactum *Latinum* fecit. Quod & idem præſtitit de *Græco Typico*, quod Ordinario Latinorum reſpondet.

Scripſit præterea, ediditque = *In Epiſtolam Encyclicam a SS. D. N. Benedicto Papa XIV. datam ad omnes Epiſcopos Ditionis Eccleſiaſticæ die XIX. Februarii MDCCXLIX.*, *Commentarium* Erudititiſſimum. In quo agitur De Anno Jubilæo, *De Cultu Templorum*, *De Cantu*, *& Muſica Eccleſiaſtica.* Romæ ex Typogr. S. Michaelis MDCCXLIX. in 4. Ac in Opus Caroli Delphini Butler Additiones edidit ſub Epigraphe = *Compendio della Storia Univerſale Sacra Eccleſiaſtica*, *e Profana*: *In cui ſi contiene la ſerie di tutt' i Potentati del Mondo*, *colla Notizia de' fatti più memorabili in eſſo ſucceduti*. *E degli Uomini Illuſtri*, *in Santità*, *Dottrina*, *e belle Arti di Carlo Delfini Butler de Bourſaler accreſciuto*, *e continuato ſino all' Anno MDCCLI. Da Pietro Pompilio Rodotà Profeſſore di Lingua Greca nella Biblioteca Vaticana* = Romæ MDCCLI. apud Gregorium Roiſaccum Typis Zempelionis in fol.

## JOSEPH PALMERIUS

Montaltinus Nepos noſter Juvenis in Juriſprudentia, Philoſophia, Hiſtoria, Oratoria, & Poeſi verſatus: Jurium Sacerdotii, & Imperii ſupra ætatem peritus, & in Metaphyſicis ſublimitatibus cum acumine elatus: Academiæ, quam Domi ſuæ Doctiſſimus Joh. Leonardus Caſtagnola Regius Conſiliarius Neapoli inſtituit, omnium quotquot in Ampliſſima Urbe feliciora Ingenia vigent, frequentiſſimæ, ſtato quoque tempore Princeps. Brevi Opus eſt editurus, quod Italice inſcripſit: *Condotta dello Spirito nella ricerca della Rettorica Morale intorno alle Umane Azioni*. Interim prodiit Epiſtola ſic inſcripta = *Lettera di Giuſeppe Palmieri Zavarroni Avvocato Napolitano al P. Gherardo de Angelis Oratore de' Minimi.* Qua Placidi Troyli Epiſtolam in Librum Antonii Zavarroni, de quo in Eo diximus, editam, refellit. Nec non Diſſertatio ſic inſcripta: *Eſiſtenza e Validità de' Privilegj conceduti alla Chieſa di Tricarico da' Principi Normanni ſendicate dalle nuove Critiche del moderno Anonimo da Giuſeppe Palmieri Avvocato Napoletano*. *Neapoli* 1751. = Meminerunt de Eo cum multa laude Lumus, Venetus Hiſtoricus, & alii.

*Clar. An. Ch.* 1750.



Digitized by Google

## ANGELUS ZAVARRONI

*Clar. An. Ch.* 1750.

MOntaltinus, qui in multis, quibus premor, ærumnis: Infirma valitudo: Primogeniti morte ſublati: ſumma ab Iis, in quibus conſideram, deſpectio: gravis, & moleſta Reifamiliaris ſollicitudo; Triſtis, & moerens unum reperi ærumnis ipſis meis ſolatium: unum jacentis Animi mei levamen, & oblectamentum Scribere; quando etiam Ovidius in *v. Triſt.* ajebat:

*Detineo Studiis animum: falloque labores,*
*Experior Curis, et dare verba meis.*

Et paulo poſt:

*Carminibus quæro* (ait) *miſerarum oblivia rerum*
*Præmia ſi ſtudio conſequar iſta: Sat eſt.*

Scribere, igitur, unum reperi ſolatium; & unum quidem, quia Uni, Mihi, ſcilicet, ſoli; Neque enim delectare quenquam, neque omnino cuiquam prodeſſe poſſunt, quæ qualiacumque conſcribebam: partim adita, partim edenda.

Atque edita quidem hæc ſunt = *Epiſtolæ Apologetico-Criticæ, quibus pro veritate, pro Patria, proque Calabris Scriptoribus, et Alienigenis Nuperrimæ Diſſertationes Anonymi De Tortoribus Chriſti* &c. *in lucem editæ, curâ, et induſtriâ Genialis Poſterari, expenduntur*. Venet. apud Johannem Manfrè MDCCXXXIV. in 4. = *Epiſtola de duobus Antiquis Inſcriptionibus, ſeu Aris Votivis repertis prope Fluvium Crathidem in Agro Montaltino, ad Franciſcum Venturam Regium in Sacro Neapolitani Regni Senatu Conſiliarium* &c. Prodiit in Tom. XVI. Variorum Opuſculorum, quæ collegit P. Angelus Calogerà Camaldulenſis Venetus, Ediditque Venetiis apud Chriſtophorum Zanem MDCCXXXVIII. in 8. = *Hiſtoria Erectionis Pontificii Collegii Corſini Ullanenſis Italo-Græci, & Deputationis Epiſcopi Titularis Græci Ritus ad Italo-Epirotas eodem Ritu inſtruendos, Sacriſque initiandos, ad Benedictum XIV. Pon. Max.* Neap. apud Joſephum Severinum MDCCL. in 4. = *Diſſertatio Hiſtorico-Apologetica de Vita Cl. Viri Eliæ Aſtorini Carmelitæ Calabri*. Hanc, una cum *Arte Magna* ejuſdem Aſtorini, quam M. S. invenimus, Venetias ad dictum P. Calogera, in Opuſculis ſuis inſerendam, imprimendamque, tranſmiſſimus = *Variorum Opuſculorum* Tom. II. continentes totidem *Epiſtolarum Genialium Decades*. Addita in primo Tomo *Diſſertatione de Antiqua Sepulcrali Inſcriptione Montalti reperta in Colle Serronis*. Tom. prior prodiit Neapoli apud Mutium MDCCXL poſterior vero Ibid. apud Severinum MDCCXLI. excuſus eſt, uterque in 8. Cæterum, tum hi duo priores Opuſculi, tum reliqui octo, uno Volumine in 4. comprehenſi, ſub prelo ſunt apud dictum Severinum.

Jam vero edendo ſunt hæc = *Icones Calabræ, ſive de Illuſtribus Calabriæ Viris, qui Pietate, Armis, & Artibus claruerunt, Apparatus*. Tom. I. in fol. = *Florus Calaber, ſive Univerſæ Hiſtoriæ Calabricæ Epitome* Tom. I. in 8. = *Epiſtola ad Thomam Acetum Epiſcopum Lacedonienſem de Vita Franciſci Nardo Montaltini*. Et alia quædam incompleta.

Hæc, igitur, qualiacunque, ut dicebam, mihi uni conſcripta, pro ſua quiſque humanitate, & benignitate memorant plures, & ſunt: Autor Operis inſcripti: *Novelle Letterarie* quæ prodeunt Florentiæ. Vid. *Tom. An. MDCCXLI. pag. LXXXVIII. & LXXXIX.* Murer. in *Dictionar. Tom. VII. Edit. Venet. in Syll. Fet*, Antonius Corſignanus Epiſc. Sulmonen. in ſua *Reg. Marſic. Tom. II.*, Conſtantinus Gatt. in ſua Lucania *Tom. II.*, Joh.

Joh. Bernardinus Tafurus in *Script. Regni*, Angelus Calogerà *in Præfat. dicti Tom. XVI. Opuſc.*, Thomas Acetus *in Annot. ad Barr.*, Elias de Amat. *in Epiſt. Polem.*, Carolus Nardi in *Ociis genial.*, & Placidus Troylus Abbas Ciſtercienſis in ſua *Hiſt. Regni Neap.* Tametſi poſtremus hic in ejus *Epiſtola* ad Patruum meum, de qua in Joſepho Palmerio dictum, hoc mihi tanti extrudat, quanti equidem non eſſem ipſe mercatus: *Ut Tibi placerem* ( hoc dicit in ſumma ad eum ſcribens ) *Nepotem tuum in Hiſtoria noſtra nominavi*. Scilicet:

*Laudat venales, qui vult extruere merces.*

Græci in Dypticis ſuis Sacris conſcripſiſſe aliquem tanti non venditabant: in Saliari Carmine Nomen ſonaſſe ſuum tanti Ancyliorum fictor Mamurius non fecit, & in Minervæ Clypeo Nomen ſuum, cum Phidia inſculptum legiſſe tanti antiquitus quiſque non emit. Uſurpaſſe liceret Perſianum illud: *Recuſo Euge tuum & Belle* quando, ut Venuſinus vates ajebat:

*Res me urget nulla: meo ſum pauper in ære.*

At redeamus in orbitam. Illorum, ergo, quos modo recenſui, Scriptorum tanta fuit benignitas, & humanitas, ut nequicquam de mea tenuitate meminiſſe vererentur. Sed ita ſe res habet: Hi dum mea omnis laudis expertia ſcripta commemorant, interim Scriptoris, utcunque irritos, nec tamen omnis omnino laudis exortes, inſpexere conatus; Nam, ut bene Apulejus *in IV. Florid. In omnibus bonis rebus*, ait, *conatus in laude, effectus in caſu eſt, ita ut contra in maleficiis etiam cogitata ſcelera, non perfecta, adhuc vindicantur, cruenta mente, pura manu. Ergo ſicut ad poenam ſufficit meditari punienda, ſic ad laudem ſatis eſt conari prædicanda.*

FINIS.

IN-

Digitized by Google

# INDEX I.

## Alphabeticus omnium Scriptorum hujus Bibliothecæ: in quo prior numerus paginam: poſterior ætatem denotat: Literæ vero O. *Olympiadem*: I. & Æ. *Incertæ Ætatis* ſignificant.


| | | |
|---|---|---|
| A *Bundantius Epiſc.* | 34 | 680 |
| *Acerbus* Franciſcus | 168 | 1670 |
| *Acetus* Thomas | 194 | 1730 |
| *Acopus* | 6 | I. Æ. |
| *Acra* Angelus *ab* | 188 | 1720 |
| *Acrion* | 19 | O. 95 |
| *Adamus* Ignatius | 122 | 1610 |
| *Adicus* | 27 | I. Æ. |
| *Adimarus* Ludovicus | 116 | 1600 |
| *Ægon* | 26 | I. Æ. |
| *Æneas* | 27 | I. Æ. |
| *S. Agatho Pon. Max.* | 32 | 680 |
| *Ageas* | 26 | I. Æ. |
| *Agilus* | 26 | I. Æ. |
| *Agreſta* Apollinaris | 161 | 1660 |
| *Agrippa* Vincentius | 82 | 1540 |
| *Ajellus* Cornelius | 129 | 1620 |
| *Ajerbis Aragoniæ* Bonaventura | 151 | 1650 |
| *Alagona* Paulus | 148 | 1640 |
| *Albertinus* Franciſcus | 117 | 1600 |
| *Alcmæon* | 11 | O. 65 |
| *Almagna* Joh. Baptiſta | 81 | 1530 |
| *Alexendro* Sebaſtianus *de* | 141 | 1630 |
| *Alexis* | 23 | O. 112 |
| *Alpharanus* Tiberius | 108 | 1590 |
| *Altilius* Martius | 56 | 1440 |
| *Aloyſius* Petrus Antonius | 191 | 1720 |
| *Alya* | 10 | O. 65 |
| *Amato* Elias *de* | 194 | 1730 |
| Joſeph *de* | 176 | 1700 |
| Vincentius *de* | 167 | 1670 |
| Vincentius *alter* | 167 | 1670 |
| *Amendolia* Joſeph | 176 | 1700 |
| Joſeph *alter* | 192 | 1720 |
| Thomas Maria | 172 | 1690 |
| *Ameriſtus* | 4 | O. 47 |
| *Amicus* Franciſcus | 125 | 1610 |
| Franciſcus Antonius | 111 | 1590 |
| Joh. Baptiſta | 78 | 1530 |
| *Ananias* Joh. Antonius | 89 | 1550 |
| Joh. Laurentius | 100 | 1570 |
| *Androdamus* | 17 | O. 90 |
| *Andronius Epiſc.* | 37 | 745 |
| *Angelerius* Q. Tiberius | 125 | 1610 |
| Gregorius | 158 | 1650 |
| *Angelis* Galeatius *de* | 89 | 1550 |
| *Angelonius* Joh. Nicolaus | 81 | 1530 |
| *Angelus* | 61 | 1490 |
| *Anonymus Stylenſis* | 108 | 1590 |
| *Conſentinus* | 112 | 1595 |
| *S. Antherus Pon Max.* | 27 | 236 |
| *Antonius Hieronymus N.* | 68 | 1520 |
| *Aquilinus* Joh. Marcus | 106 | 1580 |
| *Aquino* Bartholomæus *de* | 97 | 1560 |
| Joh. Paulus | 108 | 1590 |
| S. Thomas | 48 | 1270 |
| *Arcerius* Franciſcus | 55 | 1430 |
| *Arduinus* Joh. Baptiſta | 111 | 1590 |
| *Argentus* Cajetanus | 188 | 1720 |
| *Arginotus* | 12 | O. 65 |
| *Argyrò* Joh. Bapt. | 185 | 1710 |
| *Arginotis* | 10 | O. 65 |
| *Arignotis alter* | 26 | I. Æ. |
| *Ariſtæus* | 10 | O. 65 |
| *Ariſtides* | 22 | O. 100 |
| *Ariſtides alter* | 26 | I. Æ. |
| *Ariſtocrates* | 26 | I. Æ. |
| *Arnonus* Hyacinthus | 161 | 1660 |
| *Arnulphus* | 39 | 970 |
| *Arturus* Lactantius | 106 | 1580 |
| *Aſto* | 11 | O. 65 |
| *Aſtorinus* Elias | 172 | 1690 |
| *Aſtylus* | 26 | I. Æ. |
| *Athoſion* | 26 | I. Æ. |
| *Atimedon* | 26 | I. Æ |


B


| | | |
|---|---|---|
| B *Aracca* Franciſcus Antonius | 187 | 1720 |
| Mauritius | 124 | 1610 |
| *Badolatus* Sylveſter | 9 | 1560 |
| *Barbaſtephanus* Vincentius | 167 | 1670 |


*Bar-*

Digitized by Google

*Bernardus* Stephanus 108 1580
*Barlaamus* 51 1340
*Baronius* Antonius 162 1660
*Barrada* Julius 105 1580
*Barrius* Gabriel 101 1570
*Barricellus* Julius Cæſar 124 1610
*B. Bartholomæus* 41 1010
*Beltranus* Octavius 142 1640
*Benedictis* Auguſtinus *de* 124 1610
*Benincaſa* Cæſar 136 1630
Rutilius 109 1590
*Berlingerius* Julius 124 1610
*Bernardus* Bernardinus 62 1490
Joh. Maria 111 1595
*Bianco* Nicolaus *de* 206 1740
*Biblia* Fabricius 132 1620
*Bilotta* Octavius 132 1620
*Biſcardus* Albertus 189 1720
Seraphinus 178 1700
*Biſognus* Antonius 177 1700
Cæſar 177 1700
Joſeph 177 1700
*Blaſcus* Nicolaus Antonius 106 1580
Carolus 168 1680
*Blaſio* Joh. Baptiſta *de S.* 59 1490
*Boccanellus* Johannes 88 1550
*Bombinus* Bernardinus 97 1560
Paulus 115 1600
*Bonjohannes* Franciſcus 203 1740
Joh.Bapt. 162 1660
Quintius 102 1570
*Bonellus* Blaſius 165 1670
*Bonis* Marcellus *de* 107 1580
*Borellius* Joh. Alphonſus 148 1650
*Bova* Fabius 143 1640
*Bovius* Joh. Bapt. 124 1610
*Boythius* 26 I. Æ.
*Brognus* Felix Antonius 143 1609
*Branca* Bernardinus 116 1600
*Brontinus* 9 O. 60
*Bruno* 50 1280
*Brunus* Jacobus 162 1660
*Bryas* 26 I. Æ.
*Bulgaras* 26 I. Æ.

C

CÆſare Bonaventura A-modeus *de* 190 1720
*Caballus* Bonaventura 143 1640
Jacobus 66 1510
*Caſarius* Joh. Antonius 83 1540
Joh. Petrus 82 1530
Joh. Paulus 91 1560
*Catus* 19 O. 95
*Calà* Cæſar 133 1620
Carolus 159 1660
Hieronymus 158 1650
Marcellus 109 1590
*Calais* 26 I. Æ.
*Calciphon* 26 I. Æ.
*Callibratus* 26 I. Æ.
*Calliſthenes* 22 O. 100
*Calopreſius* Gregorius 177 1704
*Campagna* Bonaventura 124 1610
*Campitellus* Martinus 190 1720
*Campanella* Thomas 126 1610
*Cananea* Joh. Petrus 116 1600
*Cangemus* Franciſcus 158 1650
*Calpalbus* Hector 164 1660
*Capiblancus* Joſeph 162 1660
*Caputus* Auguſtinus 133 1620
Lælius 133 1620
Manilius 85 1550
Octavius 116 1600
Petrus 54 1350
*Caraſa* Carolus-Maria 171 1680
*Carbonellus* Rogerius 123 1610
*Carbone* Nicolaus 109 1590
*Carnevalius* Joſeph 108 1595
Joh. Bapt. 124 1610
Dominicus 135 1630
*Caro* Dominicus *de* 172 1690
*Caruſis* Paulus Ant. *de* 197 1730
*Cavenſis* Mutius 135 1625
*Caſellius* Thomas 84 1550
*Caſoperus* Janus Theſeus 81 1530
*Caſſiodorus* M. Aurelius 29 1495
*Caſtilionus Maurell.* Fabric. 191 1720
*Catalanus* Joſeph 196 1730
*Catanzaritius* Joh. Bapt. 139 1630
*Catroppus* Petrus 136 1630
*Cavalcantibus* Domin.Cajet. 201 1740
Franc. Antonius. 201 1740
Julius *de* 109 1590
*Cephalus* 16 O. 80
*Cereus* Franciſcus 129 1620
*Ceraſari* Ferdinandus 179 1700
*Cervinus* Simon 91 1560
*Carerius* Ludovicus 97 1560
*Charita* 24 O. 113
